ACTA
APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ANNUS XII - VOLUMEN XII



ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

MCMXX

fr

fr

Num. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

CONSTITUTIO APOSTOLICA

AGRENSIS ET PURUENSIS

ERECTIO PRAELATURAE NULLIUS

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ecclesiae universae regimen, Nobis ex alto commissum, onus Nobis imponit diligentissime curandi ut in orbe catholico circumscriptionum ecclesiasticarum numerus, ceu occasio vel necessitas postulat, augeatur, ut, coarctatis dioecesum finibus ac proinde minuto fidelium grege singulis Pastoribus credito, Praesules ipsi munus sibi commissum facilius ac salubrius exercere possint.

Quum autem apprime constet dioecesim Amazonensem in Brasiliana Republica latissime patere, viisque quam maxime deficere, praesertim in occidentali parte, in provinciis scilicet, quae ***Alto Aere*** et ***Alto Purus*** vocantur, ubi fideles commixti saepe saepius cum indigenis infidelibus vivunt et spiritualibus subsidiis, quibus christiana vita alitur et sustentatur, ferme ex integro carent; Nos tantae necessitati subveniendum duximus.

Ideoque, collatis consiliis cum dilectis filiis Nostris S. R. E. Cardinalibus S. Congregationi Consistoriali praepositis, omnibusque mature perpensis, partem territorii dictae dioecesis Amazonensis, quod praedictas provincias ***Alto Aere*** et ***Alto Purus*** complectitur, ab eadem dioecesi distrahere et in Praelaturam Nullius erigere statuimus.

Quamobrem, potestate quoque utentes Sanctae Sedi reservata, in Apostolicis sub plumbo litteris, quarum initium ***Ad universas Orbis ecclesias,*** die vigesima septima mensis aprilis, anno Domini millesimo octingentesimo nonagésimo secundo datis, libere novam ineundi in Brasiliana ditione circumscriptionem dioecesum, quoties id expedire visum fuerit, assentiente venerabile fratre Episcopo Amazonensi et suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel sua interesse praesumant, consensu, memoratum territorium a dioecesi Amazonensi, de Apostolicae potestatis plenitudine, dividimus ac seiungimus et illud, donec in dioecesim erigi possit, in Praelaturam, ***Acrensem*** et ***Puruensem*** nuncupandam, erigimus atque instituimus, simul decernentes ut haec Praelatura, usque dum aliter de ea disponere visum fuerit, ad omnes iuris effectus sit vere et proprie Nullius Dioecesis, atque Archidioecesi Belemensi de Para eiusque Archiepiscopo pro tempore tamquam suffraganea sit subiecta.

Huius autem novae Praelaturae fines circumscribantur limitibus civilibus, quibus dictae provinciae ***Alto Aere*** et ***Alto Purus*** separantur a Statu Amazonum, a territorio ***Alto Paraucá,*** a republica Boliviana et a republica Peruana. Praeterea viro ad haec exsequenda infra designando potestatem facimus ut huius Praelaturae Nullius oppidum, sedem et ecclesiam praelatitiam magis opportunam et aptam constituat, eisdemque omnia iura ac privilegia concedat, quibus civitates et ecclesiae episcopales in Brasiliana regione earumque cives fruuntur et gaudent et quae Codicis Iuris Canonici statuta permittunt, itemque in eadem ecclesia sedem et dignitatem praelatitiam, ad instar episcopalis dignitatis, instituat pro uno Praelato Nullius Dioecesis, qui eisdem praesit cum iuribus, officiis, mensa et capitulo, honoribus et privilegiis, quibus Praesules Ecclesiarum in Brasiliis utuntur et gaudent, iisque exceptis, quae ex peculiari indulto vel ex iure ad (Episcopos tantum pertinent. Ut vero constitutus Acrensis et Puruensis Praelatus in suo territorio omnes sui muneris partes adamussim explere possit ac valeat, simulque omnia munera obire uti Episcopi in suis dioecesibus, statuimus ut ipse Praelatus charactere ac dignitate episcopali sit exornatus, eidemque idcirco simul cum Praelatura titulus episcopalis ex Summi Pontificis praescripto erit conferendus; ideoque idem Praelatus, ita dignitate episcopali auctus, in suo territorio eamdem tum ordinis, tum iurisdictionis exercebit potestatem, quam Episcopi in suis dioecesibus; et, velut ipse iuribus et honoribus Episcopi fruitur, ita et iisdem adstringetur legibus et officiis.

Praeterea quae in supra memoratis Apostolicis sub plumbo litteris diei vigesimi septimi mensis aprilis, anni millesimi octingentesimi nona-

gesimi secundi, constituenda disponuntur de novarum dioecesum in Brasiliana Republica honoribus, privilegiis et indultis, de novorum Episcoporum potestate et attributionibus, de Capituli institutione ac Seminarii regimine et administratione, de ipsorum denique christifidelium ac clericorum iuribus ac muniis, de documentorum traditione, aliisque id genus, omnia, congrua congruis referendo, quoad novam Praelaturam Nullius religiose serventur, iuxta canones Codicis Iuris Canonici et decreta Concilii plenarii Americae Latinae.

In dotem huius novae Praelaturae assignandus et attribuimus, si quae sint, bona et reditus Ecclesiae, uti supra, in praelatitiam erigendae, nec non oblationes, subsidia et donationes quascumque, quae titulo gratuito ad hunc finem conferuntur.

Statuimus insuper ut, iuxta ea, quae in memorato Concilio plenario Americae Latinae Romae anno millesimo octingentesimo nonagésimo nono celebrato, decreta sunt, etiam ab hac neoerecta Praelatura Nullius, eiusque sumptibus alendi, quam primum fieri poterit, bini delecti iuvenes ad Collegium Pium Latinum Americanum de Urbe, non intermissa vice, mittantur, in quo in opem Ecclesiae instituantur.

Quo vero stabilius et horum clericorum sustentationi et Collegii dotationi sit provisum, summopere exoptamus ut, huius Praelaturae Praesulum pro tempore cura, quam citius fieri poterit, tot conferantur bona, quot requiruntur, ut ex eorum reditibus duo praedicti alumni, aut modo saltem unus, sustentari queant.

Praesentes autem litteras et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus.

Hisce itaque ut supra constitutis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Angelum Scapardini, archiepiscopum titularem Damascenum et in Brasiliana Republica Apostolicum Nuntium, eidem tribuentes necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet in ecclesiastica dignitate constitutum et in primis ipsum hodiernum Archiepiscopum Belemensem de Para, ac definitive pronuntiandi super quavis

difficultate et oppositione in exsecutionis actu quomodolibet oritura, facto insuper eidem onere ad Sacram Congregationem Consistorialem intra sex menses transmittendi authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem ut harum litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius in ecclesiastica dignitate constituti munitis adhibeatur in iudicio et extra illud eadem prorsus fides, quae eisdem praesentibus adhiberetur, si originaliter forent exhibitae vel ostensae.

Nemini ergo liceat quae hisce litteris Nostris dismembrationis, erectionis, subiectionis, decreti, commissionis, mandati, derogationis et voluntatis statuta sunt infringere, vel eis ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum Eius se noverit incursurum.

Datum Romae, apud sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo decimo nono, die quarta mensis octobris, Pontificatus Nostri anno sexto.

O. CARD. CAGIANO
S. B. E. Cancellarius.

© C. CARD. DE LAI
S. G. Consistorialis Secretarius.

Raphael Virili, ***Protonotarius Apostolicus.***
Lodo vicus Schüller, ***Protonotarius Apostolicus.***

Loco ✠ Plumbi

Reg. m Conc. Ap., vol. XIX, n. 12.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

CURIALIS AEDES S. ANDOCHII, IN CIVITATE SEDELOCO, DIOECESIS DIVIONENSIS, TITULO AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS HONESTATUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter potiores sacras aedes, quibus Divionensis dioecesis cohonestatur, iure meritoque accensetur parochialis ecclesia ad sancti Andochii, prope Sedelocum, quae regionis illius civium insigne ac vetustissimum exstat pietatis monumentum, in memoriam erecta Andochii presbyteri, Thyrsi diaconi et Felicis martyrum, qui, in Galliam ab Oriente appulsi, Christi fidem, quam nunciaverant, effuso sanguine asseruerunt, et antiqua iam a primis Ecclesiae saeculis populi religione percelebris, a Karolo Magno Ecclesiae Regiae titulum obtinuit. Postea, temporis iniuria fatiscens, de integro restituta, a Decessore Nostro Callisto PP. II, die xxi mensis decembris anni MCXIX, sollemni ritu Deo iterum dicata est. Per longam annorum seriem innumerae fidelium peregre adeuntium turmae templum illud lustrarunt, pluribusque idem privilegiis atque indulgentiis Romani Pontifices auxerunt. Ad immanem usque rerum publicarum perturbationem, quae per Galliam, saeculo decimo octavo exeunte, debacchata est, frequens canonicorum Ordo divinis ibi laudibus concinendis operam praestitit; atque etiam in praesens ipsa ecclesia, supradictorum martyrum relliquiis insignis et sacra supellectile abunde praedita, nec non pretiosis artis operibus excellens, curis committitur parochi, qui cum suis vicariis ceteroque clero divini cultus decori diligentissime consulit. Haec animo repetens, cum venerabilis frater Mauritius, episcopus Divionensium, enixas Nobis preces adhibuerit, ut, hoc anno, quo octavum sese vertit saeculum ex quo a Decessore Nostro Callisto II ecclesia ipsa consecrata, uti supra diximus, fuit, ad Basilicae eam gradum promovere dignemur; Nos quidem, tantis permoti memoriis, votis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Quare, collatis consiliis cum W. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Sacris tuendis Ritibus praepositis, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium tenore perpetuumque in modum, parochialem ecclesiam sancti Andochii, civitatis Sedeloci, dioecesis Divionensis intra terminos, auspicata

occasione octavi centenarii reditus ab enunciata ipsius consecratione, ad Basilicae Minoris dignitatem evehimus, illique omnia privilegia atque honorificentias tribuimus, quae Minoribus Almae huius Urbis Basilicis de iure competunt. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die x novembris MCMXIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Status.***

II

FLORENTINUM TEMPLUM « S. MARIA NOVELLA » AD DIGNITATEM BASILICAE MINORIS EVEHITUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Neminem latet inter potiora sacra templa, mirificis artis operibus conspicua, quibus Florentia gaudet, iure meritoque illud accenseri posse quod ***Santa Maria Novella*** dicitur. A Praedicatorum Ordinis Fratribus erectum, eo tempore quo familia ipsa clarissimis liberalium artium cultoribus abundabat, continuo tam structura, quam ornamentis pulcherrimum evasit, summique magistri tum pictis tabulis, tum sculptis marmore signis illud ornarunt. Accessit iugiter tantae magnificentiae, divini cultus splendor et fidelium ad sacras functiones concursus. Memorare quidem iuvat hoc in templo, adstante Pontificio Legato, pacem fuisse compositam inter Guelphos et Ghibellinos, ibique etiam singulares Concilii Florentini sessiones fuisse habitas atque inde primam processisse per urbis vias sollemnem Corporis Domini pompam. Plures Romani Pontifices erga ecclesiam eamdem benevolentiam singularem significarunt. Eugenius IV, Martinus V, Pius II et Leo X in adnexo coenobio commorati sunt, et constat quidem Pium Pp. VII, rec. mem. Decessorem Nostrum, Romam auctore Deo reducem, in hac ecclesia Ambrosianum hymnum, ovante christiano populo, cecinisse.

Pluribus sanctorum relliquiis, tum martyrum, tum ex Ordine Praedicatorum confessorum, ecclesia ipsa nobilitatur; ac pretiosa quidem sacra supellectile referta est. Cum igitur hoc anno, quo septimum sese vertit saeculum ex quo divus Dominicus Patriarcha, Ordinis Praedicatorum conditor ac legifer, beato Ioanne a Salerno duce, duodecim discipulos suos misit Florentiam, ut illa in civitate Ordinem suum constituerent, dilectus filius Noster Alfonsus S. R. E. cardinalis Mistrangelo, Florentinorum archiepiscopus, una cum dilecto filio Alberto Maria Zucchi, Provinciali Romano, supplices Nobis preces porrexerint, ut, auspicata occasione, ecclesiam hanc, primam Ordinis enunciati sedem Florentiae, ad Basilicae Minoris dignitatem evehere dignaremur; Nos, tam insignes inclyti illius templi memorias animo repetentes, optatis his concedendum ultro libenterque existimavimus. Quare, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Sacris tuendis Ritibus praepositis, Auctoritate Nostra Apostolica, praesentium vi perpetuumque in modum, ecclesiam a ***Santa Maria Novella*** nuncupatam, Florentinae civitatis, titulo ac dignitate Basilicae Minoris cohonestamus, omnia et singula privilegia atque honorificentias eidem tribuentes, quae Minoribus Almae huius Urbis Basilicis de iure competunt. Haec concedimus, largimur, decernentes praesentes Litteras Nostras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant et in posterum spectare poterunt plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritum que ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die XIII novembris MCMXIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Status.***

EPISTOLAE

I

AD PETRUM S. R. E. CARD. LA FONTAINE, PATRIARCHAM VENETIARUM, DE OFFICIIS DELATIS, NOMINE ETIAM CLERI SACRIS EXERCITATIONIBUS VACANTIS, GRATIAS PERSOLVIT.

Dilecte fili noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Officia pietatis, quae tuus Nobis obtulit clerus cum nuper sacris tecum vacaret exercitationibus, non uno nomine grata fuisse scito. Praeter cetera, placuerunt proposita sancta, quibus idem eo fidelius viam sanctitatis sequi se velle scribit, quo miserius a Christo mundus oberrat. Hoc quippe maxime sacerdotum est ***in diebus peccatorum corroborare pietatem*** et, ea imitando quae cotidie tractant, sese Deo hostiam offerre pro proximorum salute. Quod muneris et ad promerendum sibi et ad proficiendum aliis uberrimum, ut alacres, in omni opere bono fructificantes, obeant quotquot istic sunt sacrorum administri, Nos quidem, delata officia grato animo prosequentes, illis omnibus tibique in primis, dilecte fili Noster, caelestium auspicem gratiarum Nostraeque benevolentiae testem, apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die VIII octobris MCMXIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

BENEDICTUS PP. XV

n

AD R. D. ALOISIUM LAMERAND, QUEM CONSOCIATIONIS APOSTOLICAE PRAEPOSITUM GENERALEM ELECTUM ESSE GAUDET.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Te nuper Consociationis Apostolicae praepositum generalem esse renuntiatum, quod Nos perofficiosis litteris fecisti certiores, gratum Nobis est, probe consens quam tu paratus rebusque omnibus instructus accedas ad istam regendam societatem, quam quidem Nos, aeque ac decessores Nostri, valde cordi habemus. Etenim si unquam optandum fuit homines sacri

ordinis - scilicet ut de mundano pulvere quam minime sordescerent - seorsim se a saeculi consuetudine tenere, communiterque inter se vitam agere ac mutuis consiliis, exemplis, hortamentis adiuvare, ad quod ipsum vestra spectat consociatio, id sane curandum est maxime hoc tempore, cum sic vulgo vivitur, ut et summa sit aeternorum bonorum oblivio et fluxarum rerum infinita cupiditas. Egregie opportunum igitur patet clericis adversus multiplicia et gravia mundi pericula in ista consociatione perfugium; quam Nos vehementer cupimus longe lateque, te praeside, propagari. Nec vero est dubium quin, pro tua sollertia diligentiaque, Nobis quidem satis explorata, sis hac in re utilissime elaboraturus. Itaque divinae gratiae auxilia tibi affluant precamur; quorum auspex itemque paternae benevolentiae Nostrae testis apostolica sit benedictio, quam tibi, dilecte fili, et universis tuis sodalibus amantissime impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xxx mensis octobris MCMXIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

DESIGNATIO ORDINARIORUM PRO APPELLATIONE IUXTA CAN. 1594, § 2

Iuxta can. 1594, § *% Codicis Inris Canonici* pro appellatione:

Rmus Archiep. Taurinensis designavit Ordinarium Montis Regalis in Pedemonte;
» » Angelorum, Ordinarium Mexieanum;
» » Carthaginensis in Indiis, Ordinarium S. Marthae;
» » Tuamensis, Ordinarium Galviensem;
» » Sancti Ludovici, Ordinarium Kansanopolitanum;
» » Marianopolitanus, Ordinarium S. Hyacinthi;
» » Compsanensis, Ordinarium Abellinensem;
» » Hydruntinus, Ordinarium Brundusinum;
» » Lugdunensis, Ordinarium Augustodunensem;
» » De Durango, Ordinarium Leonensem;
» » Cameracensis, Ordinarium Atrebatensem;
» » Managuensis, Ordinarium Leonensem in America Centrali;
» » Baltimorensis, Ordinarium Sancti Ludovici;
» » Chamberiensis, Ordinarium Anneciensem;
» » Albiensis, Ordinarium Ruthenensem.

DESIGNATIO ORDINARIORUM PRO APPELLATIONE EPISCOPORUM SANCTAE SEDI IMMEDIATE SUBIECTORUM;

Vigore can. 1594 *Codicis Iuris Canonici* et art. V decreti *Conciliorum provincialium,* a S. C. Consistoriali editi sub die 15 februarii 1919, pro electione tribunalis secundae instantiae:

Rmus P. D. Ioannes B. Cardinale, archiepiscopus Perusinus, designavit Ordinarium Assisiensem;

Rmus P. D. Thomas Trussoni, archiepiscopus Cosentinus, Ordinarium S. Marci et Bisinianen.

Rmus P. D. Alexander M. Zanecchia-Ginnetti, episcopus Aprutinus, Ordinarium Firmanum;

Rmus P. D. Vincentius Migliorelli, episcopus Nursinus, Ordinarium Spoletanum ;

Rmus P. D. Guido M. Conforti, episcopus Parmensis, Ordinarium Mutinensem ;

Rmus P. D. Iosephus Fabbrucci, episcopus Burgi S. Domnini, Ordinarium Mutinensem;

Rmus P. D. Ioannes Carli, episcopus Lünen, Sarzanen., Ordinarium Ianuensem;

Rmus P. D. Iosephus Batignani, episcopus Montis Politiani, Ordinarium Senensem;

Rmus "P. D. Ambrosius Luddi, episcopus Assisiensis, Ordinarium Perusinum ;

Rmus P. D. Carolus Taccetti, episcopus Eugubinus, Ordinarium Perusinum ;

Rmus P. D. Salvator Frattocchi, episcopus Urbevetanus, Ordinarium Perusinum ;

Rmus P. D. Carolus Liviero, episcopus Civitatis Castelli seu Tifernaten., Ordinarium Perusinum;

Rmus P. D. Iustinus Sanchini, episcopus Fanensis, Ordinarium Urbinatensem ;

Rmus P. D. Apollonius Maggio, episcopus Asculan. in Piceno, Ordinarium Firmanum;

Rmus P. D. Pius M. Bagnoli, episcopus Marsorum, Ordinarium Aquilanum;

Rmus P. D. Aloisius Ferretti, episcopus Mandelensis, Ordinarium Spoletanum ;

Rmus P. D. Septimius Caracciolo di Torchiarolo, episcopus Aversanus, Ordinarium Neapolitanum;

Rmus P. D. Albertus Costa, episcopus Melphien. et Rapollen., Ordinarium Salernitanum;

Rmus P. D. Nicolaus Giannattasio, episcopus Neritonensis, Ordinarium Hydruntinum;

Rmus P. D. Nicolaus Zimarino, episcopus Gravinen. et Montis Pelusii, Ordinarium Barensem;

Rmus P. D. Ioannes Iacono, episcopus Melficten., Iuvenacen. et Terlitien., Ordinarium Barensem;

Rmus P. D. Salvator Scanu, episcopus S. Marci et Bisinianen., Ordinarium Cosentinum;

Rmus P. D. Iosephus Morabito, episcopus Miletensis, Ordinarium Rheginensem;

Rmus P. D. Ioannes Bapt. Arista Vigo, episcopus Iaciensis, Ordinarium Messanensem;

Emus et Rmus P. D. Iosephus Card. Francica-Nava, archiepiscopus Catanen., Ordinarium Messanensem;

Rmus P. D. Iosephus Ramiro Marcone, Abbas Ord. Montis Virginis, Ordinarium Beneventanum;

Rmus P. D. Adulphus Verrienti, Prael. Ord. Altamuren. et Aquaviven., Ordinarium Berensem.

Quas designationes Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV benigne approbare dignatus est.

Romae, ex aedibus S. C. Consistorialis, die 14 decembris 1919.

II

NOMINATIO

Decreto S. Congregationis Consistorialis, SSmus D. N. Benedictus Pp. XV nominare dignatus est:

8 decembris 1919. **—** R. P. D. Carolum Gregorium M. Grasso, archiepiscopum Salernitanum, ***Administratorem Apostolicum dioecesis Nolanae.***

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

DUBIUM

CIRCA TESTIMONIALES IURATAS

Sacrae Congregationi de Religiosis propositum fuit sequens dubium : « Quid agendum in casu quo Superior Religiosus vel Rector Collegii aut « Seminarii renuerit iuramento firmare, ad normam can. 545, § 1, litteras « testimoniales a Superiore alterius Instituti requisitas pro admittendo « postulante ad normam can. 544, § 3 ? ».

S. Congregatio, re mature perpensa, respondendum censuit prout respondet: « Praescriptum canonum esse servandum, et Ordinarius, si « agatur de Institutis iuris dioecesani aut laicalibus, sive Collegiis aut « Seminariis; vel Supremus Moderator in Institutis clericalibus aut in « Ordinibus Regularibus, contra tales Superiores renuentes procedant, eos « cogendo etiam per poenas, usque ad privationem officii. Quodsi nihi- « lominus litterae iuratae haberi non possint, res deferatur ad S. Con- « gregationem ».

Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis de Religiosis, die 21 novembris 1919.

MAURUS M. SERAFINI, Ab. O. S. B.,
Secretarius.

ACTA TRIBUNALIUM

SACEÂ POENITENÏIABIA. APOSTOLICA

SECTIO DE INDULGENTIIS

DUBIUM

CIRCA INDULGENTIAS LITANIIS MARIALIBUS ADNEXAS

Propositum fuit huic S. Tribunali sequens dubium:

« Quibusdam in locis consuetudo invaluit Litanias Lauretanas sic « cantandi ut 1) semel tantum recitetur ***Kyrie, eleyson*** (Kyrie eleyson, « Christe eleyson, Christe audi nos, Christe exaudi nos); 2) invoca- « tiones mariales ternae coniungantur cum unico ***ora pro nobis*** (Sancta « Maria, Sancta Dei Genitrix, Sancta Virgo Virginum, ora pro" nobis); « 3) semel tantum pariter dicatur ***Agnus Bei*** (Agnus Dei, qui tollis pec- « cata mundi, parce nobis, Domine, exaudi nos, Domine, miserere « nobis).

<< Attento can. 934, § 2 ***Codicis Iuris Canonici,*** quaeritur utrum hac «ratione fideles lucrari valeant Indulgentias Litaniis adnexas ».

Sacra Poenitentiaria, mature consideratis expositis, respondendum censuit: ***Negative.***

Hanc autem sententiam, ab infrascripto Cardinali Poenitentiario Maiore Ssmo Dno Benedicto Pp. XV, in audientia diei 18 vertentis mensis relatam, Sanctitas Sua confirmavit et insuper declarari iussit: ***praedictam consuetudinem non esse approbandam, ideoque ab Ordinariis prudenter curandum ut in locis ubi viget submoveatur.***

Datum in Sacra Poenitentiaria, die 21 mensis iulii, anni 1919.

O. CARD. GIORGI, ***Poenitentiarius Maior.***

L. © S.

F. Borgongini Duca, ***Secretarius.***

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RELIGIOSI

AVVISO DI CONCORSO

Nella Sacra Congregazione dei Religiosi, il giorno 29 gennaio prossimo, alle ore 8, avrà luogo il concorso per un posto vacante di Officiale minore.

Quegli ecclesiastici che desiderassero prendervi parte, dovranno, dentro il 22 gennaio, esibire alla Segreteria della Sacra Congregazione la domanda, corredata dei titoli necessari per l'ammissione.

Roma, dalla Segreteria della Sacra Congregazione dei Religiosi, 12 dicembre 1919.

Mauro M. Serafini, Ab. O. S. B.
Segretario.

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 2 dicembre 1919, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione ***Generale*** dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Rmi Signori Cardinali, i Rfíii Prelati ed i Consultori teologi componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto dapprima sul dubbio detto del ***Tuto*** per la solenne Beatificazione, ossia dichiarazione del martirio, delle Serve di Dio Maria Maddalena Fontaine e di tre Compagne di lei, Figlie della carità di S. Vincenzo de' Paoli, e parimenti di Maria Clotilde Angela di S. Francesco Borgia e di dieci Compagne di lei, Orsoline di Valenciennes: e di poi sul dubbio intorno al Martirio, alla cagione del Martirio ed ai segni o miracoli del Venerabile Girolamo detto della Rocca delle Ventiquattr'ore, ucciso, come si asserisce, in odio alla Fede in Giulia Cesarea o Algeri.

La mattina del 9 dicembre 1919, nel Palazzo Apostolica Vaticano, si è tenuta la Congregazione ***Particolare*** dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Rmi Signori Cardinali ed i Rmi Prelati Officiali componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sopra le seguenti materie:

1) intorno alla validità di tutti i Processi Apostolici ed Ordinarii costruiti nella Curia di Parigi per la Causa di beatificazione, ossia dichiarazione del martirio, dei servi di Dio Giovanni Maria du Lau, arcivescovo di Arles, Fran-

cesco Giuseppe de La Rochefocauld, vescovo di Beaüvais, Pietro Lodovico de La Rochefocauld, vescovo di Saintes, e Compagni, uccisi in Parigi nel set terabre 1792, come si asserisce, in odio alla Fede;

2) e parimenti intorno alla validità di tutti i Processi Apostolici ed Ordinarii costruiti nella Curia di Vannes per la Causa di beatificazione e canonizzazione della Ven. Caterina de Francheville, fondatrice della Congregazione delle Suore Figlie di Maria Vergine del Ritiro di Vannes;

3) intorno alla validità ed al rilievo del Processo Apostolico costruito nella Curia di Lione sopra la fama di santità della vita, delle virtù e miracoli in genere del Ven. Antonio Chevrier, sacerdote fondatore dell'Asilo detto «La Provvidenza di Prado» e della Società dei Preti di Prado;

4) intorno al culto, in ossequio ai decreti di Urbano VIII, non mai prestato, al Servo di Dio Natale Pinot, parroco di Louroux Béconnais, diocesi di Angers;

5) e parimenti intorno al culto, in ossequio ai decreti di Urbano VIII, non mai prestato al Servo di Dio Lodovico Pavoni, sacerdote fondatorexlelle Figlie di Maria Immacolata in Brescia.

Martedì 23 dicembre 1919, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Rmi Signori Cardinali e col voto dei Rmi Prelati Officiali e dei Consultori teologi, si è tenuta la Congregazione dei Riti ***Preparatoria*** per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù del Ven. Servo di Dio Bartolomeo Maria Dalmonte, Sacerdote secolare ed Istitutore della Pia Opera delle Missioni in Bologna.

NOTA DELLE CONGREGAZIONI DEI SACRI RITI DA TENERSI NELL'ANNO 1920

13 gennaio. Congregazione Ordinaria.

27 » Congregazione Preparatoria sopra le virtù del Ven. Giuseppe Cafasso.

10 febbraio. **Congregazione Generale** sopra il martirio, segni o miracoli dei Venerabili Servi di Dio Mattia Murumba e Compagni d'Ouganda.

24 » Congregazione Ordinaria.

9 marzo. Congregazione Preparatoria sopra le virtù del Ven. Andrea Uberto Fournet.

23 » **Congregazione Generale** sopra le virtù del Ven. Antonio Maria Gianelli.

20 aprile. Nuova Congregazione An ti preparatoria sopra le virtù della Ven. Giovanna Delanoue.

27 » Congregazione Ordinaria.

18 maggio. Congregazione Preparatoria sopra le virtù del Ven. Giovanni Martino Moye.
1 giugno. Congregazione Antipreparatoria sopra le virtù della Serva di Dio Suor Teresa del Bambin Gesù.
8 » Congregazione Ordinaria Particolare.
22 » **Congregazione Generale** sopra le virtù del Ven. Marcellino Champagnat.
13 luglio. Congregazione Preparatoria sopra le virtù del Ven. Antonio M. Claret.
27 » Congregazione Ordinaria.
10 agosto. Congregazione Antipreparatoria sopra i miracoli della B. Maria Maddalena Postel.
26 ottobre. Congregazione Preparatoria sopra le virtù della Ven. Teresa Verzieri.
16 novembre. Congregazione Ordinaria.
23 » Congregazione Preparatoria sopra le virtù del Ven. Pietro Giuliano Eymard.
7 dicembre. **Congregazione Generale**
14 » Congregazione Ordinaria Particolare.
21 » Congregazione Antipreparatoria sopra i miracoli del Ven. Michele Garicoits.

PONTIFICIUM INSTITUTUM ORIENTALE

DE QUODAM CONCURSU

Emus ac Rmus f. m. Cardinalis Franciscus a Paula Cassetta, Sanctae Sedi duorum millium libellarum summam dono reliquerat, in praemium tribuendam pro meliori opere circa hoc thema conscribendo : ***De Primatu Romam Pontificis eiusque ad Orientales Ecclesias relationibus.***

Ssmus D. N. Benedictus Papa XV Academico Doctorum Consilio Pontificii sui Instituti Orientalis curam commisit certaminis, condiciones ac praemium pro merito tribuendi.

Professores vero in concilium congregati has statuerunt condiciones:

1) inquisitio ad eam temporis periodum restringatur quae ab anno post Christum 428 ad 519 usque extenditur;

2) hos inter fines concertantium erit, tum testimonia quibus Primatus Romani Pontificis assertus est, tum facta quibus re ipsa est exercitus recensere, ratione tamen habita solarum Orientalium Ecclesiarum (Byzantina sane non exclusa) ;

3) inquisitio hauriatur ipsis ex fontibus primigeniis, testimoniis omnibus ad severae criticae trutinam vocatis et omnimoda historiae luce illustratis;

4) testimonia graeca et latina adducenda sunt in ipsa eorum lingua originali, cetera vero in commentatoris linguam verti possunt (allegentur ut plurimum Patrologiae Migne, Graffili, Chabot);

5) hisce linguis scribere fas esto: graeca, latina, italica, gallica, hispanica, anglica, germanica (latinis tamen litteris);

6) scribendi modus admodum nitidus. Immo, si fieri potest, optandum ut concertantes machina utantur dactylographica;

7) scripta mittantur Romam ad Pontificium Institutum Orientale (Piazza Scossacavalli) ante diem kal. ian. 1922. Ne ullum auctoris nomen prae se ferant, sed tantum sententiam quamdam, repetendam tamen in superiori parte sciddae sigillo omnino signatae et clausae in* qua et nomen revelentur auctoris et domicilium ;

8) non conferetur praemium si iudicio Consilii Academici nullum opus eo dignum invenietur. Quo in casu novum indicetur certamen.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare:

22 novembre 1919. Il sig. conte Ildebrando Silvestri Faà, Guardia Nobile di S. S., ***Corriere di Gabinetto presso Mons. Arcivescovo di Saragozza.***

22 » » Mons. Gennaro di Somma, ***Ablégalo Apostolico a recare la berretta cardinalizia a Mons. Arcivescovo di Saragozza.***

****26 » »*** Il Rmo P. Giambattista Frey, della Congregazione dello Spirito Santo, ***Consultore della Sacra Congregazione dei Seminarii e delle Università degli Studi,.***

28 » » Il Rmo P. Lodovico Ferretti, 0. P., ***a Primo Compagno del Brno Commissario del S. Uffizio.***

7 dicembre » L'Emo sig. Card. Basilio Pompilj, ***Protettore della Congregazione dei Figli della S. Famiglia.***

» » » L'Emo sig. Card. Lodovico Billot, ***Protettore dell'Istituto delle « Ancelle del S. Cuore di Gesù e dei Poveri ».***

24 » » L'Emo sig. Card. Antonio Vico, ***Protettore delle Suore di Notre Dame de Namur.***

27 » ***»*** L'Emo sig. Card. Augusto Silj, ***Membro del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.***

GOÛ Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotarii) apostolico di numero partecipante:

17 dicembre 1919. Mons. Domenico Spolverini, Rettore del Pontificio Seminario Romano Maggiore.

Protonotari apostolici ad instar participantium :

25 novembre 1919. Mons. Antonio Martínez y Martínez, della diocesi di Tortosa.
26 » » Mons. Giuseppe Ferreira da Ponte, della diocesi di Sobral.
12 dicembre » Mons. Giovanni Battista Del Signore, della diocesi di Novara.

Prelati Domestici di S. S.:

18 novembre 1919. Mons. Francesco Pelonzi, della diocesi di Sabina.
26 » » Mons. Angelo Recehia, di Roma.
3 dicembre » Mons. Antonio Rèboli, della diocesi di Piacenza.
18 » » Mons. Lorenzo Leoni, della diocesi di Viterbo.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda con placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

13 dicembre 1919. Al sig. Leone de Sauvage, della diocesi di Namur.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

17 dicembre 1919. Al sig. Leone Huayek, della nazione maronita.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

7 agosto 1919. Al sig. dott. Francesco P. Sagasti, dell'archidiocesi di Buenos Aires.
16 novembre 1919. Al sig. Leone Grados, delParchidiocesi di Parigi.
10 dicembre » Al sig. Vincenzo Van Haelst, della diocesi di Gand.
11 » » Al sig. Teodoro Giovanni, de Groen, dell'Aia.
15 » » Al sig. Enrico Marrel, di Rive-de-Gier.
» » » Al sig. Giovanni Condamin, di S. Chamond.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

23 novembre 1918. Al sig. Lotario Primbs, dell'archidiocesi di Monaco di Baviera.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

28 ottobre 1919. Mons. Luigi Bardoni, dell'archidiocesi di Lucca.
12 novembre » Mons. Angelo Fabiani, della diocesi di Velletri.
» » » Mons. Ettore Moresi, della medesima diocesi.
3 dicembre » Mons. Plewka Plewczynski, dell'archidiocesi di Varsavia.
4 » » Mons. Pietro Giorgio, della diocesi di Isernia e Venafro.
15 » » Mons. Leandro Corbellini, della diocesi di Norcia.
16 » » Mons. Venceslao Mayer, dell'archidiocesi di Gnesna e Posnania.
» » » Mons. Stanislao Janasik, della medesima diocesi.
» » » Mons. Taddeo Zakrzewski, della medesima diocesi.
» » » Mons. Teodoro Taczak, della medesima diocesi.
20 dicembre » Mons. Vincenzo Séstito, della diocesi di Squillace.

Cameriere Segreto di Spada, e Cappa soprannumerario di S. S.:

13 dicembre 1919. Il sig. Stanislao Pomian Grabinski, dell'archidiocesi di Varsavia.

Cappellani d'onore extra Urbem ***di S. S:***

10 novembre 1919. Mons. Francesco Carla, della diocesi di Lecce.
13 dicembre » Mons. Giovanni Gartner, dell'archidiocesi di Vienna.

NECROLOGIO

17 dicembre 1919. L'Emo Sig. Card. Giuseppe Maria Cos y Macho, arcivescovo di Valladolid.
26 » » Mons. Giovanni Muñoz y Herrera, vescovo di Malaga.
» » » Mons. Guglielmo Van de Ven, vescovo di Bois-le-Duc.
27 » » Mons. Luigi Bignami, arcivescovo di Siracusa.
28 » » Mons. Emanuele M. Martin de Gibergues, vescovo di Valence.

Annus XII • Yol. XII 2 Februarii 1920 Num. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

URBIS

«RECTIO NOVAE PAROCHIAE SUB TITULO BEATAE MARIAE VIRGINIS BONI CONSILII, IN LOCO « QUATRARIUM », VULGO « IL QUADRARO », NUNCUPATO.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI ^

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Inter officia Ecclesiae regiminis propria hoc sane primum obtinet locum spirituali christifidelium bono in universo catholico orbe opportune providere, maxime vero in hac alma Urbe, quae sub ipsis fere oculis Romanorum PONTIFICUM posita est et Eorum curae praecipue commissa.

Cum igitur in aliqua eiusdem Urbis aut finitimorum locorum regione incolarum frequentia crescat, ibi etiam circumscriptionum ecclesiasticarum numerus est augendus, ut animarum cura, inter plures divisa pastores, facilius et salubrius exerceri possit.

Cum itaque extra Urbis moenia, apud tertium circiter miliarium Viae Tusculanae, locum « Quatrarium », vulgo *II Quadrare-,* nuncupatum, magis in dies a£ incolis frequentari coepisset, et necessitas postularet ut ibi animarum CURAE maioribus praesidiis provideretur, fel. rec. Pius Papa Decimus, Praedecessor Noster, ibi scholam instituit, Monialibus commissam, in qua pueri ad christianam religionem et ad BONAS artes infor-

marentur, ibique ecclesiam exstrui iussit, beatae Mariae Virgini Boni Consilii dicandam, in qua, post eiusdem Praedecessoris Nostri obitum^ a Nobis perfecta, a die nona mensis augusti anni Domini millesimi nongentesimi decimi sexti sacra peraguntur.

Nunc vero, quum in eodem loco incolarum numerus augeri non desiverit, ad spirituale fidelium ibi commorantium bonum parochiam instituendi necessitas patuit.

Nos igitur, omnibus mature perpensis, praedictam ecclesiam, beatae Mariae Virgini Boni Consilii dicatam, -in loco « Quatrarium », vulgo ***U Quadraro,*** nuncupato, auctoritate Nostra in parochiam erigimus, erectamque per praesentes litteras declaramus cum omnibus iuribus et privilegiis ad parochialitatem pertinentibus.

Dictae parochiae sic noviter erectae attribuimus circa positum territorium, cuius propterea partem ex Sacrosanctae Ecclesiae Lateranensis parochia, partem vero e parochia suburbana sanctorum Petri et Marcellini ***inter duas lauros,*** suppleto consensu tum Capituli eiusdem Lateranensis Ecclesiae, tum parochi praefatae ecclesiae sanctorum Petri et Marcel lini ***inter duas lauros,*** Apostolicae potestatis p enitudine per easdem praesentes litteras dismembramus.

Novae insuper sic erectae parochiae congruam pecuniae vim constituimus, atque usum domus, quae praedictae ecclesiae adiacet, in parochi pro tempore habitationem concedimus.

Ad haec omnia exsequenda et in primis ad novae parochiae fines^ ut supra, statuendos, deputamus venerabilem ratrem Nostrum Basilium, episcopum Veliternum, S. R. E. cardinalem Pompilj, Nostrum in Urbe generalem in spiritualibus V carium, eidem tribuentes necessariae et opportunas facultates ad effectum de quo agitur.

Praesentes autem itteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet, quorum interest, vel sua interesse praesumant, aut in praemissis, seu eorum aliquo ius quamvis ex fundatione, vel dotatione, vel aliquo quovis tuto, habeant ve habere praesumant, auditi non fuerint ac praemissis iisdem non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexccgitato defectu, notari, impugnar vel in controvers am vocari posse, sed eas, tamquam certa scientia et potestatis plenitudine editas, perpetuo validas esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque^is omnibus, ad quos spectat, inviolabiiter observan volumus et decernimus, sublata cuicumque, etiam Cardinali! a dignitate fulgenti, quavis aliter iudicandi

et interpretandi facultate, irritum quoque et inane decernentes quidquid in contrarium scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Praedecessorum Nostrorum constitutionibus -et ordinationibus, ceterisque quibuscumque in contrarium praemissorum, quibus omnibus, de illis eorumque' totis tenoribus, praesentibus litteris pro expressis habentes, Motu, scientia et Apostolicae potestatis plenitudine latissime specialiter derogamus.

Nemini ergo liceat ea quae his litteris Nostris statuta sunt infringere,, vel eis ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum Eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo decimo nono, die vigesima sexta mensis iulii, Pontificatus Nostri anno quinto..

O. CARD. CAGIANO
S. R. E. Cancellarium.

Lodovicus Schüller, ***Protonotarius Apostolicus.***
Leopoldus Capitani, ***Subst. Reg. ex spec. deleg.***

Loco **ï£(** Plumbi.

Reg. in Cane. Ap., vol. XVIII, n. 52.

II

URBIS

ERECTIO NOVAE PAROCHIAE SUB TITULO OMNIUM SANCTORUM, IN REGIONE CIRCA VIAM APP1AM, EXTRA PORTAM SANCTI IOANNIS.

BENEDICTUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Nihil Sedi Apostolicae antiquius fuit, quam diligenter curare ne auxilia spiritualia christifidelibus unquam deficerent.

Huiusmodi Romanorum Pontificum sollicitudinem praecipue haec alma Urbs experta est, ubi cum in aliqua regione, vel intra, vel extra moenia posita, incolarum frequentia creverit, ibi etiam novas parochias Pontifices erexerunt, eo sane consilio ut spiritualibus necessitatibus fidelium ibi degentium opportune provideretur.

Cum autem in regione circa Viam Appiam Novam, extra Portam sancti Ioannis, incolarum numerus magis in dies augeretur, fel. rec.

Pius Papa decimus, Praedecessor Noster, iam ab anno millesimo nongentesimo septimo munus Congregationi « Opera divinae Providentiae » detulit curandi ut ibi nova erigeretur parochia.

Sed, ob difficultates in pactionibus de solo comparando, ubi novum templum exstrueretur, dirimendas, ñon ante annum millesimum nongentesimum decimum septimum templum ipsum aedificari coepit et eodem anno, die festo sanctorum Petri et Pauli, prima fundamenta eiusdem templi, Sanctis omnibus dedicandi, substructa sunt.

Nunc vero, cum novi templi pars iam sit perfecta, ac ibidem a primo huius mensis die sacra peragi coepta sint, curae animarum in illa regione, nulla interposita mora, definitive providere opportunum visum est.

Nos igitur, omnibus mature perpensis, praedictam ecclesiam Omnium Sanctorum, extra Portam sancti Ioannis, auctoritate Nostra in parochiam erigimus, erectamque per praesentes litteras declaramus, cum omnibus iuribus et privilegiis ad parochialitatem pertinentibus.

Noviter sic erectae parochiae attribuimus circa positum territorium, quod propterea e parochia Sacrosanctae Lateranensis Ecclesiae, suppleto eiusdem Lateranensis Ecclesiae CapituJi consensu, Apostolicae potestatis plenitudine, per easdem praesentes litteras dismembramus.

Eidem novae parochiae congruam pecuniae vim constituimus, atque usum domus, quae praedictae ecclesiae adiacet, in parochi pro tempore habitationem assignamus.

Ad haec omnia et alia quae necessaria erunt, exsequenda, in primis, vero, ad novae parochiae fines statuendos, deputamus venerabilem fratrem Nostrum Basilium, episcopum Veliternum, S. R. E. cardinalem Pompilj, Nostrum in Urbe generalem in spiritualibus Vicarium, eidem tribuentes necessarias et opportunas facultates ad effectum de quo agitur.

Praesentes autem litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet, quorum interest vel sua interesse praesumant, aut in praemissis, seu eorum aliquo, ius, quamvis ex fundatione, vel dotatione, vel aliquo quovis titulo, habeant, vel habere praesumant, auditi non fuerint ac praemissis iisdem non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu, notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam certa scientia et potestatis plenitudine editas, perpetuo validas esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque iis omnibus ad

quos spectat inviolabiliter observari volumus et decernimus, sublata cuicumque, etiam cardinalitia dignitate fulgenti, quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate, irritum quoque et inane decernentes quidquid in contrarium, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

Non obstantibus Praedecessorum Nostrorum constitutionibus et ordinationibus, ceterisque quibuscumque in contrarium praemissorum, quibus omnibus, de illis eorumque totis tenoribus praesentibus litteris pro expressis habentes, Motu, scientia et Apostolicae potestatis plenitudine latissime «specialiter derogamus.

Nemini ergo liceat quae hisce litteris Nostris statuta sunt infringere, vel eis, ausu temerario, contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum Eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo decimo nono, die quarta mensis novembris, Pontificatus Nostri anno sexto.

O. CARD. CAGIANO
S. B. E. Cancellarius.

iulius Cam pori, ***Protonotarius Apostolicus.***
Leopoldus Capitani, ***Subst. Reg. ex spec. deleg.***

LOCO ✠ PLUMBI.

Reg. in Cane. Ap., vol. XIX, n. 16.

EPISTOLAE

I

AD R. P. OGTAVIUM MARCHETTI, S. I., DE SCHOLA THEOLOGIAE ASCETICO-MYSTICAE IN GREGORIANA UNIVERSITATE.

Diletto figlio, salute ed apostolica benedizione. — Con viva soddisfazione vedemmo nel passato anno sorgere in cotesta illustre Università, insieme all'opportunissima iniziativa di un Istituto di cultura filosofica e religiosa per il laicato, anche quella non meno opportuna, e del pari necessaria, di una cattedra di teologia ascetico-mistica, mirante a procurare una più profonda formazione religiosa del clero, mercè lo studio scientifico e pratico delle principali questioni concernenti la perfezione cristiana. Il Nostro cuore si aprì allora alle più liete speranze, facilmente presagendo quali eletti frutti di pietà e di zelo avrebbe recato

un insegnamento, che le anime più eminenti per santità e per dottrina ritengono risponda alla realtà di un sentito bisogno. Suole infatti accadere che, non esistendo la trattazione di tal genere di studi negli ordinari corsi di teologia dommatica e morale, il giovane clero, mentre si nutre di svariate sacre discipline, rimanga poi digiuno dei ver principi delia vita spirituale, il cui sano e arduo discernimento gli indispensabile per la propria perfezione e per il successo di quel sacro ministero cui è chiamato da Dio. A colmare tale lacuna è sorta, per buona ventura, questa scuola; la quale, non solo tende a preparare dotti direttori di spirito, capaci di guidare le anime per le varie e mirabili ascensioni della santità, ma è destinata nel tempo stesso a correggere quell'ascetismo vago e sentimentale e quell'erroneo misticismo che, o inventati liberamente dall'arbitrio individuale, o attinti a fonti sospette, non mancano purtroppo anche oggi di serpeggiare nel popolo, con grave pericolo delle anime. Ed ora che Ci è dato di constatare il felice esito del primo anno scolastico, come voi, diletto figlio, Ci avete poc'anzi informato con la vostra relazione, Noi ne abbiamo motivo a confermarci nella speranza che questa istituzione sarà feconda di messe copiosa, consolante e per molti spiriti m'attesa. Ce ne dà affidamento non solo l'esperto magistero dell'egregio insegnante, posto saggiamente sotto l'auspice e sicura guida dell'Aquinate, il quale, come nelle altre sacre discipline, così anche in questa apparisce grande Dottore e gran Santo; ma anche il volenteroso impegno di quegli uditori che già si ascrissero al corso, e degli altri che, solleciti di meglio corrispondere alla divina chiamata, si terranno felici di esservi assidui per l'avvenire. Al qual proposito, Ci è parso assai lodevole il vostro divisamento di tenere d'ora innanzi, non una, ma due lezioni settimanali, con trattazione di materie diverse, per dare agio a chi non possa, in uno dei due giorni, di intervenire egualmente alla scuola e di avere ogni settimana un insegnamento continuato. Degno poi di particolare encomio Ci è sembrato anche il proposito di aprire nell'Università Gregoriana, a lato della scuola, una biblioteca asceticó-mistica, per la consultazione delle principali opere a vantaggio degli studiosi. A nessuno sfuggirà l'alta finalità e la singolarissima importanza di queste ben concepite intraprese, le quali, tendendo ad integrare l'istruzione del clero, gli faciliteranno insieme l'obbiettivo della sua sacra missione, vale a dire la santificazione di se stesso e del prossimo. Ci allieta quindi il pensiero che al suddetto corso non solo saranno attratti cotesti alunni di teologia, ma ancora, ed in gran numero, i sacerdoti sì secolari che regolari di quest'alma città, e coloro specialmente a cui compete per ufficio di attendere alla dire-

zione delle anime e che non vorranno esporsi al rischio di lavorare, se non con niun frutto, certo con minore utilità. Così cotesto insigne Ateneo, alle tante benemerenze già acquistate nel campo della scienza, aggiunge ora anche questa, di dar lume ai direttori di spirito; i quali poi, alla loro volta, nei seminari, nei chiostri e tra il popolo cristiano saranno fari di luce, contribuendo alla pratica di quella vera pietà che, nella grazia e nell'imitazione di Cristo, solleva le anime fino ai fastigi di virtù che sono proprii della santa Chiesa cattolica.

Come auspicio dei celesti favori e come pegno insieme della paterna Nostra benevolenza impartiamo di cuore a voi, diletto figlio, a quanti vi prestano aiuto ed a singoli vostri uditori l'apostolica benedizione.

Dal Vaticano, 10 novembre 1919.

BENEDICTUS PP. XV

II *

AD RR. PP. DD. HIERONYMUM, ARCHIEPISCOPUM S. SALVATORIS IN BRASILIA, CETEROSQUE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS BRASILIAE SEPTEMTRIONALIS: GRATULATUR QUOD ANNUUM CONVENTUM SUB AUSPICIIS BEATAE MARIAE VIRGINIS DE MONTE CARMELO PROXIME HABUERINT.

Venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Opportune admodum, hoc anno, de communibus Ecclesiarum vestrarum negotiis tum vobis agere libuit cum Recifem simul convenistis, ut imaginem augustam beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo regiae ornaretis maiestatis insignibus. Ea tunc in urbe congregatis visum scilicet Nobis est res vestras et consilia cum ipsa quodammodo conferre boni consilii Matre, eademque auspice atque adiutrice animum vos sumere atque alacriores effici ad ardua quaeque aggredienda. Nos quidem cum pergratum habuimus nuncium celebrati coetus, Marialium sollemnium et votorum, quae suscepta tunc pro Nobis sunt, tum etiam plurimum spei ac solatii hausimus simul ex pietate in Nos vestra, simul ex certa exspectatione praesentioris in dies Virginis opis, tam trepidis praesertim in rebus.

Praeter ea, quae in data ad Nos epistola recte et considerate scribitis de pace stabilienda muniendaque christiana fraternitate in primisque obsequio erga catholicae Ecclesiae iura, gratias - quae vestra humanitas est - Nobis agitis quod Reipublicae vestrae Praesidem, cum

Romam se nuper contulisset, singulari benevolentia accepimus. Nihil tribuimus immerenti. Moderatorem florentissimarum civitatum, praestantem virum Nostrique observantissimum, aequissimum sane fuit liberaliter, ut licuit, tractare et omni Nos prosequi officio. Cum ipsius id caussa fecimus, tum etiam Nostra ac "vestra. Quoad cetera quae nuntiatis de cleri populique vestri pietate ac disciplina quaeque Nos iucundissime affecerunt, vestrum erit vineam Domini ut boni operarii et excolere et custodire ita, ut, quantum in Nobis est, reddat fructum centuplum. Id ex optato ut eveniat, caelestium conciliatricem munerum Nostraeque testem caritatis, vobis omnibus, venerabiles fratres, clero ac populo unicuique vestrum tradito, apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xxv novembris MCMXIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

BENEDICTUS PP. XV

in

AD ANTONIUM S. R. E. CARD. MENDES BELLO, PATRIARCHAM ULYSSIPONENSEM, CETEROSQUE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS LUSITANTAE : DE SUADENDA SUBIECTIONE ET OBEDIENTIA CIVILI POTESTATI CONSTITUTAE.

Dilecte fili Noster et venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Celeberrima evenisse sollemnia, quae recens in honorem beati Nonii Alvares Ulyssipone acta sunt eisdemque complures vestrum interfuisse, equidem didicimus perlibenter. Ita enim, praeclaram nacti occasionem, non modo consilia de statu rerum inter vos contulistis, ut in iis, quae ad religionem civitatemque pertinent, communem agendi normam fidelibus vestris iudicaretis, sed etiam sententiam Nostram in hac causa gravissima ab Apostolico Nuntio cognovistis. Verumtamen qua sumus erga nobilissimam Lusitanorum gentem propensa volontate, vosmetipsos, venerabiles fratres, paterne alioqui volumus, In primisque spem bonam fovemus, fore ut omnes, vel clerici vel laici, quorum quidem sincerum patriae studium est exploratissimum, in pace concordiaque civium redintegranda cedant nemini. Etenim, quoniam Ecclesia neque factionibus obnoxia esse, uti patet, neque politicis partibus servire debet, idcirco ipsius est fideles hortari ut iis pareant qui praesunt,

qualiscumque demum sit civitatis constitutio. Ab his enim pendet commune bonum, quod est sane, secundum Deum, suprema lex civitatis, ut egregie docuit decessor Noster fel. rec. Leo XIII in Litteris Encyclicis ***Au milieu des sollicitudes,*** die xvi februarii MDCCCXCII datis. Qui praeterea, ad Cardinales Galliae die III maii eiusdem anni scribens, hoc edixit, christiani hominis esse ei se fideliter subiicere potestati quae reipsa dominetur. Sequentes igitur doctrinam et consuetudinem Ecclesiae, quae semper cum rebus publicis cuiusvis formae amicitiae coniunctionem habere consuevit, quaeque nuper cum Lusitana Republica rationes mutuas restituit, isti quoque catholici homines civili potestati, uti nunc constituta est, velint bona cum fide obtemperare et civilia munia, quae sibi delata sint, in commune religionis civitatisque emolumentum non inviti suscipere. Haec vero hortamenta eo magis Nos facimus quod, ex iis quae sunt Nobis declarata, confidimus Lusitanos magistratus servaturos esse Ecclesiae plenam libertatem usumque sacrorum iurium, ut ea istic divinum munus utilissime persequatur. Vestramque erit, venerabiles fratres, cum clero vestro fidelibus saepius suadere ut, Ecclesiam matrem rationibus factionibusque potiorem habentes, unitis viribus ad eius tutanda iura omnino contendant. Ita enim ad incrementum prosperitatemque ipsius Lusitanae patriae valde conferent, ut quod ea gloriosissimum munus a divina Providentia accepit, idem, Fidem praesertim civilemque cultum per coloniarum immensitates propagando, feliciter exsequi perseveret. Atque auspicem caelestium donorum praecipuaeque benevolentiae Nostrae testem, vobis, dilecte fili Noster et venerabiles fratres, universoque clero vestro ac populo apostolicam benedictionem amantissime elargimur.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xvni decembris MCMXIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

BENEDICTUS PP. XV

IV

AD R. P. D. FRANCISCUM KOHDAC, ARCHIEPISCOPUM PRAGENSEM, COETUM EPISCOPORUM CONVOCANDUM STATUENS.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Quandoquidem non paucas paterni studii Nostri erga Bohemorum gentem significationes dederamus, idcirco spes erat Ecclesiae catholicae condicionem apud vos brevi fore meliorem. Verum undique Nobis nuntiatur

eadem potius ingravescere coepisse : idque pro pastorali tua diligentia, facile intelliges, venerabilis frater, quantopere Nos angat atque sollicitet. Quare, officio permoti quo fungimur Pastoris universi christiani gregis, et praecipuo quodam ducti amore in filios in tantis periculis constitutos, Nostrum esse censemus te, venerabilis frater, tuosque in Episcopatu collegas, quibus illi sunt proxime concrediti, vehementer hortari ut praesentem statum attentissime consideretis. Itaque ut vos plane possitis perspicere quomodo res se habeant eisque idonea adhibere remedia, omnino putamus oportere quam primum vos Pragam in unum conveniatis. Qui conventus, pro gravitate agendarum rerum quae moram non patiuntur, non ultra dimidium mensis proximi februari habendus erit. Tu igitur, venerabilis frater, ubi has litteras acceperis, hoc mandatum Nostrum collegis tuis significans; itemque videbis an dilectum filium Nostrum, Cardinalem Archiepiscopum Olomucensem, sua ipsius valetudo et ecclesiae suae status huic conventui sinant interesse: Nos enim valde velimus eum vobiscum adesse et honoris ergo, uti par est, coetui praesidere. Palam est rerum condicionem praecipue fieri graviorem ex agendi ratione nonnullorum e clero, eorum maxime qui sunt de consociatione cleri bohemici ***Iednota*** uti vocant, quorum pervicacia in postulandis insanis rerum novitatibus insistit. Scimus equidem qui ista contendant -esse eos cleri bohemici partem sane exiguam: sed tamen novimus quanta sit in ceteros vis paucorum quae consociationis praesidio confirmetur. Quapropter vobis in proximo conventu expendenda in primis erit huius consociationis opera probeque considerandum utrum ea sit quae ita possit emendari ut ecclesiasticae disciplinae ratio salva sit, an eadem sit omnino dissolvenda prohibendique sacerdotes omnes ne adhaereant ei, si quidem contra voluntatem vestram, permanserit. De iis autem rerum capitibus quae ei consociationi proposita sunt, non opus est hic a Nobis iterari quod tibi coram, cum ad Nos admissus es, significavimus quodque iis sacerdotibus, qui mense iunio proxime elapso istinc missi consultum Romam venerant, omni asseveratione affirrnavimus: scilicet ecclesiastici caelibatus legem, ut praecipuum sacerdotii catholici decus eiusque virtutum optimarum fontem, sancte inviolateque esse retinendam, nec umquam futurum esse ut eam haec Apostolica Sedes abolere aut mitigare velit. Item pati non possumus clero id tribuere ut ius aliquod sibi arroget in praerogativas istius Sedis Archiepiscopalis. Cuius quidem Sedis dignitatem atque amplitudinem cum ipsi habemus plane perspectam, Nostrum erit iudicare num et quomodo eam vel ad altiorem honoris gradum promoveri oporteat. Optandum est istum clerum, ab his insanis postulationibus recedentem, in officio

permansurum esse, nec vobis, venerabiles ratres, daturum causam graviter in ipsum animadvertendi. Confidimusque eum clerum qui Ioannis Nepomuceni, sacerdotalis officii martyrio praeclarissimi, gloria ornatur et patrocinio, sacrosanctis quibus tenetur legibus fidelissime obtemperaturum, quin immo paratum fore omnia pati dum par necessitatibus horum temporum exsistat, vobisque in refovenda religione et moribus istius populi operam navet. In cuius rei auspicium ac paternae benevolentiae Nostrae testimonium, tibi, venerabilis frater, ceterisque Episcopis qui tecum convenient apostolicam benedictionem, divini luminis conciliatricem, amantissime impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die III mensis ianuarii anno MGMXX, Pontificatus Nostri sexto.

BENEDICTUS PP. XV

V

AD PERILLUSTREM D. HERBERTUM HOOVER: DE OPERA AB EO INITA AD REFICIENDUS PUEROS IN REGIONIBUS EUROPAE BELLO VEXATIS GRATULATUR.

Cher Monsieur,

Par l'intermédiaire de Notre cher fils, Monsieur le Cardinal Archevêque de Baltimore, Nous avons reçu de nouvelles informations sur l'œuvre vraiment admirable et providentielle que vous continuez à développer pour subvenir aux graves et multiples nécessités, dont souffre l'Europe, au point de vue de l'alimentation. De tels bienfaits, qui vous assurent, sans aucun doute, un très haut rang dans l'histoire de la charité chrétienne et, pour ainsi dire, un titre unique à la reconnaissance des peuples, remplissent Notre âme d'une profonde satisfaction et de la plus vive consolation, à la pensée du grand bien qui en découle pour la multitude des malheureux dans cette Europe désolée.

Nous avons appris, en particulier, que vous prodiguez actuellement votre sollicitude la plus empressée et la plus délicate, en faveur des pauvres petits enfants. Nous avons encore présent à l'esprit, et très vivant, le souvenir de tout ce que vous avez fait pour venir au secours des malheureux petits enfants Belges, à un moment où, par manque d'une nourriture apte à soutenir leur frêle existence, ils étaient sur le point de périr. C'est de tout cœur que Nous avions, alors, fait entendre Notre voix pour encourager votre généreuse initiative: et, actuelle-

ment, Nous ne voulons pas faire autrement, d'autant plus que ce n'est plus seulement la vie des petits enfants d'une seule nation qui est en péril, mais, selon ce qui Nous a été rapporté, celle de plus de ***trois millions*** de petits enfants, appartenant à divers Etats d'Europe.

Ainsi donc, pressés par la charité de Jésus-Christ et participant à la prédilection qu'il avait pour les petits enfants, Nous recommandons de la manière la plus pressante l'œuvre, que vous développez dans ce but, à la générosité de tous les citoyens d'Amérique, sans distinction de foi ou de parti, bien assurés qu'eux-mêmes, dont le cœur reste toujours ouvert à toute noble initiative, répondront avec enthousiasme à cet appel; d'autant plus qu'il seront heureux de voir que votre œuvre, étrangère à tout ressentiment et à tout particularisme, a pour but de secourir tous les malheureux, et de préférence les petits enfants innocents de ceux qui furent les ennemis d'hier et qui, actuellement, sont en proie à de plus grandes souffrances.

Nous-mêmes, comme vous le savez, Nous avons été poussés par ces mêmes sentiments élevés, lorsque Nous Nous sommes adressés à tous les Evêques du monde entier pour exciter la charité des fidèles à secourir, le jour des Sts Innocents, les petits enfants de l'Europe Centrale, lorsqu'il Nous a été agréable également de recommander l'œuvre ***Save the Children Fund*** de Londres, qui s'est faite la promotrice d'une initiative analogue. Nous ne doutons pas que la multiplicité de ces efforts n'atteignent, Dieu aidant, les résultats les plus bienfaisants. Nous pensons, par ailleurs, que le but serait plus sûrement atteint si ces diverses énergies se coordonnaient entre elles, dans une sage entente.

Souhaitant de tout cœur le plus grand succès à votre généreuse activité, nous prions Dieu instamment de vous accorder ses plus précieuses récompenses.

Du Vatican, le 9 janvier 1920.

BENEDICTUS PP. XV

âCTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

SCHEMATICA NONNULLORUM E CLERO BOHEMO SACERDOTUM COALITIO DAMNATUR.

Nunciatura est Sanctae Sedi nonnullos e clero bohemo sacerdotes, quorum impulsu insanae iam antea postulationes eidem Sanctae Sedi oblatae fuerant, postremis hisce diebus illegittime congregatos, schismatico ausu, defectionem ab Ecclesia Romana, aliarum omnium ecclesiarum matre et magistra et catholicae unitatis centro, proclamasse atque in nationalem, quam vocant, ecclesiam coaluisse.

Tantum facinus Suprema haec Sacra Congregatio Sancti officii, cui fidem moresque tutandi onus incumbit, ex animo detestata, muneris sui esse ducit praefatam ecclesiam seu schismaticam coalitionem, absque ulla mora reprobare, damnare atque anathematizare, ut reapse praesenti Decreto, nomine et auctoritate Ssmi D. N. Benedicti XV, reprobat, damnat atque anathematizat, insimul declarans supradictos sacerdotes, cuiusque sint gradus, conditionis et dignitatis, iam ipso facto excommunicationem incurrisse ad praescriptum canonis 9384 speciali modo Sedi Apostolicae reservatam, et si forte (quod Deus avertat) in ea contumaciter insordescat, omnibus aliis per Sacros Canones statutis poenis atque inhabilitatibus quamprimum plectendos fore.

Curent autem pro suo munere Sacri Bohemorum Antistites praesens Decretum ad fidelium sibi commissorum notitiam, quo efficaciori modo in Domino censuerint, statim deducere eosque a schismaticae factioni quomodocumque adhaerendo deterrere, ne forte et iidem fideles in eamdem incidant damnationem.

Datum Romae ex aedibus S. Officii, die 15 ianuarii 1920.

Aloisius Castellano, ***Supremae S. G. S. Off. Notarius.***

SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

MELE VIT AN A ET GAUDISIEN.

CIRCA BENEFICIA, CAPELLANÍAS ET PATRIMONIA SACRA DE IURE PATRONATUS

Iam inde ab anno 1910 Melevitanus Ordinarius, cui postea accessit et Episcopus Gaudisiensis, conquerebatur incassum cessisse iussa ad rem data ut iuvenes qui patrimonia sacra vel beneficia iuris patronatus (quae in iis insulis quam plura numerantur) assecuti fuissent, sacrum seminarium ingrederetur et ecclesiastica studia peragerent. Hi namque, beneficii vel patrimonii possessione adepta, ecclesiastica induti veste vel etiam solo ***romano collari*** adhibito velut insigne clericalis status, civilis legis auxilio freti, pristinum vitae tenorem servare ac prosequi solebant, studiis vel etiam saecularibus negotiis vacantes, quin de ecclesiastico statu quidquam cogitarent curarentque. Vix sane dici potest quantum in apertam iustitiae laesionem haec cederent; etenim eiusmodi agendi ratione piae in primis fundatorum voluntates pessundabantur: simul vero catholicae fidei et religioni detrimentum afterebatur, imo et in apertum spretum saepe numero vergebant ecclesiastici habitus et status, idque penes protestantes homines praesertim, qui ecclesiasticam vestem a pueris et ab adolescentibus multo cum dedecore gestari vidèrent. Plura, ad haec vitanda, inita fuerunt consilia, et in plenariis Emorum Patrum comitiis iterum iterumque de iis est actum ut tanto malo opportuna pararentur remedia. Tandem vero necessitati satis consulere- visa est, et a SSmo Domino Nostro probata fuit, provisio quae heic inferius ponitur, quaeque a Melevitano Episcopo, de Sanctae Sedis mandato, in iis insulis publicata iam fuit, ac modo in Actis Apostolicae Sedis refertur.

Datum Romae, die 20 decembris 1919.

ffa G. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., ***Secretarius.***

L. © S.

f V. Sardi, Archiep. Caesarien., ***Adsessor.***

DECRETO

1. Dalia data della pubblicazione di questo Decreto, qualunque beneficio, cappellania ecclesiastica perpetua, patrimonio sacro o sussidio patrimoniale perpetuo non sarà considerato come titolo sufficient e- per l'ordinazione, se il reddito delia fondazione, dedotti i pesi, non è di lire sterline dieci (10), pari a franchi duecento e cinquanta, l'anno.

2. Non sarà permessa, in avvenire, alcuna fondazione con la riserva di giuspatronato, sia attivo che passivo. Trattandosi di una fondazione di giuspatronato, sia ecclesiastico sia laicale, anche con riserva della vocazione passiva, ora esistente, la cui dotazione è minore di lire sterline dieci (10), di netto l'anno, tale fondazione diventerà di libera collazione si intenderà risoluto in riguardo alla stessa il vincolo del patronato, sì attivo che passivo, qualora i patroni, nel termine di un anno dalla pubblicazione e notificazione dell* infrascritto editto, non si cureranno di supplire, nelle debite forme, alla dote della fondazione riconosciuta insufficiente, una rendita in capitale fruttifero, con l'approvazione dell'Ordinario, tale da formare la somma di lire sterline dieci (10) Fanno, dedotti i pesi, e ciò in conformità al disposto nel canone 1470, § 1, n. 4, del Codice di D ritto Canonico.,

A tale oggetto l'Ordinario farà pubblicare un ruolo delle fondazioni di giuspatronato, la cui rendita è, ai termini del paragrafo primo, insufficiente per l'ordinazione, e ciò mediante un editto, il quale conterrà l'interpellazione ai patroni di reintegrare e ricostituire la dote entro l'anno, con la comminazione che, in difetto di tale reintegrazione e ricostituzione entro quel termine, si intenderà risoluto il diritto di patronato..

Con la pubblicazione e l'affissione d tale editto s'intenderanno notificati i patroni che avessero presentato, con effetto, nelle precedenti due vacanze, o, in difetto, i loro eredi e successori, purché, nell'uno e nell'altro caso, siano residenti in queste isole.

Le prescrizioni stabilite in quest'articolo avranno luogo, nonostante qualsiasi consuetudine, anche immemorabile, e qualunque condizione contraria, anche se contenuta nelle tavo e di fondazione del patronato,, ma ne sono espressamente esclusi **I** canonicati delle Cattedrali e Collegiate ed i benefìzi parrocchiali e coadiutoriali,- con cura di anime o in tutto o in parte.

3. 11 patrono deve, sotto pena di decadenza ***pro illa vice*** dal suo diritto, presentare il candidato entro il quadrimestre stabilito dalla legge..

II quale termine, sotto la stessa comminazione, è da osservarsi dal passivamente vocato per presentarsi all'Ordinario.

La persona che si presenta dev'essere idonea nel senso ed ai termini del canone 1463.

L'età del presentato o del passivamente vocato, che vuole valersi del suo diritto, è di quattordici anni incominciati, avuto riguardo al tempo della presentazione, nonostante qualunque condizione contraria, anche se contenuta nelle tavole di fondazione, e riprovata qualunque consuetudine, anche immemorabile.

4. Tutti i giovani, i quali sieno pregraduati ad una fondazione di diritto di patronato, sì attivo che passivo, sotto qualsivoglia titolo o denominazione, dovranno, entro quattro mesi, entrare in Seminario, a cominciare dalla data di questo Decreto, se sono stati già pregraduati, o da quella della sentenza di graduazione, se verranno pregraduati in seguito.

Ove ciò, per qualsiasi motivo, non avvenga, decadranno ***ipso facto*** dalla presentazione e pregraduazione avuta.

Eguale decadenza ***ipso facto*** è stabilita per coloro che, entrati in Seminario, vengano, in qualsiasi tempo, dichiarati inidonei allo stato ecclesiastico e dimessi, oppure di loro arbitrio e volontà si dipartano dal pio luogo.

Nell'uno e nell'altro caso la decadenza sarà dichiarata dall'Ordinario mediante decreto dal quale non sarà ammesso alcun reclamo, neanche ***in devolutivo,*** a qualsiasi autorità, in via giudiziaria.

5. Quanto a quelli che attualmente sono investiti di un benefìzio o di una qualsiasi fondazione di giuspatronato e che tuttavia dimorano fuori del Seminario, essi, se sono in età o condizione da potere ancora, a giudizio dell'Ordinario, iniziare la carriera ecclesiastica, dovranno, entro quattro mesi dalla pubblicazione di questo Decreto, entrare in Seminario, sottostando alle condizioni stabilite nell'articolo precedente.

Se invece sono in età adulta e in tali condizioni da non potere, a giudizio dell'Ordinario, entrare in Seminario, essi, qualora siano in abito laicale, dovranno, entro quattro mesi dalla pubblicazione di questo Decreto, indossare l'abito talare sotto pena di decadenza ***ipso facto,*** conservando poi il dovuto decoro ed onestà di vita. Se già indossano l'abito talare, dovranno parimenti conservare il dovuto decoro ed onestà di vita.

Se in entrambi gli ultimi casi non conserveranno il dovuto decoro ed onestà di vita o si dedicassero ad occupazioni incompatibili con lo stato clericale, l'Ordinario procederà contro di loro in via amministrativa o disciplinare per far loro deporre l'abito talare e con ciò decadranno dal beneficio o dalla fondazione, di cui sono investiti.

Dal decreto dell'Ordinario, che dichiara tale decadenza, non sarà ammesso alcun reclamo in via giudiziaria, neanche ***in devolutivo.***

6. Dichiarata dall'Ordinario, in tutti i casi precedentemente stabiliti, la decadenza ***ipso facto,*** i patroni dovranno, entro il termine canonico, presentare altro candidato; trascorso inutilmente questo tempo, il beneficio e la fondazione diventeranno per quella volta di libera collazione e la provvista ne sarà devoluta all'Ordinario.

7. E poiché nel canone 476 del Codice è stabilito che nessuno possa essere promosso alla prima tonsura, prima di avere incominciato il corso teologico, sarà, dopo la pregraduazione e fino al conferimento della tonsura, nominato dall'Ordinario un economo per raccogliere le rendite della fondazione, soddisfare i pesi ed applicarne il sopravanzo nel pagamento della retta del Seminario e di tutte le altre spese di educazione del pregraduato.

8. Per concorrere ad un benefizio, cappellania o pensione di giuspatronato, è necessario ottenere dal Diocesano le lettere testimoniali, sotto pena di nullità della presentazione, e ciò entro il quadrimestre, in caso tanto di patronato attivo quanto di patronato passivo.

9. È abrogata qualunque disposizione contraria al tenore del presente Decreto, anche se contenuta in precedenti Costituzioni Apostoliche, ed è specialmente derogato al ***Motu proprio*** inconciliabile con le presenti disposizioni.

Datum Melitae, in Archiepiscopali Palatio Civitatis Vallettae, die 8 octobris 1919.

f MAURUS, O. S. B., Arch. Episc. Melitae, ***Delegatus S. Sedis.***

L. hB s.

Sac. P. Velia Mangion, D. D., ***Cancellarius.***

Ii

CIRCA STATUM EPISCOPI AUXILIARIS MANAG-UENSIS

Quum exortum esset dubium utrum Auxiliaris Episcopus datus fuisset Archiepiscopali Sedi Managuensi, an potius et dumtaxat ipsi personae Archiepiscopi; Emi S. C. Consistorialis Patres, in plenariis comitiis diei 8 ianuarii 1920, respondendum censuerunt: ***Affirmative ad primam partem ; negative ad secundam :*** hoc est ***datum esse Sedi Archie-***

piscopali; ideoque eius officium perseverare, etiam vacante eadem Sede, servata tamen semper sua conditione dependentiae ab eo qui Archidioeceseos regimen obtineat.

Ssmus Dnus Noster autem, in audientia sequentis diei, resolutionem hanc ratam habuit et confirmavit, eamque publici iuris fieri iussit.

Die 10 ianuarii 1920.

£g G. CARD. DB LAI, Episc. Sabinen., ***Secretarius.***

f V. Sardi, Archiep. tit. Gaesarien., ***Adsessor.***

III

NOMINATIO

Decreto S. Congr. Consistorialis Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV deputa vit: ^

26 ianuarii 1920. — R. P. D. Ioannem Iosephum Me Cort, episcopum titularem Azoten., in ***Coadiutorem Episcopi Altunensis, cum iure futurae successionis.***

SACRA CONGREGATIO CONCILII

I

INDEX FESTORUM IN UNIVERSA ECCLESIA SUPPRESSORUM

Statim ac per responsum diei 17 februarii 1918 a Pontificia Commissione ad Codicis canones authentice interpretandos declaratum fuit, nihil per Codicem iuris canonici immutatum esse a disciplina hucusque vigente quoad dies festos suppressos, quibus in universa Ecclesia obligatio adnexa est missam pro populo applicandi, quidam locorum Ordinarii ab hac S. Congregatione Concilii suppliciter postularunt ut, ad commodiorem quorum interest notitiam, index festorum in universa Ecclesia suppressorum de quibus agitur denuo auctoritative publici iuris

fieret. His itaque votis annuens, haec S. Congregatio, ad normam Constitutionis Urbani Viii ***Universa per orbem*** diei 13 septembris 1642, indicem qui sequitur festorum suppressorum, quibus, iuxta praescripta canonum 339, § 1, et 466, § 1, Codicis, in universa Ecclesia inest onus litandi Sacrum pro populo, edendum statuit, idest:

Feriae II et III post Dominicam Resurrectionis D. N. I. C, et Pentecostes ;

Dies Inventionis S. Crucis;

Dies Purificationis R. Mariae Virginis;

Dies Annuntiationis B. Mariae Virginis;

Dies Nativitatis B. Mariae Virginis;

Dies Dedicationis S. Michaelis Archangeli;

Dies Nativitatis S. Ioannis Baptistae;

Dies Ss. Apostolorum: Andreae, Iacobi, Ioannis, Thomae, Philippi et Iacobi, Bartholomaei, Matthaei, Simonis et Iudae, Mathiae;

Dies S. Stephani Protomartyris;

Dies Ss. Innocentium;

Dies S. Laurentii Martyris;

Dies S. Silvestri Papae;

Dies S. Annae, matris B. M. V ;

Dies S. Patroni Regni;

Dies S. Patroni loci.

Datum Romae, ex Secretaria S. Congregationis Concilii, die 28 decembris 1919.

D. CARD. SBARRETTI, ***Praefectus.***

I. MORÍ, ***Secretarius.***

II

WRATISLAVIEN. ET ALIARUM

LICENTIAE GESTANDI BARBAM

Die 10 ianuarii 1920

SPECIES FACTI. - Emus Episcopus Wratislaviensis, litteris diei 2 elapsi septembris ad hanc S. C. datis, quae sequuntur exposuit: « In variis « particularibus casibus S. Congregatio Concilii, ad preces a me commen- « datas, hoc et praecedentibus annis, uni alterive ex mea dioecesi sacer- « dotibus licentiam gestandi barbam ob rationes speciales concessit.

« Nunc yero orta est inter canonistas in Germania controversia, sitne « hac in re disciplinae mutatio inducta per statuta Codicis Iuris Canonici: « ex qua auctorum controversia iam oriri incipit varietas in praxi.

« Asserunt quidam auctores, canonem 136, qui capillorum simplicem « cultum permittit et de abradenda barba omnino ***tacet,*** libertatem « gestandi barbam modestae formae omnibus saecularibus clericis con- « cessisse, non obstante consuetudine per totam Germaniam vigente, « quae hucusque vim obligantem habuit. In Germania enim barbam « gestare vetitum est partim per Concilia provincialia partim per con- « suetudinem centenarium superantem. Quo vero ad legislationem dioe- « cesanam, alii asserunt, episcopum decernere posse, prohibitionem in « sua dioecesi hucusque vigentem firmam et obligantem manere; alii « volunt, episcopum nihil iure communi expresse permissum prohibere «posse, nisi ipsi sacri canones id ei aperte concedant vel Sanctae Sedis « auctoritate prohibitio confirmetur.

« Episcopi nuper Fuldae in conferentiam congregati unanimiter cen- « suerunt, vigentem hucusque prohibitionem non esse tollendam. Optan- « dum certe est, ne in hac re, licet minime pertineat ad essentiales « status clericalis virtutes, varietate indecenti admiratio aliqua in populo «oriatur. Idcirco reverenter peto a S. Congregatione: ***An Codice Iuris « Canonici data sit quibuscumque clericis saecularibus libertas gestandi « barbam, et, respective, an Episcopis competat prohibitionem hucusque « vigentem in suo robore sustinere pro dioecesibus suis ».***

ANIMADVERSIONES. - Manifestum est vel ex praemissis controversiam non aliud fundamentum habere posse, quam in can. 6, n. 6, ubi edicitur: « Si qua ex ceteris disciplinaribus ***legibus,*** quae huc usque viguerunt, ***« nec explicite nec implicite*** in Codice contineatur, ea vim omnem ami- « sisse dicenda est ». - Ut autem canon hic ad rem trahi possit, oportet omnino, non solum ut agatur de vera edita ***lege,*** atque ut haec ne ***impli- cite*** quidem (praesertim habita ratione can. .20) in Codice contineatur; verum etiam, prout eruitur ex can, 22, oportet ut lex de qua agitur non fuerit lex specialis, pro particularibus locorum (ac temporum) circum- stantiis lata, sed lex generalis prorsus, perpetuo et ubique valitura. Ita, post promulgatum Codicem, non obstante huius silentio, declaratione S. C. S. Officii d. 20-22 martii 1918*[4. ***A. S.,*** X, 136], sustinentur leges et provisiones generales datae contra modernismum, quousque hic error grassaverit; itemque ex declaratione S. C. de Religiosis 15 iulii 1919 ***[A.A.S.t'Xl,*** 321], sustinentur decreta circa religiosorum servitium mili- tare, ubi et usquedum circumstantiae hanc necessitatem subire coëgerint;

et generatim, prouti in praefatis decretis continetur, « praescriptiones et « leges natura sua temporarias ac transitorias » vel quae « ad circum- « stantias locorum et temporum habent rationem » quum « generalis « legis rationem non induant », certum est eas non cadere sub abroga- tione can. 6, num. 6, praescripta.

At vero in casu de quo agitur, id est quoad morem non gestandi barbam, animadverti potest: Primo, non agi in casu de vera ***lege*** eccle- siastica generali prohibitiva. Canones qui ad rem citari solent, v. g. cap. 7 ***de vita et honest. Clericorum,*** III, 9, ex communi doctorum sententia ita accipiuntur ut solummodo prohibeant barbam nutrire more saecularium studiose compositam; epistolae etiam RR. PP. (v. g. Gregorii VII ad Archiepiscopum Calaritanum; acta conc. Lateran, a. 1514 sub Leone X) tantummodo testantur pristinum morem et institutionem Romanae Ecclesiae, quem a contrariis abusibus defendunt. Nullibi autem reperitur vera et generalis lex morem gestandi barbam ubique et futuris tempo- ribus perpetuo interdicens; haec vero deficientia nonnisi prudentiam commendat Legislatoris ecclesiastici, quam laudem nec noviter datum Codicem demereri oportebat. Fieri etenim poterit aliquando ut a more barbirasii recedendum fortasse sit, prout vel post Tridentinam Syno- dum, usque ad exitum saec. x**VII**, recessum fuisse omnes norunt: nec quemquam fugere potest quam incommodum sit, solemniter datam et firmatam in Codice legem, abrogare.

Secundo, et consequenter: mos iste barbam radendi, prouti historicae eius vicissitudines ostendunt, nonnisi ***consuetudine*** probatis nempe regio- num moribus, quandoque iure particulari firmatis, universalis evasit, saltem quoad locorum circumstantias: quamobrem, quatenus in Codice recipi poterat (idest ***implicite*** et hypothetice, non absolute) satis receptus videtur ubi Codex, non absimiliter a Concilii Tridentini sanctione (cap. 6, sess. XIV ***de ref.)*** « decentem habitum ecclesiasticum, ***secundum legitimas « locorum consuetudines et Ordinarii loci praescripta*** » clericos deferre iussit, immo universam hanc materiam de externo corporis cultu, salva quidem necessaria unitate disciplinae et conformitate, ad praefatam normam consuetudinis redigendam voluit (c. 186, § 1). Ceterum, abso- num prorsus censeri debet eorum commentum qui volunt in ipso num. 6> can. 6, abrogatas esse ***consuetudines*** generales de quibus Codex simpli- citer sileat, quasi Legislator benignius egerit erga consuetudines vigentes ***contra*** canones (cfr. can. 5, coli. cum can. 30), quam erga consuetudines ***secundum*** aut ***praeter*** legem.

Tertio: praescindendo a generali praescripto legis, dubium esse nequit quin in casu particularis lex in loco vigens prohibensque barbam

gestare, pro norma sumenda sit, non solum quia, ex iam demonstratis, silentio Codicis potius recepta quam exclusa apparet, sed etiam ex explicito praescripto can. 20, ubi docetur: « si certa de re desit expressum praescriptum legis sive generalis ***sive particularis*** » unde pronum est inferre, silente lege generali, sequendum esse particularis legis praescriptum. - Fortius id firmatur, si consideretur praescriptum hoc particularis legis, in casu, conforme omnino esse universali in praesenti Ecclesiae latinae usui et consuetudini, prouti in comperto est: ut autem contra universalem consuetudinem usus oppositus alicubi introducatur, nec sufficere Ordinariorum auctoritatem, sed requiri saltem tacitum supremi Ecclesiae Pastoris consensum. Praestat ad rem litteras referre quas Nuntius Apostolicus apud aulam ßavariae sub die 16 iunii 1863 dedit nomine rec. mem. Pii PP. IX ad Archiepiscopum Monacen, et Frisingen., quae ita sonant:

« Ad aures Beatissimi Patris pervenit in nonnullis Bavariae dioe-
« cesibus adesse ecclesiasticos viros qui, novitatis vel potius levitatis
« spiritu perducti, usum iamdiu insoletum barbam gestandi iterum intro-
ducere conantur. Quidquid de anteactis saeculis dici debeat, in con-
« fesso est modernam et vigentem Ecclesiae latinae disciplinam huic usui
« prorsus obstare, ***novamque consuetudinem, ut legitime introducatur,***
« necessario requirere assensum saltem tacitum supremi Ecclesiae Pastoris.
« Hic autem huiusmodi novitatem omnino se reprobare declarat: eo
« vel magis quod tristissimis hisce temporibus spiritus omnia innovandi
« haud paucos seducat, et ex una novitate ad aliam facile procedi possit.
« Quae cum ita sint, placuit Sanctitati Suae mihi in mandatis dare, ut
« omnibus Bavariae Antistitibus suo nomine significarem, ab ipsis omni-
« mode curandum esse non solum ut praedictus usus expresse prohi-
« beatur, sed etiam ut disciplinae unitas et perfecta cum Ecclesia Romana,
« omnium magistra, conformitas in omnibus, ac proinde in habitu et
« tonsura clericorum servetur, vel, si opus sit, restauretur, ac qualiscum-
« que nova consuetudo vitetur ***quae supremo Ecclesiae Capiti apprime***
« cognita atque ab ipso probata non sit.

« Dum haec Excellentiae Tuae Illmae et Revmae Beatissimi Patris
« iussu ac nomine scribo, illam rogo ut me de huius epistolae receptione
« instructum reddens, mihi etiam indicare velit, quid Excellentia Tua
« opportunum facere existimaverit, ut praedictus usus, si forte in ista
« dioecesi manifestari incoepit, extemplo relinquatur, atque nemini
« unquam in mentem veniat illum introducere »-[1]

[1] Ex ***Collectione Lacensi,*** tom. III, pag. 547, n. 4.

RESOLUTIO. - Porro, relatis in plenario conventu Sacrae Congregationis Concilii, die 10 ianuarii 1920, precibus Emi Episcopi Wratislavien., Emi Patres rescribendum censuere: ***Negative ad primam partem; affirmative ad alteram.***

Factaque de praemissis relatione Ssmo Dno Nostro Benedicto, Div. Provid. PP. XV, in audientia insequenti die infrascripto Secretario concessa, Sanctitas Sua resolutionem Emorum Patrum approbare et confirmare dignata est.

I. MORI, ***Secretarius.***

ACTA TRIBUNALIUM

SACKA ROMANA ROTA

CAUSAE ACTAE SUB SECRETO

In Tribunali S. R. Rotae, a mense ianuario ad mensem decembrem anni 1919, actae sunt sub secreto ***causae quae sequuntur, quarum definitiva sententia editur, tantum in parte dispositiva.***

I. NULLITATIS MATRIMONII *ex capite simulati consensus nec non erroris.*

Proposito dubio: ***An constet de nullitate matrimonii in casu?*** RR. PP. DD. I. Prior, ***Ponens,*** A. Sincero et,F. Cattani, Auditores de Turno, die 22 februarii, respondendum censuerunt: ***Affirmative.***

II. NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Proposito dubio: ***An sententia Rotalis diei 24 novembris 1917, sit confirmanda vel infirmanda in casu?*** RR. PP. DD. G. Sebastianeiii, Decanus, ***Ponens,*** M. Massimi et I. Grazioli, Auditores de Turno, die 8 martii, respondendum censuerunt: ***Confirmandam esse sententiam Rotalem:***

III. PROPRIETATIS.

Propositis dubiis: 1) ***Quaenam soli pars Monasterio NN. sit tribuenda ad normam sententiae diei 6 februarii 1913?*** 2) ***Quaenam mensura et a qua die statuendus sit canon in casu?*** 3) ***An et quibus cautelis iura utriusque partis sint tuenda, in casu?*** RR. PP. DD. A. Sincero, ***Ponens,*** F. Cattani et P. Rossetti, Auditores de Turno, die 20 iunii, respondendum censuerunt: Ad 1) ***Tribuenda est pars soli in mensura pedum, vulgo m. q. 6762,85, iimta peritiam.*** Ad 2) ***Canon statuendus est in mensura Lib. 12,000, quotannis solvendus a die quo domui NN. a competenti auctoritate administrativa, ad tramitem Constitutionum, decreta fuit independentia.*** Ad 3) ***Casu quo vendatur reliqua pars soli, Sorores habent ius protimiseos cum spatio unius mensis ad deliberandum. Curent interim partes ut contractum emphiteuticum inter se ineant in forma iuris civilis valida, ea etiam facta lege ut in partibus aedificii, quae forte extruenda***

erunt in reliqua parte soli, quaeque prospicient super viridario Monasterii NN. nulla omnino fenestra adsit vel aperiri possit.

Contra quam sententiam appellatio interposita est.

IV. NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

Proposito dubio: ***An sententia Rotalis diei 23 ianuarii 1918, sit confirmanda vel infirmanda m casu?*** RR. PP. DD. I. Prior, ***Ponens,*** A. Sincero et F. Cattani, Auditores de Turno, die 8 iulii 1919, respondendum censuerunt: ***Sententiam Rotalem esse confirmandam in casu.***

V. NULLITATIS MATRIMONII *ex defectu consensus.*

Proposito dubio: ***An sententia Rotalis diei 10 decembris 1914, sit confirmanda vel infirmanda in casu?*** RR. PP. DD. A. Sincero, ***Ponens,*** F. Cattani et M. Massimi, Auditores de Turno, die 31 octobris, respondendum censuerunt: ***Sententiam Rotalem esse infirmandam in casu.***

VI. NULLITATIS MATRIMONII *ex defectu consensus.*

Proposito dubio: ***An constet de matrimonii nullitate in casu?*** RR. PP. DD. I. Prior, ***Ponens,*** A. Sincero et F. Cattani, Auditores de Turno, die 14 novembris 1919 respondendum censuerunt: ***Affirmative.***

Ex Cancellaria Tribunalis, die 17 ianuarii 1920.

Sac. T. Tani, ***Notarius.***

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEL CONCILIO

REGOLAMENTO PER LO STUDIO PRESSO LA S. CONGREGAZIONE DEL CONCILIO

A norma dei decreto di questa S. Congregazione dei Concilio in data 11 novembre 1919, emaniamo il presente Regolamento per l'opportuna osservanza:

1) La domanda per l'ammissione allo Studio presso la S. Congregazione del Concilio, corredata.dei relativi documenti di cui nel citato decreto, sarà diretta al Cardinale Prefetto della medesima S. Congregazione.

2) L'ammissione allo Studio, che sarà ristretta a pochi e scelti sacerdoti dell'uno e dell'altro clero, verrà decisa nell'ordinario Congresso.

3) I sacerdoti ammessi presteranno giuramento ***de munere fideliter adimplendo*** et ***de secreto servando*** secondo la formóla stabilita.[1]

4) La pratica dello Studio durerà per un triennio, ma dovrà rinnovarsi ogni anno la domanda per la relativa iscrizione.

5) Lo Studio è sotto la direzione e vigilanza di mons. Segretario o di chi ne tiene le veci.

6) I sacerdoti apprendisti dovranno frequentare lo Studio almeno in due giorni della settimana da determinarsi secondo l'orario della Segreteria.

7) Gli studenti dovranno:

a) studiare le posizioni che si propongono nella Congregazione plenaria, addestrandosi nella compilazione dei fogli d'ufficio secondo la prassi della Segreteria ;

b) studiare gli stessi fogli d'ufficio per riferirne con il loro voto scritto nell'adunanza mensile precedente alla plenaria;

c) studiare le altre posizioni loro commesse, farne il ristretto in scritto e riferirne nelle adunanze settimanali, nonché prestarsi ad altri lavori loro affidati.

[1] La formóla del giuramento è la seguente : « In nomine Domini. Amen. - Ego ***N.*** « spondeo, voveo ac iuro fidelem et obedientem me semper futurum Beato Petro et « Domino Nostro Papae eiusque legitimis successoribus, munera huic Studio adnexa « fideliter ac diligenter impleturum, secretum officii religiose servaturum in iis omni- « bus quae Sacri Canones aut Superiores secreta servare iusserint itemque quoties « ex revelatione alicuius actus praeiudicium partibus aut Ecclesiae obvenire potest. « Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei Evangelia quae manibus meis tango >.

8) Le posizioni ed. i fogli d'officio non potranno rendersi ostensibili ad estranei e dovranno restituirsi alla Segreteria entro il termine prefisso.

9) Alla fine della pratica triennale verrà rilasciato apposito attestato a seconda della diligenza e profitto.

Roma, dalla Segreteria della S. Congregazione del Concilio, 15 dicembre 1919.

D. Card. SBARRETTI, ***Prefetto.***

G. Mori, ***Segretario.***

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

NOMINE

l'i gennaio 19S0

La Santità di Nostro Signore, in vista della prossima Canonizzazione, si è benignamente degnata di costituire una particolare Congregazione ***ad praecavendas et dirimendas controversias,*** composta dei seguenti Emi e Rmi Signori Cardinali:

ANTONIO VICO, Prefetto della S. Congregazione dei Riti, ***Presidente;***
VINCENZO VAINUTELLI, decano del Sacro Collegio;
GENNARO GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE, Vescovo di Albano;
RAFFAELE MERRY DEL VAL, Arciprete della Patriarcale Basilica Vaticana;
PIETRO GASPARRI, Segretario di Stato di S. S.;

e dei seguenti Revmi Prelati:

Mons. Alessandro Verde,
Mons. Alfonso Carinci,
Mons. Angelo Mariani,
Mons. Carlo Salotti,
Mons. Carlo Respighi.

La medesima Santità Sua si è degnata di nominare:

L'Emo Signor Cardinale ANTONIO VICO, Prefetto della S. Congregazione dei Riti, ***Procuratore della prossima Canonizzazione;***

Mons. Giuseppe De Bisogno, ***Presidente dei Postulatori delle cause di Canonizzazione.***

Inoltre il Santo Padre, in vista della prossima Canonizzazione, si è degnato di costituire un'apposita Commissione incaricata di provvedere a quanto possa occorrere per preparare e compiere la sacra funzione, e si è degnato disporre che a questa Commissione appartengano:

L'Emo Signor Cardinale ANTONIO VICO, Prefetto della S. Congregazione dei Riti, ***Presidente;***

ed i seguenti Revmi Prelati:

Mons. Alessandro Verde,
Mons. Alfonso Carinci,
Mons. Angelo Mariani,
Mons. Carlo Salotti,
Mons. Carlo Respighi,
Mons. Giuseppe De Bisogno.

Martedì 13 gennaio 1920, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione ***Ordinaria*** dei Sacri Riti, nella quale, al giudizio degli Emi e Revmi Signori Cardinali componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

1) introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Gioacchina De Vedruna de Mas, vedova, Fondatrice delle Suore Carmelitane della Carità, in Vich;

2) intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Andrea Franchi, dell'Ordine dei Predicatori, Vescovo di Pistoia, chiamato Beato;

3) e parimenti intorno alla revisione degli scritti della Serva di Dio Maria Teresa Carlotta de Lamourous, Fondatrice dell' Istituto delle Suore della Misericordia, in Bordeaux.

Martedì 27 gennaio 1920, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Revmi Prelati Officiali e dei Consultori Teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione ***Preparatoria*** per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dal Ven. Servo di Dio Giuseppe Cafasso, Prete secolare, Rettore del Collegio Ecclesiastico di Torino.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

5 gennaio 1920. L'Emo sig. Card. Andrea Frühwirth, ***Membro della S. Congregazione dei Riti.***

9 » » L'Emo sig. Card. Donato Sbarretti, ***Protettore delle Suore Missionarie Francescane dell'Immacolata Concezione in Boma.***

» » » L'Emo sig. Card. Filippo Giustini, ***Protettore delle Suore Terziarie Francescane del Sacro Cuore, aventi la Casa Madre in Joliet*** (Illinois, St. Un.).

11 » » L'Emo sig. Card. Donato Sbarretti, ***Membro della Sacra Congregazione Concistoriale.***

19 gennaio 1920. L'Emo sig. Card. Ottavio Cagiano de Azevedo, ***Protettore delle Suore Compassioniste Serve di Maria.***
» » » L'Emo sig. Card. Donato Sbarretti, ***Protettore della Congregazione delle Suore Terziarie Francescane di Peoría.***
. *20* » » L'Emo sig. Card. Pietro Gasparri, ***Protettore del Santuario di Maria Santissima del Pianto, in Foligno.***
» » » L'Eiìio sig. Card. Amedeo Ranuzzi de Bianchi, ***Protettore delle Religiose di S. Orsola della Ssma Vergine.***
22 » » L'Emo sig. Card. Filippo Giustini, ***Protettore delle Suore Terziarie di San Francesco d'Assisi e dell'Immacolata Concezione, che hanno la Casa Madre a Valenza, in Spagna.***
23 » » Il Rev. Sac. Don Carlo Grano, ***Maestro soprannumerario delle Cerimonie Pontificie.***
24. » » Il Rev. Sac. Don Giuseppe Calderari, ***Maestro soprannumerario delle Cerimonie Pontificie.***
» » » Mons. Ernesto Filippi, ***Uditore e Abbreviatore della Nunziatura Apostolica del Portogallo.***
27 » » L'Emo sig. Card. Filippo Giustini, ***Protettore della Congregazione delle Oblate dell'Assunzione.***
30 » » Mons. Francesco Solieri, ***Prelato Uditore del Tribunale della Sacra Romana Rota.***

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistenti al Soglio Pontificio:

2 gennaio 1920. Mons. Stanislao Zdzitowiecki, vescovo di Wladislavia.
» » » Mons. Antonio Giuliano Nowowiejski, vescovo di Plock.
17 » » Mons. Michele de Faulhaber, arciv. di Monaco e Frisinga.
21 » » Mons. Benedetto Spila, vescovo titolare di Aretusa.

Protonotario apostolico ad instar participantium :

31 dicembre 1919. Mons. Alfonso Blaeschke, della diocesi di Breslavia.

Prelati Domestici di S. S.:

23 dicembre 1919. Mons. Pellegrino Fini, della diocesi di Cortona.
2 gennaio 1920. Mons. Vincenzo Pymieniecki, dell'archidiocesi di Varsavia.
8 » » Mons. Francesco Tylla, della diocesi di Breslavia.
» » » Mons. Michele Dietz, dell'archidiocesi di Bamberga.
» » » Mons. Giovanni Heidenreich, della medesima archidiocesi.
» » » Mons. Angelo Raggi, della diocesi di Malta.
10 » » Mons. Francesco Mercuri, della diocesi di Gerace.
13 » » Mons. Giovanni Battista Ogno, Incaricato di Affari della Santa Sede a Vienna.
19 » » Mons. Cario Scifoni, di Roma.

ONORIFICENZE

Con" Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti **onorificenze:**

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

16 dicembre 1919. Al sig. conte Carlo de Broqueville, Ministro di Stato nel Belgio.
» » » Al sig. Enrico Carton de Wiart, Ministro di Stato nel Belgio.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

16 dicembre 1919. Al sig. barone Ernesto Schonberg Roth-Schonberg, del Vicariato apostolico di Sassonia.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

8 gennaio 1920. Al sig. ammiraglio Guglielmo Sheperd Benson, della Marina Americana.

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

13 gennaio 1920. Al sig. Romualdo Silva Cortes, Deputato al Parlamento Cileno.
» » » Al sig. Francesco Pessoa De Queiroz, Segretario del Presidente della Repubblica del Brasile.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

30 dicembre 1919. Al sig. Alessandro Benone Dupuis, dell'archidioc. di Québec.
» » » Ai sig. Pietro Giorgio Roy, della medesima archidiocesi.
2 gennaio 1920. Al sig. Edoardo Alessio Camillo Kervyn, direttore generale del culto nel Ministero delle Colonie del Belgio.
3 » » Al sig. Gioacchino Gonçaves Àranjo, della diocesi di Manaos.
9 » » Al sig. Pietro Castillon du Perron, dell'archidiocesi di Auch.
16 » » Al sig. Sebastiano dos Santos Pereira de Vasconcellos, della diocesi di Oporto.
20 » » Al sig. dott. Francesco Calot, della diocesi di Arras.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

17 dicembre 1919. Al sig. Renato Andrea Caraman, dell'archidiocesi di Westminster.
30 » » Al sig. Giulio M. Ignazio Schaepkens van Riempst, di Maastricht.
» » » Al sig. Emilio Romanet, della diocesi di Grenoble.
» » » Al sig. Cirillo Robitaille, dell'archidiocesi di Québec.
» » » Al sig. Giuseppe Gauthier, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Nazario Fortier, della medesima archidiocesi.

30 dicembre 1919. Al sig. Bennone Laline, dell'archidiocesi di Québec.
31 » » Al sig. Edoardo Tozer, della diocesi di Plymouth.
» » » Al sig. Guglielmo Patrizio Mara, dell'archidiocesi di Westminster..
3 gennaio 1920. Al sig. Francesco Zonghi, della diocesi di Fabriano.
8 » » Al sig. Giuseppe Lo, di Shanghai.
9 » » Al sig. Federico Vincenzo Milan, dell'archidiocesi di S. Paolo di Minnesota.
» » » Al sig. Guglielmo Giuseppe Mulligan, della diocesi di Hartford.
12 » » Al sig. Edoardo Ottaviani, della diocesi di Orvieto.
» » » Al sig. Amilcare Ottaviani, della medesima diocesi.

MAGGÍORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rina Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

29 gennaio 1919. Mons. Enrico FJeck, della diocesi di Leitmeritz.
2 giugno » Mons. Pietro Gruber, della diocesi di Seckau.
» » » Mons. Carlo Schweitzer, delia medesima diocesi.
12 » » Mons. Giovanni Tyrychter, della diocesi di "Leitmeritz.
3 gennaio 1.920. Mons. Mariano Ricci, della diocesi di Norcia.
» » » Mons. Pietro Fidanza, della medesima diocesi.
» » » Mons. Teodoro Teissier, dell'archidiocesi di Algeri.
» » » Mons. Giuliano Roczkowski, dell'archidiocesi di Varsavia.
» » » Mons. Taddeo Iachimowski, della medesima archidiocesi.
» » » Mons. Alessandro Fajecki, della medesima archidiocesi.
» » » Mons. Taddeo Czechowski, della medesima archidiocesi.
20 » » Mons. Bernardo Neumann, dell'archidiocesi di Monaco.
» » » Mons. Nicolao Brem, della medesima archidiocesi.
» » » Mons. Teodoro Becker, della medesima archidiocesi.
» » » Mons. Antonio Giuseppe Moita, della diocesi di Beja.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerarli di S. S.:

9 gennaio 1920. 11 sig. nobile Giacomo Lucheschi, della diocesi di Ceneda.
12 » » 11 sig. visconte Arturo Edoardo Giuseppe Noel Campden, della diocesi di Nottingham.
16 » » Il sig. conte Saverio De Maistre, della diocesi di Versailles.
23 » » Il sig. Daniele Carlo Maria della Chaussée, dell'archidiocesi di Westminster.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

30 dicembre 1919. Mons. Giuseppe Kozankiewiez, dell'archidiocesi di Gnesna e Posnania.
3 gennaio 1920. Mons. Giovanni Felice Niemira, dell' archidioc. di Varsavia.
» » » Mons. Marcello Nowakowski, della medesima archidiocesi.
» » » Mons. Casimiro Lutostawski, della medesima archidiocesi.
» » » Mons. Severino Poptawski, della medesima archidiocesi.
8 » » Mons. Agostino Coy e Cotonat, della diocesi di Barcellona.
9 » » Mons. Cataldo Arena, della diocesi di Cariati.
» » » Mons. Nicola Altavista, dell'archidiocesi di Rossano.
17 » » Mons. Nicola Lerro, della diocesi di Bovino.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa soprannumerarii di S. S.:

9 gennaio 1920. Il sig. Vincenzo Negri, dell'archidiocesi di Milano.
16 » » Il sig. Marcello Tabanelli, di Roma.

Cappellani d'onore extra Urbem *di S. S:*

3 gennaio 1920. Mons. Pietro Gorski, dell'archidiocesi di Varsavia.
9 » » Mons. Andrea Aieilo, dell'archidiocesi di Napoli.
> » » Mons. Gaetano Sabia, della diocesi di Sorrento.

NECROLOGIO

23 dicembre 1919. Mons. Enrico Maquet, vescovo titolare di Amatunte, vicario apostolico del Celi meridionale occidentale (Cina).
6 gennaio 1920. Mons. Raimondo Péris y Mencheta, vesc. di Coria (Spagna).
19 » » Mons. Tommaso Francesco, Barry, vescovo di Chatam.
21 » » Mons. Bernardo Ward, vescovo di Brentwood.
25 » » Mons. Guglielmo Sebastianeiii, decano della Sacra Romana Rota.
26 » » Mons. Giacomo Ghezzi, dei Minori, vescovo di Civitacastellana, Orte e Gallese.
27 » » Mons. Angelo Michele lannacchino, vescovo tit. di Lorea.

Annus XII - Voi. XII 1 Martii 1920 Num. S

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

EPISTOLAE

I

AD R. P. D. FRANCISCUM KORDAC, ARCHIEPISCOPUM PRAGENSEM: DE NUPER HABITO COETU EPISCOPORUM BOHEMIAE.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Cum in catholicae rei integritatem gravia istic apparari conata videremus, ad te, venerabilis frater, die in huius mensis epistolam dedimus, qua te dignosque conlegas in episcopatu tuos hortabamur, ut ad excogitanda et decernenda aptiora tantorum maiorum remedia omnes una coiretis. Sed vixdum epistolam miseramus, cum allatum ad Nos est, vosmetipsos, ea permotos pastorali diligentia quae in Bohemis Episcopis nullo non tempore enituit, in unum convenisse, ut eas ipsas dirimeretis quaestiones, quas vobis opportune perpendendas Nostris litteris denuntiaveramus. Ex qua quidem consilii congruentia haud mediocrem idcirco cepimus delectationem, quod arctissimam omnium vestrum cum Apostolica Sede coniunctionem etiam atque etiam comperire inde licuit. Verum, quemadmodum saepe fit ut iucundis rebus proxime tristes succedant, sic nuntium illico accepimus, nonnullos e Bohemia ecclesiasticos viros, animorum perturbationibus abreptos, ab Ecclesia Iesu Christi infeliciter defecisse. Quem casum omnium miserrimum eo vehementius deflevimus, quo magis Patrem commoveri necesse erat filiorum iactura qui sibi peculiari sacerdotii vinculo obstringebantur; sed, apostolici conscientia officii, sacri iuris praescripta in seditiosos homines urgere minime dubitavimus, atque pro certo habemus, supremae huius S. Officii Congregationis Decretum iam nunc ad te pervenisse, quo inconsulti iidem ecclesiastici viri communionis christianae gratiis privati declarantur.

Probe quidem novimus numerum'?sacerdotum, qui ab Ecclesiae unitate desciverunt, ab eorum numero, qui in officio perstant, longissime distare; at non ignoramus, quae quamque gravia totius cleri compagi detrimenta ac discrimina istic impendeant. Quamobrem, quae in coetu a vobis habito consilia cepistis, ea summopere laudamus ac probamus, atqtie illud praecipue quod est de universa Consociatione Cleri dissolvenda quam ***Iednoda*** vulgo vocant, et de dioecesanis non ante ineundis quam potestatis episcopalis iuribus idonee sit cautum. Ecclesiastica enim disciplina ut consistat incolumis, necesse omnino est clerum, quamvis conso ciatum, in auctoritate et vigilantia manere Episcoporum, qui eum regere ac moderari debent. Supervacaneum quoque est, etiamnum dicere, Apostolicam Sedem, cum de rebus in Ecclesia populariter novandis, tum de coelibatus lege, qua Ecclesia latina tamquam insigni ornamento gloriatur, abroganda vel temperanda, nunquam fore consensuram. Id placet interea, venerabilis frater, et tibi et conlegis tuis admodum gratulari, quod ipsa omnium vestrum agendi ratio confirmavit sollertiae ac navitati Nos vestrae iure confisos esse. Cum Petri enim Cathedra tam devinctos et in re catholica tuenda tam studiosos strenuosque vos praestitistis, ut dicere merito liceat tantae eventuum asperitati pares vos exstitisse; qua profecto re benevolentia erga vos Nostra mirifice excitata est atque aucta. Cui omnium vestrum fortitudini utinam sacerdotum et popularium, quibus praeestis, constantia ita respondeat, ut Ecclesia apud vos prosperioribus fortunis quam primum utatur! Clerum vero commeminisse volumus quam grande et sacrosanctum sit sacerdotale munus sibi Dei benignitate commissum, itemque quam magnopere debeat praeire exemplo fidelibus et ab religione officii nulla in re declinare. Paternos denique gemitus hortatusque Nostros miserrimi ii sacerdotes audiant qui de salutis via deflexerunt; recipiant se, rogamus, et considerent quam in perniciem caeci corruerint; sciant autem, Nos nunquam desituros ab Eo, cuius vices gerimus, suppliciter exposcere, ut, animi cupiditatibus compressis atque restinctis, ad sanctae eius fidei amplexum redeant, cuius administri consecratione facti sunt. Caelestium interea donorum auspicem paternaeque caritatis Nostrae testem, tibi, venerabilis frater, reliquis Bohemiae Episcopis universoque clero ac populo unicuique vestrum concredito apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xxrx mensis ianuarii anno MCMXX, Pontificatus Nostri sexto.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD R. P. D. ALBXIUM MARIAM LÊPICIER, ORDINIS SERVORUM B. MARIAE VIRGINIS PRIOREM GENERALEM, CUIUS LAUDAT ET LIBELLUM DE IESU CHRISTO REGE CORDIUM ET PROPOSITUM IPSI CORDI IESU ORDINEM CUI PRAEEST CONSECRANDI.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Redditum Nobis est perlibentibus id tuum volumen, exiguum quidem sed ponderosum, in quo argumentis a theologia petitis Iesum Christum omnium hominum esse regem plane dilucideque demonstras. Cuius regni cum bene naturam explices atque illustres, praesertim placet quod, congruenter iuri sanctissimo nostri Redemptoris in nos, simul ostendis quanto teneantur officio et singuli et domus omnes et universa hominum societas sese Eius Cordi consecrandi. Hoc autem, ut velint, perfacile persuades legenti us ipso quo uteris scribendi genere; tam suavi quodam odore pietatis aspergitur. Itaque gratias tibi de huius opusculi exemplari Nobis tributo persolvimus; probamusque magnopere quod te audimus propediem effectarum, ut ipse cunctam, cui praees, religiosam familiam divino Cordi devoveas. Est enimvero consentaneum eos in primis amori Iesu Domini, tanta pro nobis passi, esse deditos, qui peculiarem Mariae perdolenti cultum profiteantur: siquidem nihil divinae Matri est antiquius quam ut clientes sui Filio studiosissime serviant. Ceterum dubitari non licet, quin solemnis ista declaratio pientissimi obsequii in sacratissimum Cor, fontem vitae et sanctitatis, alumnis tuis futura sit omnium incremento virtutum. Cuius auspex eademque paternae Nostrae benevolentiae testis sit apostolica benedictio, quam tibi, dilecte fili, et sodalibus, quotquot sunt ex inclito isto Ordine, amantissime impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die II februarii, in festo Purificationis B. Mariae Virginis, anno MCMXX, Pontificatus Nostri sexto.

BENEDICTUS PP. XV

III

AD R. P. D. NORBERTUM SCHACHINGER, CANONICORUM REGULARIUM PRAEMONSTRATENSIUM ABBATEM GENERALEM, OB SAECULARIA ORDINIS SOLEMNIA.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Istum, cui praesides, illustrem Ordinem, octavo iam exeunte saeculo ex quo est conditus equidem gaudemus, tanta vel longinquitate vel varietate temporum adeo non consenuisse ut novam viriditatem quamdam habere videatur.

Sane cognitum est ante illam non reformationem sed corruptionem rei religiosae, per novatores invectam, Norberti patris institutum quam floreret usque quaque, et quantas ex ea calamitate plagas acceperit: mirum vero ut, veluti ab interitu resurgens, coeperit, quae fecisset detrimenta sarcire, ac sensim per ea ipsa loca rursus propagari, ubi iam oppressum erat et exstinctum. Itaque videmus perlibenter Praemonstratenses sodales, pro his tam iniquis temporibus haud ita paucos, in omni genere studiose laborare, quod ad divinae gloriae incrementum salutemque pertineat. Hoc autem Nobis praecipue gratum est, quod spiritum ipsum agnoscimus in vobis a sanctissimo auctore vestro et legifero patre traditum, spiritum dicimus in quo eminet et actuosa caritas erga Sacramentum augustum, et filiorum pietas erga Immaculatam Dei Matrem, et plenum amoris obsequium in hanc Apostolicam Sedem. Iamvero, ad exacuendam in animis vestris optimi cuiusque studii alacritatem, multum profutura arbitramur ista quae paratis saecularia solemnia ob memoriam originum rerumque vestrarum.

Quae commemoratio, quo vel fructuosior exsistat atque etiam, Pontificiae auctoritatis intercessu, solemnior, damus ut, ubicumque apud vos ea celebrabitur, quisquis vestra templa vel sacella invisent et sacris ob eam causam peractis interfuerit, plenariam peccatorum suorum veniam, usitatis condicionibus, semel lucretur. Divinorumque auspicem munerum ac benevolentiae Nostrae paternae testem habe, dilecte fili, apostolicam benedictionem, quam tibi et omnibus qui de Praemonstratensi familia sunt, amantissime impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die iv mensis februarii MCMXX, Pontificatus Nostri anno sexto.

BENEDICTUS PP. XV

SERMO

HABITUS DfE XVI FEBRUARII MCMXX AD PAROCHOS ET AD QUADRAGESIMALES IN URBE CONCIONATORES.

Or fa un anuo, in pari circostanza, Noi chiedemmo al Dottore delle genti con quali parole avremmo potuto salutare efficacemente i predicatori della Quaresima, adunati alla Nostra presenza; e san Paolo allora ci suggerì di salutarli col nome espressivo di « uomini di Dio »: ***tu autem, homo Bei*** (I ***a Tim.,*** vi, 11). Lo stesso saluto potremmo ora volgere a voi, o dilettissimi figli, che vi preparate a bandire la divina parola in Roma, nella Quaresima ormai imminente. Ma, se il nome che meglio si addice ai predicatori giova a dimostrare il rispetto che loro è dovuto e deve persuadere ad essi le virtù necessarie all'esercizio del loro eccelso ministero, sembra a Noi, che il doppio scopo sarebbe anche più facilmente raggiunto, se si avesse adeguato concetto dell'opera che è commessa ai predicatori. All'amore delle persone e delle cose è necessario vadano innanzi la conoscenza e la. stima delle une e delle altre : ***nil volitum quin praecognitum;*** e perchè non dire che, quanto meglio radicata è la stima delle persone e delle cose, tanto più giustificato e sincero ne deve esser l'amore? Perciò un'altra volta Ci siamo rivolti a san Paolo ed abbiamo chiesto a lui una parola, capace di esprimere in maniera comprensiva l'importanza dell'opera affidata ai predicatori. E il Dottore delle genti ha fatto subito risuonare all'anima Nostra l'eco della parola da lui indirizzata al suo discepolo Timoteo: ***opus fac evangelistae*** (I ***a Tim.,*** iv, o).

Certamente è a tutti palese l'importante significato di questa parola, la quale viene a rinnovare, e ad applicare ai predicatori, quell'antico precetto: ***age quod agis,*** cui è connesso il ricordo della necessità di far bene ciò che si deve compiere. Ma, aftinché a niuno apparisca superflua la parola dell'Apostolo e niuno dica che solo equivale ad inutile ripetizione, Noi vi invitiamo, o dilettissimi figli, a riflettere che san Paolo, nello scrivere a Timoteo: ***opus fac evangelistae,*** supponeva che il suo discepolo conoscesse e ciò che vale « per sè » l'ufficio di evangelista, **e** ciò che un tale ufficio richiede in chi deve adempierlo. Anche Noi pertanto facciamo Nostra la parola di san Paolo : ***opus fac evangelistae,*** e, mentre la indirizziamo a ciascuno dei predicatori dell'imminente Quaresima, nei senso in cui il Dottore delle genti la indirizzava ai suo fido

Timoteo, giudichiamo non inopportuno ricordare prima il carattere proprio, o la natura, dell'ufficio dell'evangelista, e poi gli obblighi o i doveri che un tale ufficio importa. Potremo così sperare che in nessuno dei predicatori, destinati ad annunziare la divina parola ai fedeli di Roma, nella imminente Quaresima, sieno per far difetto le due cose che l'Apostolo supponeva nell'evangelista, quando scriveva al discepolo: ***opus fac evangelistae.*** E Ci affida anche la speranza che, come lo studio del nome proprio dei predicatori : ***tu autem, homo Dei,*** ha potuto nel passato anno determinare la stima e l'amore di essi in mezzo al popolo, così questa medesima stima e questo medesimo amore si accresceranno ognor più in questo anno, mercè lo studio di ciò che è in se stessa l'opera del predicatore: ***opus fac evangelistae.***

Il divin Salvatore, nei tre anni della sua vita pubblica, diede ai discepoli un insegnamento completo intorno a ciò che i suoi seguaci avrebbero dovuto credere ed operare. Quell'insegnamento però, lungi dall'essere ristretto alle poche persone che allora seguivano Gesù, era destinato a tutte le genti e a tutte le età future. Il divino Maestro dovea quindi determinare anche il modo di farne giungere l'eco a quanti sarebbero stati gli abitatori della terra, in tutti i tempi e in tutti i luoghi, dopo che Egli avesse sottratto alla terra il conforto della sua presenza visibile. E il modo voluto da Gesù fu la missione data agli Apostoli e, nella persona di essi, a tutti i predicatori delle future età, di annunziare il Vangelo a tutti gli uomini, ammaestrandoli ad osservare quanto Egli aveva prescritto : ***euntes in mundum universum, praedicate evangelium omni creaturae*** (Marco, XVI, 15)... ***docentes eos servare omnia, quaecumque mandavi vobis*** (Matteo, XXVIII, 20). Di qui segue che gli Apostoli non sono stati, e i predicatori anche dell'età nostra altro non devono essere, che l'eco della voce di Gesù Cristo. Ma chi potrebbe dire l'eccellenza dell'opera che, in tal guisa, vengono a compiere i predicatori ?

Chi riproduce l'altrui voce sembra ravvicinare persona lontana, e chi di persona assente prosegue l'opera sembra colmare il vuoto lasciato dalla dipartita di quella persona. È poi facile intendere che l'eco del l'altrui voce merita di essere tanto più apprezzata quanto più eccellente fu la persona che prima parlò: e del pari, quanto più illustre è stata la persona di cui si prosegue l'opera, la continuazione di questa deve aversi in tanto maggior pregio. Ora ai predicatori è commesso di ripetere gli insegnamenti non di un uomo, ma di un Dio. Come il divin Salvatore additò agli uomini la via per giungere a salvezza, anche i predicatori devono indirizzare e guidare gli uomini nello stesso cam-

mino. L'opera loro si dice di « evangelisti », appunto perchè annunzia la buona novella dalla redenzione compiuta da Gesù Cristo, e addita il facile modo di goderne i frutti. Quando perciò si intima al predicatore di fare opera di evangelista: ***opus fac evangelistae,*** gli si viene quasi a dire di farsi eco della voce di Gesù Cristo o, se meglio piace, di proseguire l'opera del suo divino insegnamento.

Non abbiamo mestieri di avvertire l'enorme differenza che corre fra l'opera,' autorevole per se stessa perchè divina, dell' incarnata Sapienza e l'opera ministeriale dei predicatori: è a tutti noto che questa non ha valore se non in virtù di quella. Ma non è men vero che l'una e l'altra trae seco l'annunzio della stessa dottrina; non è men vero che l'una e l'altra mira allo stesso fine. Gesù Cristo non ha detto soltanto che la vita eterna sarà data a chi avrà conosciuto il vero Dio e il Figliuolo mandato da Dio (Giovanni, XVII, 3), ma ha detto altresì che « sarà salvo chi avrà creduto alla parola degli evangelisti » : ***praedicale evangelium omni creaturae; qui crediderit salvus erit.*** Ecco come l'opera degli evangelisti è associata a quella di Dio; ecco come nell'ordine attuale di provvidenza, la salute eterna non è altrimenti possibile agli uomini che per mezzo della predicazione.

E valga il vero, dopo che il divin Salvatore ebbe posto termine ai suo insegnamento pubblico, restò articolo di fede che « chiunque « invocherà il nome del Signore sarà salvo. Ma come invocheranno uno « in cui non hanno creduto ? E come crederanno in uno di cui non hanno «sentito parlare ? Come poi ne sentiranno parlare senza chi predichi? »: ***quicumque invocaverit nomen Domini salvus erit. Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt ? aut quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient sine praedicante? (Ai Rom., X,*** 13).

Sono due pertanto i titoli della gloria che compete all'evangelista : quello di continuare l'opera del Messia e quello di far cosa che, secondo, l'ordinario corso dalla divina Provvidenza, è indispensabilmente connessa alla salvezza degli uomini. Da questi due titoli di gloria risulta così esaltato l'ufficio dell'evangelista, che, intorno alla natura o al carattere di esso, crediamo non possa pretendere di più chi ha intesa la Nostra parola rivolta ai quaresimalisti di Roma : ***opus fac evangelistae.*** Raccoglietela voi, o dilettissimi figli, ai quali è stata rivolta, e mostrate di apprendere tutta l'eccellenza del suo significato. Se infatti per compiere bene un ufficio è necessario anzitutto di apprezzarne a dovere F importanza, non potranno non essere buoni evangelisti coloro, i quali sapranno di essere continuatori dell'opera di un Dio, cooperatori alla eterna salvezza del prossimo.

Questa stima, o dilettissimi figli, voi dovrete avere non alle vostre persone, ma all'ufficio a voi affidato. Epperò non solo niuna invidia, niuna gelosia dovrete avere verso coloro che avranno comune con voi l'opera dell'evangelista, ma, mentre procurerete di renderla fruttuosa per conto vostro, dovrete pure augurarla feconda di vantaggi mercè lo zelo altrui.

Risuona ancora l'eco della parola che, al cadere dell'anno passato, Noi abbiamo indirizzata a tutti i Vescovi intorno all'importante argomento della propagazione della fede cattolica in tutto il mondo. I missionari che si recano in lontane regioni per predicare il Vangelo a coloro che brancolano ancora fra le tenebre dell' ignoranza o siedono nell'ombra di morte, compiono opera che deve dirsi : « di evangelisti » quas^ fer antonomasia. Noi vorremmo perciò che i predicatori della prossima Quaresima in Roma parlassero almeno una volta, durante il corso della loro predicazione, della ricordata Nostra Enciclica, sia per inculcare l'obbligo che hanno tutti i fedeli di favorire l'opera delle sante missioni, sia per rendere pubblico omaggio alla sublimità dell'officio dell'evangelista. Una certa modestia, più o meno giustificata, avrebbe potuto far morire sul vostro labbro, o dilettissimi figli, l'encomio dovuto all'evangelista, perchè avreste potuto non volere la implicita lode che ne sarebbe venuta all'opera vostra. Ma se, togliendo dalla Nostra Enciclica l'occasione a parlare, voi additerete all'ammirazione dei vostri uditori le fatiche e 1® zelo dei missionari, compirete un'opera di giustizia, e insieme presterete un omaggio alla verità. E non sarà atto di giustizia il rendere maggior lode a chi ha merito maggiore? non sarà culto di verità il dichiarare ognor meglio alla luce degli esempi, che cosa intendeva san Paolo quando scriveva al discepolo, e che cosa intendiamo Noi quando diciamo a ciascuno dei predicatori della Quaresima: ***opus fac evangelistae?***

Vi ha però anche un altro modo di attestare efficacemente il pregio in cui dev'essere tenuto l'ufficio dell'evangelista. Questo modo dipende da coloro ai quali un tale ufficio è commesso, e Noi lo ricordiamo ora non per insegnare cose nuove, ma per raffermare voi, o dilettissimi, in quei giudizi e in quei propositi che già sappiamo essere vostri.

Abbiamo detto poc'anzi che san Paolo, nello scrivere a Timoteo: ***opus fac evangelistae,*** supponeva che il suo discepolo conoscesse non solo ciò che vale « per sè » l'ufficio dell'evangelista, ma anche ciò che un tale ufficio richiede in chi lo deve adempiere. E Noi, alla nostra volta, nell'indirizzare la parola dell'Apostolo ai predicatori della Quaresima, non potevamo punto supporre che essi ignorassero gli obblighi o i doveri che ***Y opus evangelistae*** richiede. Fate dunque, o carissimi,

che non apparisca mai esserci Noi ingannati nei respingere con forza una siffatta supposizione.

Ci piace infatti immaginare che chi sa di essere continuatore del-i'opera del Messia "nulla dica, nulla faccia, nulla tolleri che alla missione del Messia non apparisca perfettamente conforme. È superfluo il dire che l'evangelista deve annunziare il Vangelo di Gesù Cristo, perchè, se ciò non facesse, non meriterebbe nemmeno il nome di « evangelista ». Ma non è forse inutile aggiungere che l'evangelista deve annunziare « solo » il Vangelo di Gesù Cristo. I predicatori della Quaresima si astengano perciò non solamente dal parlare di sè, ove una stretta necessità non lo richiegga, affinchè non si possa dire che « predicano se stessi », ma si astengano altresì dal portare sul pulpito argomenti che non appariscano evidentemente connessi all'insegnamento del santo Vangelo.

Il primo Vescovo di Madrid, - quel Monsignor Martínez Izquierdo, che, nella Domenica delle Palme del 1886, cadde martire del suo dovere sotto la mano sacrilega di un sacerdote - aveva poco prima ordinato che nella sua diocesi nessun oratore chiudesse l'esordio delle prediche, senza indicare esplicitamente a quale articolo del catechismo si riferisse la tesi che prenderebbe a dimostrare. E Noi ricordiamo che l'unica volta, in cui osammo predicare nella capitale della Spagna nell'idioma del paese, fu in occasione della prima Messa di un sacerdote novello, e anche Noi citammo l'articolo del catechismo, che prescrive la venerazione ed il rispetto dovuto al sacerdote cattolico. Evidentemente il preetto dello zelantissimo primo Vescovo di Madrid era determinato dal desiderio di impedire l'abuso, allora troppo comune in Ispagna, che i predicatori trattassero argomenti alieni dall'ordine soprannaturale. Ah! quell'abuso ha varcato anche le nostre frontiere, e temiamo che talora abbia violato persino il rispetto dovuto alla Città santa. Oh! come sarebbe dunque opportuno che i quaresimalisti di Roma si obbligassero a predicare « tutto e solo » il santo Vangelo! E, poiché ciò che si dimostra insegnamento del Vangelo rimane meglio scolpito nella mente degli ascoltatori, farebbero cosa utilissima i predicatori di Roma se prendessero l'abitudine di additare il vincolo di relazione che le loro prediche devono sempre avere coi santo Vangelo. Collocherebbero così sopra base granitica il loro insegnamento; perfezionerebbero il metodo che abbiamo lodato nei predicatori della Spagna, renderebbero agli uditori più facile l'intelligenza delle loro lezioni, e, ciò che più monta, apparirebbero quali esser devono coloro ai quali è dato il nome di « evangelisti ».

Imperocché quanto è agevole comprendere, anché per la semplice

considerazione del nome, che gli evangelisti devono predicare il Vangelo, altrettanto sarebbe assurdo il supporre che l'evangelista dovesse aggiungere alcunché al Vangelo, come se l'insegnamento di Gesù Cristo non fosse stato perfetto. E quando escludiamo gli argomenti non necessariamente connessi col santo Vangelo, intendiamo di escludere, quasi a più forte ragione, le citazioni profane, non essendo tollerabile il supporre che queste possano accrescere forza o valore dimostrativo alle lezioni evangeliche. L'evangelista Noi abbiamo detto essere « eco della voce di Gesù Cristo »: oh! quanto si avvilirebbe, se si facesse eco della voce dei filosofi gentili o dei poeti pagani!

Nè si dica che ragioni di polemica possono talora indurre il predicatore ad usare un linguaggio diverso dall'esposizione del Vangelo. Non si dica che egli deve talora tenere in conto il gusto depravato degli uditori, per riuscir meglio nel suo intento di persuaderli della verità evangelica. Imperocché quando fu che l'Apostolo scrisse a Timoteo: ***opus fac evangelistae?*** Proprio allora quando gli avea predetto che sarebbe venuto un tempo in cui gli uomini non avrebbero potuto patire la sana dottrina, ma secondo le proprie passioni, per prurito di udire, avrebbero moltiplicati a se stessi i maestri: ***Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros, prurientes auribus.*** L'Apostolo era andato anche più innanzi, predicendo a Timoteo che gli uditori si sarebbero ritirati dall'ascoltare la verità e si sarebbero rivolti alle favole: ***Et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur.*** Ma che perciò? Egli soggiunse tosto: ***Tu vero vigila,*** quasi sottintendendo: « A te ciò non deve importare; tu devi solo pensare a compiere il tuo ufficio ». E, volendo tutto esprimere con una sola parola, allora fu che disse: « Tu fa l'ufficio di « predicatore del Vangelo »: ***opus fac evangelistae.*** Ecco come la parola di san Paolo, studiata nel contesto della seconda epistola a Timoteo, insegna che il predicatore non deve allontanarsi dal Vangelo nemmeno quando i suoi uditori abbiano un gusto così depravato da non patire la sana dottrina: ***cum sanam doctrinam non sustinebunt.*** Ai dì nostri si potrebbe forse aggiungere con san Paolo che numerosi uditori ***ad fabulas convertuntur.*** Ma anche per quest'ora nefasta bisogna ripetere con lo stesso Apostolo: ***Tu vero vigila... opus fac evangelistae.***

È ciò che ripetiamo un'altra volta a voi, o dilettissimi figli, per persuadervi ognor meglio che nè condizioni di tempi, nè circostanze di luoghi, nè esigenze di persone autorizzeranno mai il predicatore cattòlico a non conformarsi al precetto di predicare « sempre e solo » il santo Vangelo.

È forse superfluo di aggiungere che chi fa ***opus evangelistae*** non deve limitarsi a predicare solo dal pulpito, ma deve procurare che tutta la sua vita sia una predica continua. Sia predica il suo raccoglimento all'altare; predica la gravità del suo contegno nei passeggi, nelle visite e nei pubblici ritrovi ; predica la serietà dei suoi discorsi famigliari, predica l'amorevolezza del suo tratto nell'accogliere chi a lui ricorre. Anche qui possiamo fare appello all'autorità di san Paolo, perchè il grande Apostolo considera Timoteo obbligato ora ad esortare ora a riprendere, ma vuole che faccia l'una e l'altra cosa con dottrina e con pazienza : ***argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina.*** Si può dire che con queste parole san Paolo si aprisse la via al suo comprensivo precetto: ***opus fac evangelistae.*** E perchè non dire altresì che riepilogasse poi gli obblighi dell'evangelista con quelle altre parole che soggiungeva all' intimazione del precetto ***opus fac evangelistae?*** Il ***ministerium tuum imple, sobrius esto*** riassume tutti i doveri del predicatore, perchè ***ille implet officium evangelistae*** - dice san Tommaso nel Commento all'epistola Paolina - ***qui verbo praedicat et opere implet,*** e la sobrietà di cui parla l'Apostolo non riguarda tanto la parsimonia dei cibi quanto la discrezione in tutte le opere, come insegna ancora lo stesso Dottore Angelico: ***sobrietas ponitur hic pro discretione (Comm. in epist. S. Pauli).***

Oh! con quanta ragione ci siamo dunque rivolti a san Paolo per averne una parola che ci facesse conoscere ciò che l'ufficio del predicatore è in se stesso e ciò che richiede in chi deve adempierlo. Voi, o dilettissimi figli, mostrerete, nell'imminente Quaresima, di aver bene appreso questo insegnamento dell'Apostolo, e la pratica dei discepoli, conforme alla teoria del Maestro, farà meglio apprezzare, anche dai semplici fedeli, ***['opus evangelistae.***

Ad un così desiderabile effetto concorrerà non lievemente il buon esempio dei parroci di Roma, che noi salutiamo « evangelisti perenni ». Ma vi concorrerà soprattutto quella celeste benedizione, che Noi imploriamo copiosa e sui parroci e sui predicatori di Roma. È sublime l'ufficio affidato agli uni e agli altri, ma la benedizione che per tutti imploriamo dall'alto deve renderlo quanto sublime altrettanto efficace, per la gloria di Dio, per la salvezza delle anime e per la spirituale utilità di chi lo compie.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

ERRATA-CORRIGE

In decreto Supremae S. Congregationis S. Officii quo « schismatica nonnullorum e clero bohemo sacerdotum coalitio damnatur » ***(Acta Apostolicae Sedis,*** an. XII, vol. XIf, n. % pag. 37), loco can. 2384 legendum est can. 2314.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 10 februarii 1920.

A. Castellano, ***Supremae S.*** *C.* ***S. Off. Notarius».***

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

S. LUDOVICI POTOSIENSIS ET DE ZACATECAS

DE DIOECESANORUM FINIUM COMMUTATIONE

DECRETUM

Quum pro faciliori animarum regimine valde expediat ut ecclesiasticae iurisdictionis limites iidem sint ac coincidant eam limitibus iurisdictionis civilis, et quum constet duas sibi invicem adiacentes dioeceses de Zacatecas et S. Ludovici Potosiensis in Mexicana regione hoe beneficio carere, et dioecesim de Zacatecas ingredi ex parte in civilem provinciam seu Statum de Potosi; et viceversa dioecesim S. Ludovici Potosiensis ex parte ingredi in civilem provinciam seu Statum de Zacatecas; Ssmus Dnus Noster Benedictus PP. XV, postulationibus duorum dictarum dioecesum Episcoporum favens, benigne annuit ut, iuxta eorum vota ac preces, opportunum remedium afferretur. Quapropter, omnibus perpensis et suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant, consensu, hoc consistoriali Decreto partem dioecesis S. Ludovici Potosiensis seu circumscriptionem vulgo nuncupatam

districtum ***de Pinos,*** qui intra fines proximi Status de Zacatecas continetur, a dioecesi S. Ludovici Potosiensis separat et dioecesi de Zacatecas coniungit et unit. Itemque partem illam dioecesis de Zacatecas, quae a loco ***Salinas*** nomen habet et intra fines Status de Potosi iacet, a dioecesi de Zacatecas seiungit et dioecesi S. Ludovici Potosiensis adiicit ac attribuit, cum omnibus iuribus et obligationibus utrique territorio ad iuris tramites propriis : contrariis quibuscumque non obstantibus. Ad haec autem exsecutioni mandanda idem Ssmus Dnus deputavit R. P. D. Franciscum Planearte et Navarrete, archiepiscopum de Linares, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum ; imposita eidem obligatione intra sex menses, a data praesentium computandos, ad Sacram hanc Congregationem mittendi authenticum exemplar exsecutionis peractae.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 16 ianuarii 1920.

j$| C. CARD. DB LAI, Ep. Sabinen., ***Secretarius.***

L. © S.

f V. Sardi, Archiep. Gaesarien., ***Adsessor.***

Il

NOMINATIONES

Decreto S. Congregationis Consistorialis diei 6 februarii 1920, Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV, attenta infirmitate Archiepiscopi Carthaginiensis, nominare dignatus est R. P. D. Augustinum Fernandum Leynaud, archiepiscopum Algerinum, ***Administratorem Apostolicum archidioecesis Carthaginiensis.***

Item decretis S. Congregationis Consistorialis nominati sunt:

12 ianuarii 1920. — R. D. iacobus Carabelli, ***Administrator Apostolicus dioecesis Syracusanae.***

23 ianuarii. — R. P. D. Paulus iacuzio, archiepiscopus Surrentinus, ***Administrator Apostolicus dioecesis Castri Maris seu Stabien.***

1 februarii. — R. P. D. Ioseph Conti, episcopus Clusin. et Pient., ***Administrator Apostolicus dioecesis Grossetanae.***

6 februarii. — Emus D. Augustus S. R. E. Card. Silj, ***Vicarius pontificius penes Sanctuarium B. M. V. a Rosario et opera adnexa in valle Pompeiana.***

SACRA CONGREGATIO CONCILII

MONTISVIDE! ET ALIARUM

STIPENDII MISSARUM

Die 10 ianuarii 1920

SPECIES FACTI. - Administrator Apostolicus archidioecesis Montisvidei de antiqua consuetudine plurimarum paroeciarum archidioecesis et duarum dioecesium suffraganearum Metensis ac Saltensis, ad hanc S. Congr. referendum esse duxit. Ibi enim parochi vicarii cooperatoribus menstruam mercedem 50 pesos solvunt, imposita vicariis obligatione applicandi missam quotidie .ad intentionem parochi, qui sibi retinet stipendia missae, non considerata summa ad quam haec re vera per mensem ascenderint. Quod, in nonnullis saltem paroeciis, hoc modo intelligitur, ut ex 0 pesos pars v. g. dimidia tamquam summa fixa assignetur, altera vero quasi per compromissionem tradatur pro stipendiis missarum: haec autem stipendia in nonnullis locis summam illam non aequare, in aliis illam superare solent. - Litteris praeterea 7 sept. huius anni, interroganti Emo Praefecto respondit habitationem quoque et alimenta a parochis suppeditari; vicariis propter consuetudinem copiam alius pactionis moraliter nullam dari; nec deesse privatas querelas vicariorum de isto usu. - Testatur simul remunerationem vicariis tributam certo esse sufficientem; sed hoc in quaestionem vocari, utrum necne haec pactio de missarum applicatione cum can. 840 § 1 componi possit. Addebatque interim in constitutionibus dioecesanis anno superiore, in parochorum congregatione, statutum fuisse ac, auditis archidiocesanis consultoribus, a se approbatum, « ut in posterum, donec S. C. C. quaestionem dirimat, parochi cooperatoribus suis mercedem solvant 25 ponderum, adiecto quotidie missae stipendio integro iuxta taxam, ita ut honorarium menstruum summae 50 ponderum coaequetur ». - Quare reverenter postulabat utrum exposita praxis sustineri adhuc posset.

ANIMADVERSIONES. - Canon 827 iubet ut a stipe missarum quaelibet etiam species negotiationis vel mercaturae omnino arceatur. - Ex can. autem 840 § 1, qui missarum stipes manuales ad alios transmittit, debet acceptas integre transmittere, nisi oblator expresse permittat aliquid retinere.

Porro, in casu, nulla species negotiationis aut mercaturae adesse cernitur. Nulla ***negotiatio:*** non enim studiosa collectio eleemosynarum fit cum intentione eas distribuendi inter sacerdotes qui minore stipendia contenti sint. Nulla ***mercatura:*** non enim tentatur commutatio stipendiorum pro libris vel aliis mercibus aut associationibus (ut vocant) cum diariis; sed habetur tantum collectiva stipendiorum missarum, quae de iure vicariorum essent, tamquam breviore manu facta attributio parocho, qui, pro minus certa summa, certam eamque convenientem in salarium menstruum assignat. Sane modus iste agendi in nullam reprehensionem incurrit in locis ubi menstruae eleemosynae 25 pesos vix attingunt. Quid tamen in locis ubi talia dari consueverunt stipendia, quae 25 pesos notabiliter supérent? Namque priora 25 pesos a parochis solvi solita, tamquam saiarium fixum debita videntur. Quo itaque titulo parochi excessum stipendiorum sibi retinebunt? Verum ex litteris ipsius Administratoris Apostolici novimus, praeter summam pecuniae stabilem, etiam habitationem et victum a parochis praeberi. Excessus itaque stipendiorum tamquam modica compensatio alimentorum considerari potest. Sed si ita res se habent, casus parochorum et vicariorum comparari potest cum probatissimo usu religiosorum. Hi, quia in professione religiosa omnes fructus industriae abdicarunt (can. 580, § 2), missas celebrant ad intentionem Superiorum, qui omnia stipendia accipiunt pro communitate: haec autem decenti religiosorum sustentationi prospicere debet. Vicarii, non omnes quidem fructus, sed missarum stipendia cedunt parochis, qui eorum sustentationi abundanter consulunt.

Ceterum non leve subsidium ad solvendam propositam quaestionem nobis afferunt bina responsa H. S. Congr. in Treviren., ***Eleemosynae Missarum,*** 11 maii 1888, et in Bredan., ***ei. tit.,*** 25 febr. 1905.

In priore, ad 3, licita existimata est conventio qua, sive expresse sive tacite, inter aliquos parochos vicariosque statuitur ut, pro commodiore victu vicariis concedendo, « parochis cedant in cumulo fructus « fundationum pinguiorum, et vicariis tribuatur stipendium ab Ordinario « taxatum ». In altero responso admissum est ad 1, « ut pro victu et « servitio, vicarii parochis in cumulo cedant fructus missarum pinguio- « rum, et vicariis tribuatur stipendium ordinarium missae lectae ». - Ad 3 vero declaratum est consuetudinem sustineri qua « vicarii omnes fere « missas ad intentionem parochi celebrare debent, qui eis praestet « victum et servitium, dum ipsi ex aerario ecclesiae determinatam obti- « nent pensionem ».

Age porro: responsa ad 3 in Treviren. et ad 1 in Bredan. solvunt casum difficiliorem, quia bi pars stipendii retinebatur; decreta autem

propter maius periculum abusiomim, magis expresse prohibent ne pars stipendii retineatur quam totum. Cf. responsa H. S. G. 1625; 23 dec. 1697; Bullam ***Quanta cura,*** Benedicti XIV, 30 iun. 1741, et ipsum can. 840, § 1.

In Bredan. autem, responsum ad 3, casum nostro omnino similem contemplatur. Ratio autem responsi istius haec a S. C. Secretario dabatur, quia decretum ***Ut debita*** 11 maii 1904, hoc unum vetat, ne ope stipendiorum commercium quodpiam exerceatur, pactionem autem propositam in nullius commercii subsidium vergere.

Novimus autem, ex c. 6, nn. 2° et 3°, in partibus quae cum iure veteri congruunt, canones ex iure antiquo et receptis interpretationibus aestimandos esse: canones porro 827 et 840, § 2, cum iure superiore.congruunt. Immo etiam minus severe sonant quam decr. ***Ut debita,*** quo vigente, responsum in Bredan. datum est. Etenim, in decreto ***Ut debita,*** n. 9, eleemosynae missarum in alias res commutari aut imminui stricte prohibebantur, dum cc. 827 et 840 volunt tantum ut omnis etiam species negotiationis aut mercaturae absit et integra missarum stipendia transmittantur.

Scrupulus autem quem idem Administrator Apostolicus manifestat, sitne satis spontaneus et liber vicariorum consensus, facile removetur: liber est consensus, quatenus officium vicarii libere acceperint, cum congrua retributione, cuius forma, consuetudine definita, ab ipsis non ignorabatur; nulla autem praesens lex spontaneum consensum in huiusmodi pactionem postulat. Ceterum, in Bredan. similis consuetudinis necessitas vicarios premebat.

Unum tamen observandum superest. Oblator pinguioris stipendii hac etiam spe ad liberalitatem moveri videtur obtinendi, ex grato animo sacerdotis, celebrationem ferventiorem et, fortasse, etiam superadditas preces. Spes ista autem supradicta pactione tollitur. Nec praeterea spernendum est quod a nonnullis (cfr. ***Monitore eccles.,*** 1919, pag. 92, n. 18) circa can. 827 observatum est, in eo videlicet non solum omne genus negotiationis et mercaturae prohiberi circa stipendium missarum, sed etiam inculcari ut quaelibet vel ***apparentia aut suspicio*** rei sollicite amoveatur, prout insinuât in canone verbum illud ***etiam,*** ibi: «A stipe « Missarum quaelibet ***etiam species*** negotiationis vel mercaturae omnino « arceatur ». Quare praeferenda sane videtur supra relata ordinatio ab ipso administratore facta anno 1918, in parochorum congregatione; idque eo magis quod vicariis gratior erit.

RESOLUTIO. - Die 10 ianuarii 1920, S. Congregatio Concilii, in plenariis Emorum ac Rmorum Patrum comitiis, rescribendum super relatis

precibus censuit: ***Propositam consuetudinem remunerandi coadiutores vicarios*** tolerari ***posse. Et ad mentem.*** Mens autem est, quod « Admini-
« strator Apostolicus operam navet ut in praxi ponatur statutum dioe-
« cesanutn vi cuius " parochi cooperatoribus suis mercedem solvant
«25 ponderum, adiecto quotidie.missae stipendio integro iuxta taxam,
«ita ut honorarium menstruum summae 50 ponderum coaequetur„ ».

Facta autem de praemissis SSmo Dno Nostro Benedicto divina Providentia PP. XV relatione per infrascriptum S. Congregationis Secretarium in audientia insequentis diei, Sanctitas Sua datam resolutionem approbare et confirmare dignata est.

I. MORI, ***Secretarius.***

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

DUBIUM

S. Congregationi de Religiosis propositum fuit sequens dubium circa declarationem quoad Decretum ***Inter reliquas,*** datam sub die 15 iulii 1919, videlicet:

« Utrum in Congregationibus seu Institutis Religiosis, in quibus ex
« Constitutionum praescripto post Novitiatum vota annualia emittuntur,
« Alumni servitio militari adstricti, absoluto Novitiatu, admitti valeant
« ad professiones annuaies ».

S. Congregatio, re mature perpensa, respondendum censuit:

« Affirmative: ita tamen ut vota annualia cessent si Religiosi ad
« servitium militare vocentur, et eo die quo militiae effective adscripti
« et disciplinae militari subiecti evadant ».

Facta autem de his relatione" Ssmo D. N. Benedicto Pp. XV, in audientia diei 30 novembris 1919, ab infrascripto Secretario, Sanctitas Sua eamdem resolutionem approbare dignata est et publici iuris fieri mandavit.

L. S. f Maurus M. Serafini, O. S. B., ***Secretarius.***

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

EPISTOLA

AD UNIVERSOS SACRORUM ANTISTITES DE STIPE COLLIGENDA PRO NIGRITIS IN AFRICA.

Ulme ac Revme Domine,

Summus Pontifex Leo XIil, gloriosae recordationis, nigritarum in Africa miseratus aerumnas, qui, in servitutem abducti, supremam animi atque corporis patiebantur iacturam, per encyclicas Litteras, ad universos sacrorum Antistites catholici orbis die 20 novembris 1890 datas> eorum caritati summopere commendavit opus a Se susceptum pro nigritarum in Africa tuenda libertate, iisque ab ethnica superstitione emendis. Qua super re provide constituit ut, ***quotannis, qua die in quibusque locis Epiphaniae Domini celebrantur mysteria, in subsidium memorati operis pecunia stipis instar corrogetur.***

Non defuit Summi Pontificis desiderio pia fidelium voluntas, eleemosynisque ad id collectis non mediocriter sacrae Missiones in Africa recreatae sunt. Verum, labente annorum decursu, evenit ut apud nonnullas dioeceses excidisse videatur pontificii mandati memoria aut languidiori studio iussa serventur, dum, e contra, aliis multis in locis, adnitente Episcoporum zelo, inducta praxis, etiam flagrante bello, stetit hactenus ac viguit

Quapropter haec S. Congregatio, cui dicti operis demandata est cura, opportunum censuit per praesentes litteras apud universos Praesules enixe instare ut velint, in propria quisque dioecesi, sacro Epiphaniae die, iuxta pontificia praescripta, pecuniam pro Africae nigritis in singulis ecclesiis et sacellis colligendam curare, iis additis hortamentis, quibus fidelium studia ad tam nobile opus excitentur.

Qua quidem occasione commemorandum etiam venit, eiusdem Pontificis iussu constitutum esse ut ***pecunia, praedicta die collecta in ecclesiis et sacellis,... Romam mittatur ad Sacrum Consilium christiano nomini propagando,*** cuius munus est eam pecuniam inter singulas Missiones aequa proportione partiendi.

itaque, sine speciali Apostolicae Sedis dispensatione, non ad particulares quaslibet pro redimendis captivis constitutas Societates, sed ad hanc ipsam Sacram Congregationem Fidei Propagandae eorrogata, festo die Epiphaniae, ad"id operis pecunia mittenda est.

Porro, cum tot ac tantis, praesertim post immane bellum, sacrarum Missionum necessitatibus consulere oporteat, non dubito quin Amplitudo Tua, quod ad dioecesim sibi commissam spectat, suas partes libenti animo expleat.

Interim Deum ex corde precor ut Te diu sospitem reddat.

Romae, ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 29 septembris 1919.

Addictissimus

G. M. CARD. VAN ROSSUM, *Praefectus.*

L. © S.

C. Laurenti, ***Secretarius.***

II

DESIGNATIO ORDINARII PRO APPELLATIONE IUXTA CAN. 285

Iuxta can. 285 Codicis Iuris Canonici pro appellatione:

15 ianuarii 1920. — Revmus Episcopus Nicopolitanus designavit Ordinarium Bukarestiensem.

Quam designationem Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV, die et anno supradictis, approbare dignatus est.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

VIGEN; SEU BARCINONEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI IOACH1MAE **DE VEDRUNA DE MAS, VIDUAE, FUNDATRICIS INSTITUTI SORORUM A CARITATE.**

Barcinonis in parochia Sanctae Mariae ***del Pino,*** a genitoribus Laurentio de Vedruna de Mas et Teresia Vidal, pietate non minus quam nobilitate praestantibus, die 16 aprilis 1783, ortum duxit, eodemque die lustralibus aquis abluta est, imposito nomine, Ioachima inter sorores minima. Iuxta morem familiae, prima institutionis elementa domi accepit, curisque parentum ipsa, peculiaribus animi dotibus ornata, prae ceteris natis, respondisse fertur. Humilis, pia, obediens, laboribus studiisque addicta et coram Deo iugiter ambulans, sororibus ac familiaribus domesticae vitae exemplum praeferebat. Ad sacram Synaxim primitus admissa, ab illo caelesti pabulo vocationis religiosae sensus hausit et fovit. Propositum tamen ingrediendi Carmelitidum monasterium, prouti optaverat, ob teneram adhuc aetatem exsequi non potuit, illudque differre coacta est. Interim, velut apis industria mellisque opifex, meditatione, oratione, lectione spirituali ac sacramentorum perceptione fructus ferebat salutares. Temporis progressu, ita Deo disponente, puella, decem et septem annos agens, patris monitis et confessarii consiliis coniugium suadentium, se docilem praebuit, atque in ipsa parochiali ecclesia Sanctae Mariae ***del Pino,*** die 24 martii anno 1799, rite nupsit optimo ac nobili viro Theodoro de Mas, e Vicensi urbe. Benedictio Dei descendit super coniugio, fidelitatis, pacis, prolisque foecundo, etiam per civilem et catholicam filiorum utriusque sexus educationem. Duae enim ex puellis, in religiosa domo ad institutionem concreditae, maior ***Valbonae,*** minor ***Petralbae,*** dein, gestiente prae gaudio matre, inter sodales cooptatae in respectivo monasterio, virtutis et sanctitatis fama inclaruerunt. Sexdecim post annos, orbata viro pie defuncto, die 4 martii anno 1816, Ioachima sola sustinuit multiplicis prolis onus, licet, coniugali vinculo soluta, ad perfectiorem et claustralem vitam ineundam se magis inclinatam agnoscent. Unde in locum ***Manso Escorial,*** prope Vicensem urbem, una cum filiis, se recepit, maternis officiis sedulam operam impendens. Eo tem-

pore, pacis sequestra, summa patientia et suavi fortitudine concordiam obtinuit inter affines circa bona demortui viri sui. insimul, ad caritatis opera peragenda, valetudinarium eiusdem civitatis adibat atque aegrotis ibi degentibus, veluti ancilla, demisse inserviebat. Quum vero filiorum bono iam plene providisset, antiquum propositum de vita religiosa amplectenda studiose recogitavit, simulque in animo habuit condere institutum piarum foeminarum pro puellis egenis et ob dotis defectum impeditis ad statum religiosum profitendum, necnon pro aegrotis pauperibus ac derelictis quibus salutare atque opportunum auxilium afferretur, itaque ad hunc finem, praehabito tum Episcopi Vicensis tum probati viri Stephani de Olot, sacerdotis ex Ordine Gapuccinorum, consilio et consensu, die 6 ianuarii anni 1826, Ioachima vota religiosa emisit coram eodem Episcopo et, die 26 februarii ipsius anni, novem pauperes piasque mulieres ad vitam religiosam secum suscipiendam adduxit, assignata aede ***Escoriai,*** ubi eius vir obierat, extra muros Vicensis civitatis, quam paulo post mutavit in alteram magis aptam et conductam intra ipsam urbem, ut facilius liberiusque pueros et puellas erudire atque infirmos pauperes, sive in domibus sive in nosocomiis, iuvare posset una cum sodalibus. Instituto cui nomen ***Congregatio Sororum Carmelitarum a Caritate,*** ab Ordinario loci approbato, traditae sunt regulae a praelaudato religioso conscriptae. Quae quidem regulae tam ab Episcopo Vicensi quam ab aliis Praesulibus, nempe Barcinonensi, Gerundensi ac Terulensi, approbatae, decurrente anno 1880 Apostolica confirmatione sancitae sunt. Sodales, pluribus in domibus iam constitutae, tria simplicia religionis vota, perpetua tamen, nuncupant. Quae in singulis domibus degunt, praesidi subsunt, omnes vero Generali Antistitae plenam obedientiam profitentur. Dei Famula fundatrix et Instituto regendo praeposita totis viribus temporali et spirituali eius incremento prospexit, speciatim per selectas Superiores locales et per personalem domorum visitationem. Inter pietatis opera valde commendabat sororibus, ut nunquam cubitum irent, quin antea conscientiam diligenter excuterent et augustissimum Eucharistiae sacramentum devotissime inviserent. Exorto et furente in Hispania bello civili, Ioachima cum sodalibus Galliam petere debuit, plerisque insidiis, molestiis et periculis in itinere animo constanti et caelesti ope superatis. Quum Perpinianum pervenissent omnes incolumes, pia muliere auxiliante, domum habitationis invenerunt, ibique sive laborando sive aegrotis adiuvandis tempus traduxerunt, praeeunte Ioachima, quae sodalibus verbo et exemplo fidem et fiduciam in Deum animose infundebat. Extincto hispanico bello et republica in pace composita, Institutum sororum e tertio Ordine Carmeli-

tarum a Caritate, vivente adhuc fundatrice et praesertim post eius obitum adeo floruit per observantiam regularem, pietatis et caritatis opera, et catholico-socialem iuventutis educationem, hodiernis etiam temporibus recte consonam, ut domo principe Vici bene fundata, in aliis civitatibus et provinciis Hispaniae, uti Matritensi, Barcinonensi, Hispalensi, Valentina fuerit propagatum ; ducentae enim domus et mille ac septingentae sodales et ultra adnumerantur, atque aliarum domorum erectiones expostulantur. Verum Ioachima, assiduo labore et morbo, quo ante fuerat correpta, debilitata, imminentem e vita discessum persentiens, omnibus morientium sacramentis devotissime susceptis, die 28 augusti anno 1854, in domo ***a caritate,*** Barcinone, indica lue in ea civitate grassante, unum et septuaginta annos agens, bonisque operibus dives migravit ad Dominum. Quivis ordo civium ad corpus expositum invisendum confluxit, aestimationis et venerationis sensus palam ostendens; donec, solemni funere rite peracto, ipsum corpus in sepulcreto Barcinonensi depositum fuit: deinceps anno 1881 in domum Vicensem Instituti primariam translatum, subter aediculam Sancti Raphaelis Archangeli apud hortum continentem, in pace quiescit. Itaque fama sanctitatis Servae Dei, adhuc viventis in triplici statu nempe libero, coniugali et religioso, post eius obitum magis in dies usque in praesens clara et diffusa etiam per ipsius gesta publicis commentariis consignata a praestantibus viris Cardinali Sanz y Forés et a P. Iacobo Novell, S. I., excitavit Rmum Dominum Episcopum Vicensem ad Processum informativum auctoritate Ordinaria conficiendum super eadem fama, iuxta veteres recentesque normas. Quibus actis processualibus rite absolutis et ad sacram Rituum Congregationem delatis, servato iuris ordine, de Causae introductione disceptatum est. Instante enim Rmo D. Carmelo Blay, eiusdem Causae postulatore, attentis litteris postulatoriis quorumdam Emorum S. R. E/ Cardinalium, plurium Rmorum Archiepiscoporum et Episcoporum presertim Hispaniae, necnon Capitulorum Ecclesiarum Cathedralium, Praepositorum Ordinum seu Congregationum regularium utriusque sexus, praeeunte Antistita Generali Instituti Sororum Carmelitarum a Caritate, una cum praesidibus domorum ***de la Cortes*** et ***Petralbae,*** aliorumque virorum et mulierum e coetu nobilium, quum scriptorum Servae Dei revisione peracta, nihil obstaret quominus ad ulteriora procederetur, infrascriptus Cardinalis Antonius Vico, Episcopus Portuensis et S. Rufinae, huius Causae Ponens seu Relator, in ordinariis sacrorum rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanum coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: ***An signanda sit Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum, de quo agitur?*** Et Emi ac Rmi Patres

sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem eiusdem Cardinalis Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Angelo Mariani, Fidei promotore generali, omnibus accurate discussis et perpensis, rescribendum censuerunt : ***Signandam esse Commissionem introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.*** Die 13 ianuarii 1920.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papae XV per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem sacrae Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem introductionis Causae beatificationis et canonizationis Servae Dei loachimae de Vedruna de Mas, viduae, fundatricis Congregationis Sororum Carmelitarum a Caritate, die 14, eisdem mense et anno.

)$(A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. B. C. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

Il

CAMERACEN.

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII VENERABILIUM SERVARUM DEI MARIAE MAGDALENAE FONTAINE ET TRIUM SOCIARUM EIUS, EX INSTITUTO PUELLARUM CARITATIS S. VINCENTII A PAULO, NEC NON MARIAE CLOTHILDIS ANGELAE A SANCTO FRANCISCO BORGIA ET DECEM SOCIARUM EIUS, EX ORDINE MONIALIUM ÜRSULINARUM DE VALENCIENNES.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione martyrii et causae martyrii, nec non dispensatione a signis seu miraculis, tuto procedi possit ad solemnem praefatarum Venerabilium Servarum Dei Beatificationem?

Quamvis, sive de Martyre, sive de Confessore agatur, unum idemque semper sit et esse debeat expendendae definiendaequae christianae heroicitatis fundamentum, quippe quod in una situm est incensissima erga Deum caritate, ipsius tamen adstruendae et evincendae heroicititis non unus idemque, utroque in casu, est modus, quemadmodum ex iis colligere est, quae scite apteque huc spectantia tradit Benedictus XIV.

Scribit sane: ***In Martyribus, uti plurimum, sola mors est, in qua residet heroicitas: in ea quippe una tanta quandoque heroicitas continetur, quanta in omnem vel iam ante actam, vel post agendam vitam poterat extendi. In Confessoribus vero heroicitas non parte aliqua continetur, sed totam respicit vitam, respicit obitum, et multiplex esse debet, multisque actibus et habitibus extensa*** (Lib. III, cap. XXI, n. 8). Hisce idcirco adhaerens huius sacri fori Magister sibique constans, declarat quidem ***necessarium*** non esse, ut in causis Martyrum ***virtutum et morum ratio habeatur,*** sed non exiguae profecto frugis, quoties dabitur facultas, eamdem existimat inquisitionem, prouti illius pariter haec aperte significant verba: ***Ante actam quoque vitam Martyrum et virtutes ab ipsis exercitas, ante martyrium, pro felici exitu causae, si probationes non desint, expedit exponere;*** reique statim rationem affert eamque ad persuadendum valde accommodatam; proxime namque subdit: ***licet enim nemo possit de condigno (ut dicitur) martyrium mereri, iuxta illud S. Petri Chrysologi«Attendat auditor, attendat, ut intelligat martyrium non constare per meritum, sed venire per gratiam » ; de congruo tamen martyrium cruentum aliquis mereri potest, si per longum usum martyrii incruenti cruento proluserit*** (Ibid., cap. XV, n. 17.-18).

Iamvero superius descripto praeclaroque laudis genere quindecim florere dicendae sunt Deo sacrae Virgines, quarum martyrii veritas nuper edito agnita et sancita fuit apostolico Decreto. Nam prioribus quatuor eisque a Caritate Puellis id sane obtigerat auspicato, ut eamdem Atrebatensi in urbe religiosam incolerent domum, quam in vivis adhuc agentes et operantes sanctus Vincentius a Paulo et eius dilecta discipula vitaeque spiritualis filia, venerabilis Ludovica de Manilae, erigendam curaverant. Inibi enim utriusque, Parentis nempe legiferi et amantissimae Matris genuinum nativumque hauserant spiritum Filiae benemerentissimae, eoque universa ipsarum agendi ratio et sancta praesertim earum conversatio imbutam manifesto se praebuit planeque refertam. Nil proinde mirum si hae Vincentianae Sorores omnium fere, quotquot Atrebatenses erant cives, quam excitaverant sui, brevi repleverint exspectationem. Immo, vel quum celeberrima illa, octavodecimo saeculo iam iam occiduo, furere coepit procella, quin de curis, solatiis, subsidiis egentibus aegrisque hominibus adhibendis et afferendis quidquam remitterent, praefato potius praecipuoque suae professionis munere constantius et alacrius, medias inter omne genus rerum asperitates* insistere pergebant et reapse perrexerunt, donec semel iterumque id impositum eis fuit, quod, incolumi conscientia salvisque religionis iustitiaeque iuribus, se praestare non posse pro comperto habebant. Tunc,

uti suum erat, ulla absque haesitatione abscisse recusarunt; eaque de causa pessime habitae, in vincula detrusae, de una in aliam custodiam Atrebatibus Cameracum translatae, cruciatus omnes exquisite inventos, ipsamque cruentano, vitae iacturam summa constantia invictaque fortitudine sunt perpessae, quippe quae ad propositum sibi certamen instructae parataeque accesserant domesticis prius incorruptae adolescentiae virtutibus et severa postmodum religiosae disciplinae custodia, crebris quoque probata afllictationibus et aerumnis ita nempe, ut memoriam excitarent notae satis celebrataeque sententiae: ***Vidimus vix martyres effici, nisi eos qui se ante affecerint martyrio; aut qui a Deo multis prius aerumnis sunt exerciti et quasi praeparati atque eruditi ad martyrium illudque emeriti*** (Cornelius a Lapide, ***In Epist, ad Hebr., XII, 11).***

idipsum dicendum ac celebrandum de undecim sanctimonialibus ex Ordine Ursulinarum. Hae siquidem, praeeunte auctoritate et exemplo earum praeside Maria Clothilde Angela, quod, religionis ingressu, christianae perfectionis animose arripuerant iter, contentione summa summaque navitate prosequi subinde adnitebantur. Quumque praecipua inter suae professionis officia exstaret illud, christiana cathechesi et educatione erudiendi et informandi e populo praecipuo puellas; quumque munus eiusmodi, quo sororibus ipsis laboriosius, eo universo hominum convictui fructuosius, derelinquere impie versuteque iuberentur ab hominibus nequam, seditioni addictis, Tesu Christi eiusque Ecclesiae osoribus, atrocissima quaeque, ad cruentam usque gloriosamque capitis abscissionem, Ursulinae moniales perferre maluerunt, quam vel hilum a vocatione sua desciscere. Quae vero ipsarum Antistita Maria Clothildes Angela, in mortis conspectu, interrogantibus carnificibus responsa dedit, digna utique eadem inveniuntur veterum martyrum lingua, confirmantque divina illa promissa: ***Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini*** (Matth., X, 19).

Equidem hic etiam, nec parvi momenti, causae locus, quum idoneae paresque suppeterent probationes, suam in lucem erat proferendus, idque in hac postrema iudiciali actione, sicut eiusdem ferebat natura, aptam sibi nanciscebatur sedem. Quapropter in generalibus sacri huius Ordinis comitiis, quae die secunda mensis decembris superioris anni, coram Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papa XV celebrata sunt, proposito per Reverendissimum Cardinalem Vincentium Vannutelli, causae Relatorem, Dubio: - ***An, stante approbatione martyrii et causae martyrii, nec non dispensatione a signis seu miraculis, tuto procedi possit ad solemnem venerabilium Famularum Dei Mariae Magdalenae Fontaine ac trium Sociarum eius, necnon Mariae Clothildis Angelae a***

S. Francisco Borgia et decem Sociarum eius beatificationem ? - tum Reverendissimi Cardinales, tum Patres Consultores affirmativum suum ediderant suffragium. Beatissimus vero Pater, impensius exoraturus divinae Sapientiae praesidium, sententiam sibi adhuc prorogandam duxit, quam tamen, quum postmodum patefacere statuisset, hodiernam designavit diem Dominicam secundam in Quadragesima, eaque adveniente, sacris prius devotissime operatus, ad Vaticanas Aedes arcessiri voluit Reverendissimus Cardinales Antonium Vico Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum, et Vincentium Vannuselli, Episcopum Ostiensem et Praenestinum, Sacri Collegii Decanum causaeque Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter edixit: ***Tuto procedi posse ad solemnem venerabilium Famularum Dei Mariae Magdalenae Fontaine ac trium Sociarum eius, nec non Mariae Clothildis Angelae a S. Francisco Borgia et decem Sociarum eius Beatificationem.***

Hoc Decretum in vulgus edi, in acta sacrorum rituum Congregationis referri, litterasque apostolicas in forma Brevis de Beatificationis solemnibus, ubi primum licuerit, in Basilica Vaticana celebrandis, expediri iussit, pridie kalendas martias anno MCMXX.

A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. E. G. Praefectus.

L. j$(S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

III

* VICARIATUS APOSTOLICI UGANDEN.

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII VENERABILIUM SERVORUM DEI CAROLI LWANGA, MATHIAE MURUMBA ET SOCIORUM VULGO « DE UGANDA ».

SUPER DUBIO

An constet de martyrio et causa martyrii, signis seu miraculis in casu et ad effectum, de quo agitur?

Studiose simul et iucunde historiam perlegenti praenobilis huius beatificationis, seu declarationis martyrii, causae, quaedam, sponte velut sua, in conspectum se produnt adiuncta, quae causae ipsius dignitatem ac praestantiam mirum in modum exornant atque commendant.

Initio namque ducto a supplicii loco, mens statim ad Africam respicit; quippe quae hoc recenti, quod adeo pulchrum atque praeclarum Ecclesiae peperit, triumpho, ad avitam suam verique nominis gloriam revirescere visa est. Quaedam siquidem peculiaris eiusdem penitioris Africae regionis pars, quam ***Ugandam*** vocant, abhinc plenum nondum expletumque saeculi dimidium, apostolicis irriganda sudoribus, Missionariis commissa fuit, quos non ita pridem, pro Arabum praesertim et Nigritarum conversione, instituerat clarae memoriae perillustris tunc et Reverendissimus Carolus Martialis Lavigerie, Algeriensis archiepiscopus, quibusque ***Alborum Patrum*** nomen accessit. Qui sane apostolicorum suorum, quos brevi potius temporis intervallo exantlaverant; laborum opimum satis satisque conspicuum et fructum retulisse atque praemium, iure meritoque nunc laetantur: qui quidem fructus quodque praemium, quanti pluris sit faciendum, lectissima haec causa ostendit planeque significat.

De viginti enim ac duobus agitur Servis Dei, quos veluti in cohortes duas secernere iuvat: quarum prior tredecim numero complectitur Dei Famulos, qui igne sunt absumpti quique vocantur : Mbaga Tuzindé, Bruno Séron Kuma, Iacob Buzabaliao, Kizito, Ambrosius Kibuka, Mgagga, Gyavira, Achilles Kiwanuka, Adulphus Ludigo Mkasa, Mukasa, Kiriwanvu (Kilwanon), Anatolius Kiriggwajjo, Lucas Banabakintu, Carolus Lwanga. Altera vero reliquis constat novem, qui non uno eodemque, sed diverso suppliciorum genere fuerunt interempti ; eisque nomen est: Athanasius ßadzekuketta, Pontianus Ngondwé, Gonzague Gonza, Mathias Kalemba Murumba, Andreas Kagwa, Noè Magwalli, Iosephus Mukasa Balikuddembé, Ioannes Maria Muzei (Tamari) et Dionysius Sebuggwao.

Revera, ut locus monet, ab extrinsecis ad intimum digredienti totius causae meritum, hoc probe dignoscendi iustoque pretio aestimandi non difficile facta fuit potestas, omnia et singula sedulo industrieque investigando et perpendendo, quae eo potissimum spectabant, ut tyrannus quis exstiterit, seu persecutor, quaque motus ille causa fuerit ad mortis poenam eamque tam saevam tamque teterrimam Dei Famulis infligendam, clare distincteque edocerent; simulque, alia ex parte, exploratam facerent atque compertam singulorum Servorum Dei personam, aetatem, conditionem aliaque generis eiusdem, maximeque ponerent in aperto causam, qua, quin vel minime exhorruissent, festinarunt immo illi admirabili animi festivitate atque laetitia obviam ire neci omnium atrocissimae, eique superiores prorsus, cunctis spectantibus ipsisque obstupescentibus carnificibus, strenue invicteque sese probaverunt.

Cuncta haec vir prudens, aequus, iustusque veritatis investigator diligenter naviterque quum collegerit, mente complexus fuerit atque meditatus, hoc ipso omne in promptu habet, quo certam ac tutam capiat iudicii deliberationem; quandoquidem ex omnibus, quae supra posita sunt, una simul sumptis expensisque, quaedam necessaria tamquam rei consecutio, nedum martyrii causaeque martyrii iusta atque legitima naturali itinere descendit demonstratio, verum et martyrii ipsius singularis quoque splendor emicat atque nobilitas.

Hac via et ratione propositam quaestionem explanare licuit atque enucleare; reique obtinendae accurata non minus quam severa ubertim contulit disceptatio, quae, semel instituta, bis, ceu de more, repetita deinceps fuit; antepraeparatoriae quippe Congregationi praeparatoria successit eamque subsecuta est Congregatio generalis, quae, die decima huius vertentis mensis, coram Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papa XV coacta fuit, in qua a Reverendissimo Cardinali Vincentio Vannutelli, causae Relatore, sequens ad discutiendum propositum est Dubium : ***An constet de martyrio et causa martyrii, de signis seu miraculis in casu et ad effectum, de quo agitur?*** Omnes, qui convenerant, tum Reverendissimi Cardinales, tum Patres Consultores, suas quisque ex ordine exposuere sententias, quas tamen Sanctissimus Dominus noster, intento admodum prosecutus quum fuisset animo, ad Sancti Spiritus lumen, in tanta re decernenda, implorandum, cunctis, qui aderant, indixit preces. Iis interim congruum relictum quum iam fuisset spatium, pro supremo Suo proferendo iudicio, hodiernam tunc eligit diem Dominicam secundam in Quadragesima; ideoque, divina Hostia ferventer oblata, ad Vaticanas Aedes advocari iussit Reverendissimos Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensemet S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum, et Vincentium Vannutelli, Episcopum Ostiensem et Praenestinum, Sacri Collegii Decanum causaeque Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisdemque adstantibus, solemniter pronuntiavit: ***Constare de martyrio et causa martyrii venerabilium Famulorum Dei Caroli Lwanga, Mathiae Murumba et Sociorum, in casu et ad effectum, de quo agitur.***

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta sacrae rituum Congregationis inseri mandavit, pridie kalendas martias anno MCMXX.

Cfr A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Praefectus.

h. % S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

ACTA TRIBUNALIUM

SACEA ROMANA ROTA

S. ANGELI DE LOMBARDIS

IURIUM

Benedicto Pp. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno quinto, die 28 februarii anno 1919, RR. PP. DD. Fridericus Cattani Amadori, Ponens, ***Petrus Rossetti et Maximus Massimi, Auditores de turno, in causa S.*** Angeli de Lombardis - Iurium, ***inter archipresbyterum*** Victorium Novia, ***actorem, repraesentatum per legitimum procuratorem Thomam Ambrosetti, advocatum, et*** Clerum Ecclesiae receptitiae, ***oppidi « Vallata », repraesentatum per legitimum procuratorem Vincentium Sacconi, advocatum, interveniente et disceptante in causa Promotore iustitiae huius S. Tribunalis, sequentem tulerunt definitivam sententiam.***

In oppido, quod ***Vallata*** vocant, dioecesis S. Angeli de Lombardis, exstat ecclesia parochialis S. Bartholomaei, in qua animarum cura habitualis ad clerum receptitium pertinet, actualis vero ad archipresbyterum. Lege autem italica, anni 1867, clerus receptitius suppressioni obnoxius fuit eiusque bona omnia fiscus sibi attribuit, excepta tantum archipresbyteri portione, quae ***in natura,*** ut aiunt, ratione curae animarum, illi concessa est. Qui tunc clerum receptitium efficiebant, pensionem a fìsco perceperunt, eorum successoribus non persolvendam. Cum bona omnia, archipresbyteri portione excepta, fiscus arripuisset, non amplius pecunia praesto erat pro ecclesiae manutentione, et ideo, decursu temporis, gravibus refectionis operibus aedificium indigere coepit; eoque res pervenit, ut cum, paullo post, sacerdos Victorius Novia, in causa actor, archipresbyteratum consecutus sit, civilis auctoritas, ad periculum a fidelibus avertendum, ecclesiam claudi mandaverit. Tunc archipresbyter consilium iniit eam reficiendi, ne Vallatae populus sua parochiali ecclesia careret. Quod, partim collatitia pecunia, partim venum dando aliquid ex supellectili ecclesiae, partim pecunia a se mutuo'comparata, perficere tandem potuit. Tunc archipresbyter, pro operibus perfectis, necnon pro cultus expensis a se toleratis et in futuro tolerandis, civilem administrationem, quam ***Fondo per il culto*** appellant, in iudicium rapuit, sententiamque obtinuit, qua definitive iudicatum fuit, civilem administra-

tionem solvere debere ipsi Victorio Novia, utpote loci Vallatae parocho, annuas libellas 1482,75 pro ecclesiae cultu; annuas libellas 300 pro ecclesia manutenenda atque reparanda, et hoc etiam in posterum. Ad rependendas vero eidem expensas pro divino cultu quotannis factas (a die 6 mensis maii anni 1895, qua laudatus Novia in possessionem immissus fuit sui beneficii) libellae assignatae sunt 25,809, 80, libellae insuper 2000 pro sacra suppellectili ab ipso comparata. Victoria ab archipresbytero adepta, clerus receptitius apud Episcopum institit, ut summae vindicatae, pro retroacto tempore, pars sibi traderetur, vel quia et ipse quasdam pro sacris faciendis expensas sustinuerat, vel quia, etsi quovis reditu destitutus, absque ullo emolumento, plures quotannis sacras celebraverat functiones, vel quia ea pecunia, ex bonis sibi a fisco abreptis, provenient. Petiit insuper, ut summa libellarum 2000, quae pro sacra supellectili vindicata fuerat, inter se et archipresbyterum, ex iisdem ipsis rationibus, dispertiretur, iuxta impensas toleratas. Insuper ius sibi vindicavit administrandi, una cum archipresbytero, summam libellarum 1782,77 quotannis pro cultus expensis et pro ecclesiae reparatione perçipiendarum. Archipresbyter tamen acerrime restitit, opponens se ex libellis 27,809,80 dimidiam partem advocato, qui causae patrocinatus est, ex pacto solvere debuisse; alteram autem dimidiam partem in pecuniae, pro ecclesiae refectione mutuo acceptas, restitutionem erogasse, nec aes alienum in totum restituere potuisse. Ad libellas vero 2000 quod attinet, contendit eas a se pereipiendas esse, quia pecuniae summam longe maiorem impenderat pro sacra supellectili. Ceterum tuitus est quod etsi quid, ex pecunia a ***Fondo per il culto*** soluta, et unoquoque anno solvenda, superesset, id ad se spectaret, quia expensas pro cultu ipse tot annis sustinuerat, ita ut clero non aliud adiudicandum esset, nisi summa libellarum 435, pro expensis quas ipse fecerat. Episcopus, ut lis de bono et aequo componeretur, suum Provicarium generalem Vallatam misit, qui, contendentibus auditis, attentis iis quae a partibus allata atque probata fuerant, detractis vero litis expensis (quas in summam 25°/₀ computavit), necnon pecunia soluta pro taxa cathedratici, seminarii et Ss. Visitationum, hanc proposuit conclusionem : « Libellas 27,809,80, a ***Fondo per « il culto*** solutas, ita dispertiendas esse, ut archipresbytero libellae 8244,55, « clero libellae 4248 adiudicarentur. Hae summae ad expensas, ab uno « alterove factas, respondebant. Cum vero superessent libellae 7208,74, « harum partem, nempe libellas 1752, clero, partem aliam, nempe libellas 2850, archipresbytero attribuit; reliquum iudicio Episcopi erogan« dum esse arbitratus est ». Huic divisioni, a Provicario Generali propositae, consentire noluit archipresbyter Novia. Ideo Episcopus,

die 21 iulii 1912, decretum edidit, quo (demptis libellis 1000 titulo cathedratici et taxae pro seminario) libellae 6000 clero, reliquae libellae 20,809,80 archipresbytero adiudicatae sunt; et insuper statuit quod circa libellarum 1482,75 erogationem, quotannis pro cultus expensis a ***Fondo per il culto*** archipresbytero solvendarum, ipse archipresbyter, simul cum duobus sacerdotibus e clero receptitio et Vicario foraneo, sibi intra mensem exhiberent consilium. At archipresbyter contra decretum Episcopi ad Summum Pontificem recursum habuit, obtinuitque ut lis a Nostro Sacro Tribunali in prima instantia dirimeretur.

• Cum vero Episcopus in suo decreto statuisset ut libellae 1000, ab archipresbytero Novia iam Episcopo traditae, relinqui deberent pro taxa, partim seminario, partim cathedratico ab eo debita, archipresbyter autem pro seminario nihil se debere assereret, ideo a Nobis in causa vocatus est Promotor iustitiae apud N. S. T., qui Seminarii iura tueretur. Nobis igitur respondendum est dubiis, inter partes concordatis, scilicet:

1) ***an et quae repartitio facienda sit summae libellarum 27,809, 80, quam archipresbyter Novia percepit ab administratione, vulgo « Fondo per il culto »; 2) quomodo erogari et a quo administrari debeat annua assignatio ab eadem administratione in posterum solvenda in casu.***

Ad ius quod attinet. - In ecclesiis receptitiis, leges italici gubernii aboleverunt collegium receptitium, tantummodo relinquentes parochum, qui animarum curam in eis habet; at hae leges, utpote quae contrariae sunt legibus ecclesiasticis, coram ecclesia, auctoritate carent; ideo adhuc collegium cleri receptitii, quamvis suis bonis expoliatum, exstare censetur. Hae receptitiae ecclesiae, quae tantum fere in provinciis, olim ad Neapolitanum regnum pertinentibus, inveniuntur, specialem in iure naturam habent, quam ita Salzano exponit: « Le chiese recettizie, nel regno « napoletano, dalla pietà dei fedeli sono arricchite di congrue rendite, « da distribuirsi ***pro rata*** a coloro che sono addetti al loro servizio. Esse « diconsi o numerate o non numerate, secondo che sono ammessi ad « esercitarvi le sacre funzioni o un numero determinato di chierici o « generalmente tutti i preti del luogo ; come pure alcune sono senza « cura di anime, od anche con cura, come per io più suole avvenire ». ***{Lezione, di Diritto Canonico,*** vol. II, lez. 25[a]). Receptitiae ecclesiae ordinationibus reguntur quae in Apostolico Brevi ***Impensa,*** Pii VII, diei 13 augusti, anni 1824, continentur, necnon singularum ecclesiarum statutis, confectis ad normam exemplaris, quod anno 1824, iussu regis Ferdinandi I ad Ordinarios omnes sui regni, ab Episcoporum quadam congregatione ad hoc constituta, redactum est (cf. Salzano, 1. c). Exem plaris capita, quae ad rem nostram faciunt, haec sunt: « Art. II. - H

« clero amministrerà in massa comune, e non già divisamente, le rendite « di ***qualunque natura*** esse siano, per mezzo di un partecipante, eletto « dal clèro stesso, che eserciterà tutte le funzioni di procuratore e ne « assumerà il titolo. - Art. V. - Se vi sarà accidentale ***accrescimento di « rendita,*** anche per causa di porzioni vuote, alla fine dell'anno, secondo « il reale rescritto 10 novembre 1823, ***il procuratore ne darà piena cogni- « zione all'Ordinario, il quale ordinerà un'eguale partizione fra tutti i « partecipanti, oppure, richiedendolo il bisogno, disporrà che o tutti o parte « degli avanzi si applichino a beneficio della chiesa o a riparazioni di « fabbriclie o migliorie di fondi, o sacri arredi o altro secondo il bisogno «di essa. —*** Art. VIII. - Per le spese di chiesa, coltivo di fondi, e di « qualunque natura esse siano, come anche per l'introduzione delle liti, « debba (il procuratore) ***esserne autorizzato dal clero,*** per mezzo di rego- « lare conclusione. — Art. XIII. - Tutte le spese erogate, all'infuori dei « pubblici pesi e delle porzioni ai partecipanti, ***senza autorizzazione del « clero,*** andranno a ***carico del procuratore ».***

Rebus sic stantibus, apparet quod archipresbyter, non independenter a clero receptitio potest bona ecclesiae libere administrare, sed tantum simul cum clero, ideoque neque, inaudito clero receptitio, se litibus cum gubernio implicare poterat, neque expensas, cum gravi ecclesiae onere, sustinere. Parochus ergo Novia in actione contra administrationem, quae dicitur ***Fondo per il Culto,*** promovenda, ecclesiae suae iura defensurus, receptitii cleri loci Vallatae assensum obtinere debebat, sive iure communi iuxta illud: « Quod omnes attingit, ab omnibus debet « probari », sive iure particulari ecclesiae receptitiae (cf. art. VIII, s. c). Imo sui superioris ecclesiastici obtinere licentiam debuerat, nec poterat expensas ingentes facere nisi servatis solemnitatibus iuris, eo magis quod propter has se debuerit debitis onerare. Pactum autem, quod cum suo advocato archipresbyter iniit (cuius vi, ei quinquaginta pro quoque centenario solvere debuit), est contra iuris praescriptum; advocatis enim vel emere lites vel de immodica rei litigiosae parte sibi vindicanda pacisci, nefas est, tum in iure ecclesiastico tum in civili; quinimo tale pactum est omnino irritum (1. ***Sumptus,*** 55 ff., ***de pactis*** et 1. ***salarium ff. mandati,*** ut habet Reiffenstuel, ***Ius can. univ.,*** lib. I; ***Decret.,*** tit.XXXVII, par. II, n. 43, cf. etiam ***Cod. 1. C,*** can. 1665, et ***Cod. Civ. lt.,*** art. 1458). Unde opportune provicarius generalis dioecesis, can. Antonius Freda, emolumentum pro advocato archipresbyteri ad 25 libellas pro unoquoque centenario reduxit. Hic de cetero, qui omnia accurate perpendit, clero libellas ***4248*** attribuit, maximam autem partem ipsi archipresbytero. Stricto enim iure erga illum uti nequimus, quia, quidquid sit de modo

non legitime servato in facto, eius agendi ratio magnam ecclesiae receptitiae attulit utilitatem. Insuper quamvis Episcopus testetur: «Tl reve« rendo Vittorio Novia, arciprete di Vallata, nella causa sostenuta contro « il ***tondo per culto,*** non ha mai interpellato il clero » (Docum. nov., 18 mart. 1918), tamen verum est quod clerus receptitus optime sciebat quae archipresbyter pro sua ecclesia adversus administrationem vulgo ***Fondo per il culto*** agebat. Hoc manifeste constat ex Uteris eiusdem Episcopi ipsi archipresbytero missis, sub die 12 ianuarii 1912, in quibus legitur : « Manifesterò intanto al reverendo clero lo stato delle cose, « onde si mantenga calmo e tranquillo » ***(Summ, pro Novia,*** pag. 29, doc. VI). Quae autem ad lites sustinendas documenta necessaria essent, archipresbytero Episcopus suppeditabat, ut ipse concedit; adeo luculenter apparet quod ille non tantum sciebat, sed etiam rationem agendi archipresbyteri approbabat. Ad clerum ergo receptitium quod pertinet, in casu applicari possunt principia: « Approbatur quod a sciente non «reprobatur» (Leg. ***Si ab initio,*** 10 ff. ***qui satis d. cogant);*** « Qui non « contradicit et patitur, cum possit vetare, censetur consentire » (Leg. 5, ***Cod. de nupt.);*** « Non videtur contradicere qui iustam causam contra« dicendi non habet » (Leg. ***Dotem,*** 38 ff. ***solut. matrim.).*** Ex alia parte archipresbyter Novia bene egit, quando litem contra publicum aerarium pro cultus expensis excitavit, cum bonum evidens suae ecclesiae .id postulasset; imo si mandatum ad litem a clero receptitio petivisset, hic minime potuisset illud denegare, cum et ipse bonum ecclesiae procurare teneatur: unde aequitas non sinit quod receptitiae ecclesiae comparata utilitas sit cum gravi damno illius qui illam procuravi!. At nullum ius archipresbytero favet relate ad taxam pro seminario solvendam, quod ille facere detrectat; eidem enim incumbebat probandi, taxam illam, (quae anno 1749 constituta fuit in annua summa libellarum 76.56) a se non amplius deberi, quod non facit. Referre sufficiat quae de hac re habet Card. De Luca : « Illud autem pro regula generali statuendum « est, quod, ubi speciale indultum Sedis Apostolicae limitationem (semi« naristici) non suadeat, nulla datur privilegiativa exemptio » ***(Adnot. ad Conc. Trid.,*** Disc. 25, n. 12). Ceterum huiusmodi taxa non est sua natura perpetua; Concilium enim Trid. (Sess. 23, C. 18, ***de Ref.),*** uti scribit idem auctor (Disc. 88, n. 7, ***De Benef.), «*** eatenus mandavit huius« modi contributionem beneficiorum pro sustentatione Seminarii, qua« tenus non posset aliunde consultum esse, et tanquam per remedium « subsidiarium »: proinde nihil iuvat opponere in casu, huiusmodi taxam ab anno 1822 non amplius Seminario fuisse persolutam; nam etiamsi hoc verum esset (quod probatum non est), cum seminaristici solutio a

Seminarii pendeat inopia, Episcopus potest hanc taxam vel minuere, vel augere, vel etiam auferre. Ad rem ergo nil probat id quod ***de seminaristico*** nulla mentio habeatur in schemate, quod archipresbyter in medium affert, vulgo ***Piano per la numerazione per la chiesa recettizia di Vallata, a norma delle istruzioni approvate da S. Maestà nel 18 novembre 1822,*** quia istius schematis silentium argumentum mere negativum praebet, dum e contra ad seminaristici abolitionem demonstrandam, argumentum positivum atque directum debet afferri.

Quod vero secundum dubium respicit, in omnibus videtur probanda Episcopi dispositio in suo decreto statuta. Episcopi enim, utpote supremi administratoris bonorum ecclesiasticorum suae dioecesis, est condere leges, tam in synodo, quam extra synodum, pro aequa partitione vel administratione bonorum eorumdem (cf. Lucidi, ***De Visit. Sacr. Lim.,*** Cap. 7, n. 268); idque etiam ex iure communi (cf. etiam can. 1519, § 1,***1. G.).*** In casu vero hoc potest Ep. S. Angeli de Lombardis etiam vi statutorum, de quibus supra (cf. art. V super relatum pro ecclesiis receptitiis).

Ad factum quod attinet. - Doctrinam, quam supra exposuimus, casui nostro applicantes, decretum Episcopi S. Angeli de Lombardis sub die 21 mensis iulii anno 1912 ut normam pro reparatione facienda sumimus, summae quam archipresbyter percepit ab administratione civili, et etiam pro norma erogandi atque administrandi annuam pecuniam ab eadem administratione in posterum solvendam. Iudex autem ecclesiasticus sententias ab auctoritate civili latas corrigere vel immutare nequit nisi in his quae iuri ecclesiastico contraria sunt vel evidenti iustitiae. Sententia vero quam archipresbyter Novia in sui favorem a foro civili obtinuit, in hoc tantum iuri ecclesiastico contradicit, quod expensas, a clero receptitio factas, minime spectat, nec iura recognoscit, quae in ipsa ecclesia, eiusque bonorum administratione ad clerum pertinent. In his ergo sententia fori civilis emendanda est, ita ut expensae omnes, quas ille pro cultu ecclesiae parochialis habuit, eidem sint reficiendae, eiusque iura sarcienda. Ideo libellae 4248, pro expensis, quas clerus sustinuit, legitime eidem assignandae sunt, et probanda est computatio quam Provicarius generalis dioecesis, rebus omnibus perpensis, in sua condicione statuit atque Episcopus probavit. Ceterum hanc ipsam computationem recte factam esse, concessit patronus Cleri receptitii. Non possunt autem clero receptitio assignari libellae 1752 pro servitio ecclesiastico, seu, ut dicitur in decreto Episcopi, ***per compenso delle funzioni,*** quia nullam pecuniae partem propter hunc titulum, civilis administratio restituit. Standum insuper est decreto Episcopi relate ad libellas 1000 pro cathedratico et taxa seminarii, quamvis Provicarius generalis aliquanto

plus assignaverit; ad Episcopum enim pertinet hanc rem definire. Reliqua omnis pecunia archipresbytero Novia est adiudicanda, qui, cum satisfecerit Episcopo et clero, pro se retinere potest quae a gubernio ipse vindicavit.

Circa vero pecuniae summam, quae singulis annis a civili administratione, vulgo ***Fondo per il culto,*** solvenda est, sive pro ecclesiae manutentione, sive pro cultus expensis, Episcopus ita in suo decreto statuit: « Che una Commissione, composta dal Sig. Arciprete, da un sacerdote « pensionato, da un sacerdote non pensionato e dal Vicario Foraneo, « Nostro rappresentante, fra lo spazio di un mese, presenti in Curia un « bilancio preventivo per la ripartizione della somma di L. 1482.75. Nel « compilarlo si tenga presente che nulla deve mancare per la decenza « e lo splendore del Culto, senza tralasciare di stanziare un fondo per « un corso di esercizi annuali, di una missione quinquennale, e per un « èquo compenso ai sacerdoti addetti al servizio della Chiesa ». Nihil in his praescriptis invenitur, quod iura archipresbyteri vel aliorum laedat, et Episcopus usus est iure suo; imo sui muneri satisfecit, cuius est advigilare administrationi et erogationi bonorum ecclesiasticorum, quae in suo territorio sunt et suae auctoritati sunt obnoxia, ut supra diximus.

Quibus omnibus in iure et in facto perpensis, Nos infrascripti auditores de Turno pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, ita propositis dubiis esse respondendum, scilicet:

Ad I: ***Affirmative, quoad primam partem.*** Quoad alteram partem vero: ***Reparatio fiat ut in decreto Episcopi diei 21 iulii 1912, detractis tamen, de parte assignata clero, libellis mille septingentis quinquaginta duabus (1752), Archipresbytero adiudicandis.***

Ad II : ***Standum esse decreto Episcopi, cuius erit de administratione quoque statuere ad normam iuris.***

Expensae habebuntur inter partes compensatae.

Quare mandamus Ordinariis locorum et ministris Tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam Sacrorum Canonum, et praesertim Codicis Iuris Canonici, lib. IV, tit. XVII, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis esse iudicaverint.

Romae, in Sede Tribunalis S. R. Rotae, die 28 februarii anno 1919.

Fridericus Cattani-Amadori, ***Ponens.***
Petrus Rossetti.
Maximus Massimi.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 10 febbraio 1920, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione ***Generale*** dei Sacri Riti, nella quale gli- Emi e Rmi Signori Cardinali con i Revmi Prelati Officiali e Consultori Teologi che la compongono, hanno emesso il loro voto sopra il dubbio del martirio e della cagione del martirio, dei segni o miracoli, dei Servi di Dio Carlo Luanga, Mattia Murumba e Compagni della Uganda, uccisi, come si asserisce, in odio alla Fede.

Martedì 24 febbraio 1930, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione ***Ordinaria*** dei Sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi e Revmi Signori Cardinali componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

1) Intorno alla Causa di Beatificazione, ossia dichiarazione del martirio del Servo di Dio Michele Abba Ghebre, Sacerdote, aggregato alla Congregazione della Missione di San Vincenzo de' Paoli, ucciso, come si asserisce, i a odio alla Fede nell'Abissmia.

2) intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Valentino Paquay, Sacerdote professo dei Frati Minori.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

31 gennaio 1920. L'Emo sig. Card. Filippo Camassei, ***Protettore della Confraternita degli Angeli Custodi.***

3 febbraio » L'Emo sig. Card. Teodoro Valfrè di Bonzo, ***Protettore dell'Ordine dei Trinitari Scalzi.***

» » » Mons. Placido Gobbini e Mons. Gaetano Cicognani, ***Uditori di Nunziatura di seconda classe.***

ß » » Il Rev. P. Giovanni Hudeéek, dei Sacerdoti del Ssmo Redentore, e il Rev. P. Giuseppe Noval, dell'Ordine dei Predicatori, ***Consultori della Sacra Congregazione di Propaganda Fide,***

7 febbraio 1920. L' Emo sig. Card. Michele Lega, ***Protettore della Venerabile Confraternita della Curia Romana.***

10 » » L'Emo sig. Card. Andrea Frühwirth, ***Protettore delle Suore Terziarie Domenicane della Congregazione del SSmo Rosario, in California.***

» » » L'Emo sig. Card. Vittorio Amedeo Ramazzi de Bianchi, ***Protettore dell'Arciconfratemita di Santa Maria del Soccorso.***

16 » » Mons. Giuseppe Florczak, ***Prelato Uditore della Sacra Romana Rota.***

23 » » L'Emo sig. Card. Vincenzo Vannutelli, ***Protettore dell'Almo Collegio Capranica.***

24 » » Mons. Giovanni Volpi, arcivescovo titolare di Antiochia, ***Consultore della S. Congregazione Concistoriale.***

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotari apostolici ad instar participantium :

27 marzo 1919. Mons. Zenone Kwiek, della diocesi di Lublino.

1 dicembre » Mons. Camillo Meichtry, della diocesi di Sion.

» » » Mons. Giuseppe Nautermod, della medesima diocesi.

31 gennaio 1920. Mons. Giovanni di Dio Pereyra, della diocesi di Cajamarca.

5 febbraio » Mons. Giorgio Jost, della diocesi di Strasburgo.

15 » » Mons. Raffaele Todmi, di Roma.

Prelati Domestici di S. S.:

1 luglio 1919. Mons. Giacomo Savage, della diocesi di Détroit.

» » » Mons. Ernesto Van Dyke, della medesima diocesi.

5 » » Mons. Morgan Giuseppe Patrizio Dempsey, della medesima diocesi.

7 *agosto* » Mons. Giorgio Gautier, deH'archidiocesi di Varsavia.

» » » Mons. Mariano Nassalski, della diocesi di Wladislavia.

24 » » Mons. Ceslao Meissner, dell'archid. di Gnesna e Posnania.

» » » Mons. Leone Kretschmer, della medesima archidiocesi.

» » » Mons. Roberto Weimann^ della medesima archidiocesi.

8 novembre » Mons. Giuseppe Florczak, della diocesi di Wladislavia.

24 gennaio 1920. Mons. Antonio Dos Santos Coelho, della diocesi di Beja.

26 » » Mons. Sebastiano Degenbeck, dell'archidiocesi di Monaco e Frisinga.

» Mons. Gioacchino Poelzl, della medesima archidiocesi.

30 Mons, Giovanni J. Blair, dell'archidiocesi di Winnipeg.

3 febbraio 1920. Mons. Patrizio Canili Hayden, della diocesi di Natchez.
9 **»** » Mons. Monalduzio Leopardi, della diocesi di Recanati.
10 » » Mons. Pietro Soracco, della diocesi di Chiavari.
12 » » Mons. Giovanni Fratini, della diocesi di Loreto.
21 **»** » Mons. Emanuele Rivas Mateos, dell'archidiocesi di Burgos.
23 **»** » Mons. Bartolomeo Arecco, dell'archidiocesi di Genova.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

30 gennaio 1920. A S. A. S. il principe Giovanni Schönburg-Hartenstein, già Ambasciatore dell'Austria-Ungheria presso la S. Sede.

La Commenda dell' Ordine Piano :

4 febbraio 1920. Al sig. conte Pietro Vial di SantAgata, dell'archidiocesi di Napoli.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

19 gennaio 1920. Al sig. Francesco Agostino Wellesley, della diocesi di Southwark.
10 febbraio » Al sig. Paolo Bergamini, dell'archidiocesi di Modena.
U **»** » Al sig. ing. Maurizio Musso, dell'archidiocesi di Torino.
12 **»** **»** Al sig. cav. Filippo Fausto Marucchi, di Roma.
14 **»** **»** Al sig. dott. Quirino Avelino de Iesus, del patriarcato di Lisbona.
15 » » Al sig. Alfredo Tastevin de Nouvel, dell'archidioc. di Parigi.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

15 gennaio 1920. Al sig. Francesco Van Thiel, della diocesi di Bois-le-Duc.
29 **»** **»** Al sig. Giovanni K. Barret, dall'arcbidiocesi di Winnipeg.
30 » » Al sig. Gaetano Mezzanotte, dell'archidiocesi di Breslavia.
3 febbraio » Al sig. Enrico Stulemeyer, della diocesi di Harlem.
4 » - » Al sig. Leone Ducatteau, della diocesi di Lilla.
5 » » Al sig. avv. Giulio Challamel, dell'archidiocesi di Parigi.
6 **»** **»** Al sig. Pio Cavazzi, di Roma.
» » » Al sig. ing. Ludovico Alessandri, di Roma.
12 » » Al sig. avv. Pietro Antonio Van der Biesen-Schaessmann, di Olanda.

20 febbraio 1920. Al sig. Ferdinando Van Ackere, della diocesi di Gand.
» » » Al sig. Felice Brousse, della diocesi di Arras.
21 » » Al sig. Vittorio Masperi, della diocesi di Brescia.
23 » » Al sig. Carlo Bouchez, della diocesi di Soissons.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

6 febbraio 1920. Al sig. conte Maurizio Palfiy di Erdod, inviato straordinario e ministro plenipotenziario, già Incaricato d'Affari d'Austria-Ungheria presso la S. Sede.

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

25 gennaio 1920. Al sig. Alessandro Vanzi, tenente della Gendarmeria Pontifìcia.
13 febbraio 1920. Al sig. Pasquale Beato, di Roma.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

7 febbraio 1920. Al sig. rag. Cesare Cavaceppi, di Roma.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

' NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rina Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

20 gennaio 1920. Mons. Domenico Colasanti, della diocesi di Veroli.
27 » » Mons. Giuseppe Gallenzi, della diocesi di Novara.
» » » Mons. Enrico Quattrocolo, di Roma.
29 » » Mons. Giuseppe Asti, dell'archidiocesi di Milano.
4 febbraio » Mons. Angelo Serafini, della diocesi di Orvieto.
5 » » Mons. Carmelo Conte, di Roma.
» » » Mons. Loreto Forti, della diocesi di Rieti.
7 » » Mons. Antonio Colli, della diocesi di Reggio Emilia.
» » » Mons. Boleslao Puchalski, della diocesi di Brooklyn.
» » » Mons. Felisberto Marcondes Pedrdsa, dell'archidiocesi di San Paolo.
» » » Mons. Francesco de Mello e Sousa, della medesima archidiocesi.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerarii di S. S.:

3 luglio 1919. Il sig. marchese Enrico Rappini, di Roma.
23 gennaio 1920. Il sig. marchese Mattia de Oñate y Lopez, della diocesi di Madrid.
28 » » Il sig. conte Gaetano Paradisi, della diocesi di Veroli.
30 » » 11 sig. conte Eugenio Ardias, dell'archidiocesi di Napoli.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

3 gennaio 1920. Mons. Gabriele Migliorini, della diocesi di Vicenza.
» » » Mons. Ilario Rossettini, della medesima diocesi.
» » » Mons. Giovanni Prosdocimi, della medesima diocesi.
» » » Mons. Francesco Dal Santo, della medesima diocesi.
» » » Mons. Giuseppe Arena, della medesima diocesi.
20 » » Mons. Giacomo Marroni, della diocesi di Veroli.
» » » Mons. Pio Carboni, della medesima diocesi.
3 febbraio » Mons. Ludovico Uberto Maria van Reyckevorsel-van Kessel, della diocesi di Bois-le~Duc.
» » » Mons. Luigi Bortolanza, della diocesi di Treviso.
5 » » Mons. Antonio Signori, della diocesi di Rieti.

Cameriere d'onore di Spada e Cappa soprannumerario di S. S.:

14 febbraio 1920. Il sig. cav. Francesco Diamilla Magnelli, di Roma.

Cappellano Segreto d'onore di S. S.:

5 febbraio 1920. Mons. Faustino Luchetti, dell'archidiocesi di Fermo.

NECROLOGIO

11 gennaio 1920. Mons. Giacinto Jalaberl, vescovo tit. di Telepte, vicario apostolico della Senegambia e prefetto apostolico del Senegal.
10 febbraio » Mons. Giuseppe Antonio Hulka, vescovo di Budweis.
» » » Mons. Giovanni Elli, vescovo di Squillace.
» » » Mons. Placido Col hard, vescovo di Losanna e Ginevra.
11 » » L'Emo sig. cardinale Aristide Rinaldini.
13 » » Mons. Luciano Mossard, vescovo titolare di Medea, vicario • apostolico della Cocincina occidentale.
21 » » Mons. Alessandro Beniamino Zanecchia Ginetti, vescovo di Teramo.

Annus XII - Vol. XII 1 Aprilis 1920 Num. 4

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

SACRUM CONSISTORIUM

Die 8 martii 1920, in palatio apostolico Vaticano, habitum est Consistorium secretum, cuius Acta ex ordine referuntur:

r. - CAMERARIATUS SACRI S. R. E. CARDINALIUM COLLEGII

Rmus Cardinalis Pompilj perulam Sacri S. R. E. Cardinalium Collegii detulit ac reddidit Ssmo Domino Nostro Benedicto Papae XV, qui eam tradidit Rmo Cardinali Boschi, pro hoc anno ipsius Sacri S. R. E. Cardinalium Collegii Camerario.

n. - ALLOCUTIO

Postea Sanctissimus Patres Cardinales allocutus est; et Revmus Cardinalis Vico, Praefectus S. Congregationis Rituum, sermonem habuit de beatorum Gabrielis a Virgine Perdolente Confessoris, Margaritae Mariae Alacoque Virginis et Ioannae de Arc Virginis, causa.

III. - PROVISIO ECCLESIARUM

Deinde Ssrnus Dominus Noster has, quae sequuntur, ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

Patriarchali latini ritus ecclesiae Hierosolymae praefecit R. P. D. Aloisium Barlassina, hactenus episcopum titularem de Capharnaum.

Metropolitanae ecclesiae Calaritanae, R. P. D. Ernestum Piovella, hactenus archiepiscopum Arborensem.

Metropolitanae ecclesiae Coloniensi, R. P. D. Carolum Iosephum Schulte, hactenus episcopum Paderbornensem.

Titulari archiepiscopali ecclesiae Trapezwntinae, R. P. D. Ioannem Zucchetti, hactenus archiepiscopum Smyrnensem.

Titulari episcopali ecclesiae Amathuntinae, R. P. D. Ulyxem Basche-^ rini, hactenus episcopum Grossetanum.

Titulari episcopali ecclesiae Derbensi, R. P. D. Maximinum Ruiz, hactenus episcopum de Chiapas, deputatum in auxiliarem Rmi Archiepiscopi Mexicani.

Cathedrali ecclesiae Aquaependenti, R. P. D. Tranquillum Guarneri, hactenus episcopum Europensem.

Cathedrali ecclesiae larensi seu ***S. Elisabeth,*** R. P. D. Iacobum Mae Closkey, hactenus episcopum Zamboangensem.

Cathedrali ecclesiae Siopolitanae, R. P. D. Edmundum Heelan, hactenus episcopum Gerasensem ac administratorem eiusdem Siopolitanae dioecesis.

Cathedrali ecclesiae Civitatis Castellanae, Hortanae et Gallesinae, R. D. Godefridum Zaccherini, cathedralis ecclesiae Imolensis archidiaconum et vicarium generalem Sublacensem.

Cathedrali ecclesiae Grossetanae, R. D. Gustavum Matteoni, vicarium generalem dioecesis S. Miniati.

Titulari episcopali ecclesiae Oënsi, R. D. Salvatorem Ballo, metropolitanae ecclesiae Panormitanae canonicum.

Cathedrali ecclesiae Luxemburgensi, R. D. Petrum Nommesch, parochum decanum civitatis Battemburgensis.

Titulari episcopali ecclesiae Nyssenae, R. D. Alexandrum Cousin, vicarium generalem dioecesis Anneciensis, electum ad coadiutoris munus cum iure successionis R. P. D. iacobi Gély, episcopi Mimatensis.

Titulari episcopali ecclesiae Siccensi, R. D. Stanislaum Kostka Lukomski, canonicum metropolitanae ecclesiae Posnaniensis, deputatum in auxiliarem Emi ac Rmi P. D. Edmundi S. R. E. Card. Dalbor, archiepiscopi Gnesnensis et Posnaniensis.

Titulari episcopali ecclesiae Danabensi, R. D. Valentinum Wojciuh, canonicum cathedralis Vratislaviensis, deputatum in auxiliarem Emi ac Rmi P. D. Adulphi S. R. E. Card. Bertram, episcopi Vratislaviensis.

Titulari episcopali ecclesiae Paphiensi, R. D. Antonium Podlaha canonicum metropolitanae ecclesiae Pragensis, deputatum in auxiliarem R. P. D. Francisci Kordac, archiepiscopi Pragensis.

Titulari episcopali ecclesiae Bethsaidensi, R. D. Carolum Kaspar, ecclesiae metropolitanae Pragensis canonicum, deputatum in auxiliarem R. P. D. Iosephi Doubrava, episcopi Reginae Gradeeensis.

Titulari episcopali ecclesiae de Chiapas, R. D. Gerardum Anaya, Mexicani seminarii rectorem.

Cathedrali ecclesiae Zuliensi, R. D. Marcum Sergium Godoy.

Titulari episcopali ecclesiae Obbensi, R. D. Dominicum Comin e congregatione S. Francisci Salesii, deputatum in vicarium apostolicum de Méndez ac Gualaquiza.

Titulari episcopali ecclesiae Tagastensi, R. D. Godefridum Frederix, deputatum in vicarium apostolicum de Kan-Su septentrionali.

Insuper Beatissimus Pater alios etiam, iam renunciatos per Apostolicas sub plumbo Litteras, Sacrorum Antistites publicavit, scilicet:

ARCHIEPISCOPUM :

Tranensem ac Barolensem, Iosephum Leo, iam episcopum Nicotriensem et Tropiensem.

EPISCOPOS :

Anotensem, Ioannem Me. Cort, coadiutorem episcopi Altunensis.

Monopolitanum, Augustinum Migliore, iam episcopum titularem Domitianopolitanum.

Iajfnensem, Iosephum Brault.

IV. - SACRI PALLII EXPOSTULATIO ET CONCESSIO

Tandem Beatissimus Pater sacrum Pallium expostulatum concessit ecclesiis : patriarchali ***Hierosolymitanae*** et metropolitanis ***Tranensi, Calaritanae, Coloniensi.***

LITTERAE APOSTOLICAE

I

INSULA CÉLEBES EIQUE CONTINENTES MINORES INSULAE A VICARIATU APOSTOLICO BATAVIENSI SEPARANTUR ET IN NOVAM PRAEFECTURAM APOSTOLICAM DE CÉLEBES NUNCUPANDAM ERIGUNTUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad futuram rei memoriam. — Nobis supremum Ecclesiae clavum obtinentibus illud imprimis cordi est, ut christiani gregis tutiori custodiae ex aucto Pastorum numero provideamus. Cum igitur, ad nomen christianum in Indiarum Neerlandicarum insulis latius atque citius propagandum, opportunum visum sit consilium territorium Vicariatus Apostolici Bataviensis, hucusque iam pluries dismembratum, ulteriori divisioni subiicere, ab eodem Insulam Célebes aliasque eidem adiacentes separando, ex quibus nova efformaretur Praefectura Apostolica, aliis operariis evangelicis assignanda; Nos, omnibus rei momentis attento ac sedulo studio perpensis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, haec quae infrascripta sunt decernenda existimavimus. Nimirum, ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi perpetuumque in modum, Insulam vulgo ***Célebes*** eidemque continentes alias minores Insulas a Vicariatu Apostolico Bataviensi separamus, easque in Praefecturam Apostolicam ***de Célebes*** nuncupandam erigimus. Propterea volumus, ut haec nova Praefectura Apostolica ***de Célebes*** intra fines suos residentias civiles vulgo ***de Menado*** ac ***de Célebes*** cum adnexis ***(Onderhoorigheden)*** complectatur, eandemque Missionariorum a Sacro Corde Iesu apostolicis curis committimus. Porro haec statuimus, decernentes praesentes Litteras Nostras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt plenissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die XIX novembris MCMIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Status.***

II

IN IAPONIGO IMPERIO APOSTOLICA DELEGATIO CONSTITUITUR EIDEMQUE ETIAM COREA ET INSULA FORMOSA COMMITTUNTUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Quae catholico nomini aeternaeque fidelium saluti bene, prospere ac feliciter eveniant, ea ut mature praestemus, Nos admonet supremi Apostolatus munus, quo in terris, licet immeriti, fungimur. Hoc ducti consilio, fidei catholicae incremento per universum terrarum orbem advigilamus et ad populos etiam longo disiunctos spatio oculos mentis Nostrae convertimus. Iam vero minime Nos latet fidem catholicam iam pridem in laponiam a divo Francisco Xaverio invectam illas illustrasse gentes, postea vero teterrimis obtenebratam calamitatibus diu delituisse, donec denuo, superiore saeculo, veluti nova felicioris aetatis aurora populis illis illuxit. Neque ignoramus anno MDCCCLXXXXI fel. rec. Decessorem Nostrum Leonem PP. XIII ut enascenti illi Ecclesiae robur adderet, ecclesiasticam in eodem Imperio hierarchiam excitasse, Metropolitana Sede in urbe Tokiensi, universae regionis príncipe, constituta. Nunc autem non sine magna laetitia comperimus, aliis ibi institutis Missionibus novisque eo missis Evangelii praeconibus, uberrimos in illis insulis catholicam religionem progressus obtinuisse, ideoque in eam mentem venimus christianum nomen in illis regionibus singulari Pontificiae voluntatis significatione firmare. Idcirco, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, ut, novo supposito robore atque impulsu submoIisque quae forte obstent difficultatibus, amplioribus vigeat religio incrementis, pariterque ut benevolam propensionem Nostram erga Iaponiae nobilissimam gentem testemur luculenter, Motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi constituimus, ut Apostolica Delegatio in Iaponico Imperio habeatur, huiusque vigilantiae et curis, praeter Iaponicam regionem universam, Coream etiam Formosamque insulam committimus. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum plene suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam

secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die XXVI novembris MCMXIX, Pontificatus Nostri anno sexto.

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Status.***

III

B SEIUNCTIS A BEURONENS1 CONGREGATIONE ABBATIIS DE MARETIOLO ET REGINAE CAELI DE LOVANIO ITEMQUE E **SEPARARI,** A CONGREGATIONE BRASILIENSI, ABBATIA SANCTI ANDREAE DE « ZEVENKERKEN » PROPE BRUGAS, NOVA EFFORMATUR CONGREGATIO BENEDICTINA TITULO ANNUNTIATIONIS BEATAE MARIAE VIRGINIS.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Ordo a divo Benedicto fundatus, nimirum a Patriarcha Monachorum Occidentalium, iugiter per saecula ab illius erectione ad nostra usque tempora, eximiis tum de Ecclesia Dei, tum de civili societate meritis inclaruit. Coenobia illius, piorum monachorum sanctimonia et virtutibus celeberrima, tutum, licet inter barbarorum incursiones, humanis Uteris et disciplinis atque artibus asylum praebuerunt; neque in dubium vocari potest gravi illa tempestate in universam fere Europam sapientiae lumen e Benedictinis claustris emicuisse. Iure igitur meritoque Romani Pontifices Nostri Decessores erga Ordinem sancti Benedicti grati animi sensus exhibere maturarunt atque Abbatias Ordinis singularibus privilegiis nobilitarunt, auxerunt. Nos quidem, hoc sapienti ducti consilio, ea decernere satagimus quae in Ordinis enunciati Congregationum bonum atque emolumentum cedant, cumque, ob temporum vicissitudines et mutatum plurium Europae nationum statum, in praesens contingat ut Abbatiae Benedictinae de Maretiolo et Reginae Caeli de Lovanio ad Congregationem Beuronensem pertinentes, nec non Abbatia Sancti Andreae de ***Zevenherken,*** prope Brugas, ad Congregationem Brasiliensem pariter Ordinis sancti Benedicti iuncta, enixas Nobis preces porrexerint, ut separatae a Congregationibus quibus hucusque unitae erant, in unam novam Congregationem efformandam, ex impetrata Apostolica venia, coire queant, Nos optatis his annuendum, quantum in Domino possumus, existimavimus.

Quae cum ita sint, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Congregationi de Religiosis praepositis auditoque suffragio dilecti filii Abbatis Primatis Ordinis sancti Benedicti, cui rite commissum est negotium omnia rei adiuncta perpendendi, haec quae sequuntur Apostolica Nostra auctoritate per praesentes statuimus. - I. Abbatiae sancti Benedicti de Maretiolo et Reginae Caeli dé Lovanio e Congregatione Beuronensi separantur in perpetuum; pariter in perpetuum Abbatia sancti Andreae de ***Zevenkerken*** e Congregatione Brasiliana seiungitur. - II. Hae tres Abbatiae unam in posterum Congregationem Ordinis sancti Benedicti efformabunt, quae praesentium Apostolicarum Litterarum .vi canonice erigitur sub titulo Annuntiationis Beatae Mariae Virginis, eandemque volumus ad Confoederationem Benedictorum nigrorum, aequo iure ac ceteras Congregationes, pertinere. - III. Tam Congregatio Beuronensis, quam Congregatio Brasiliensis, per praesens dismembrationis actum, nullum omnino detrimentum in suis iuribus ac privilegiis, qua Congregationes, referant, iisque piene uti antea fruantur - IV. Monachis et conversis Abbatiarum praedictarum, qui novae Congregationi nomen dare noluerint, fas siet ut, intra sex menses a praesentium Literarum Nostrarum publicatione, transeant in ea Monasteria quae ipsi sibi elegerint ex Abbatiis Congregationis cui hucusque adhaeserunt, impetrato consensu Abbatis et praepositi Conventus ac Monasterii ad quod transire velint, servatisque ceteris de iure servandis. - V. Qui ita transire voluerint professi votorum simplicium bona sua sine fructibus maturatis ad novum Monasterium transferant. Bona vero, si quae Monasterio professionis eorum legitime dono dederint, huic remaneant. Si quod in hoc negotio oriatur dubium vel difficultas, res componatur inter Abbates aut ad sacram Congregationem de Religiosis deferatur. - VI. Professi qui in propria Monasteria, lege obstante civili, redire nunc prohibeantur, et in aliud Monasterium transire nolint, aut ibi non recipiantur, in Monasteriis Congregationis respectivae degant, donec reditus eis pateat. Sed pro eorum sustentatione Monasterium professionis, quod ad victum et vestitum, aequam compensationem praestare teneatur si religiosi laboribus impares existant aut extraordinariis expensis indigeant. - VII. De communi aerario Congregationis Beuronensis Monasteriis modo ab ea separatis pars pecuniae numeretur, quae, debitis solutis, eis obtingit. - VIII. Suffragia pro defunctis, quae hucusque communia erant, in posterum quaelibet Congregatio pro suis tantum persolvat; unum tantum pro duobus fundatoribus Congregationis Beuronensis in separatis ab ea Monasteriis Maretiolensi et Lovaniensi retineatur et legatur memoria erectionis Abbatiae Beuro-

nensis. - IX. Abbatia Monialium sanctae Scholasticae de ***Maredret*** a Congregatione Beuronensi independens esto, et dilecto filio Abbati Primati Ordinis interim subiecta remaneat, quousque ab hac Sancta Sede aliquid definitive statuatur. Haec statuimus, edicimus, mandamus, decernentes praesentes Literas firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos" pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a. quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ceterisque omnibus speciali licet atque individua mentione ac derogatione dignis in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die XX februarii MCMXX, Pontificatus Nostri anno sexto.

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Status.***

IV

ECCLESIA SANCTI FRANCISCI ASSISIENSIS, MINORUM CONVENTUALIUM, CRACOVIAE, BASILICAE MINORIS DIGNITATE AC TITULO HONESTATUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Cracoviae in Polonia sacra exstat, cum continenti claustro, aedes, quae, tum antiquitate, tum molis amplitudine, tum artis monumentis, tum germana christianae plebis religione praefulgens, iure meritoque inter potiora Poloniae templa recensetur; quamque religiosa familia Fratrum Minorum Conventualium, veluti almam omnium sui Ordinis in Polonia ecclesiarum matrem et altricem, colit atque agnoscit. Et re quidem vera sacra haec aedes prima in Poloniae regno Fratres Conventuales excepit, eosque misit ad alias ecclesias in ipsius regni provinciis fundandas. Inde primi ex Polonica gente Minores Conventuales, divinis humanisque disciplinis imbuti et fidei propagandae studio ducti, ad longinquas Lithuaniae et Russiae plagas prodierunt, sollertes in messem Domini operarii, quorum nonnulli, quam severant frugem, irrigare sanguine non dubitarunt, gloriosum pro Christi nomine martyrium obeuntes. Ecclesia autem a Boleslao Pudico rege, anno MCCLVII

erecta et Conventualibus Fratribus donata, primum dicata est SSmo Christi Corp.ori, postea divi Francisci Assisiensis titulum assumpsit, eandemque per longam saeculorum seriem Cracovienses Antistites et Poloniae Reges ac proceres novis continuis operibus auxerunt et privilegiis singularibus decorarunt Illud quidem memorare iuvat ecclesiam ipsam, licet gravissimas vicissitudines perpessam et modo hostili manu spoliatam, modo igni consumptam, nihilominus nunquam funditus fuisse deletam vel obliteratam, et brevi, favente Deo, ad pristinum decus rediisse. Medio etiam saeculo nuper elapso, immane eam incendium vastavit, sed, corrogata protinus a civibus universis stipe, novo et maiori in praesens, a fundamentis restituta, splendore renidet. Mirificis artis monumentis dives et pretiosa supellectile referta, sacra ipsa aedes pluribus Beatorum Caelitum relliquiis nobilitatur. Corpora Fratrum Minorum Conventualium in odium fidei a Tartaris necatorum in ea asservantur, ibique etiam sepulchra adsunt plurium piorum Poloniae Principum atque in primis sepulchrum Boleslai Pudici regis. Pervetusta imago Dolorosae Virginis in ligno depicta, multis miraculis et caelestibus signis inclyta, suramaque populi veneratione celeberrima, in eiusdem templi praenobili sacello exstat, eandemque ad iconem in visendam turmatim, etiam e longinquis regionibus, fideles confluunt. Iamvero cum dilectus filius Marianus Sobolewski, custos Conventus et rector ecclesiae Fratrum Minorum Conventualium Cracoviae, de consensu Superiorum et vota exprimens universorum Fratrum Provinciae Polonicae nunc resurgentis, Nos enixis precibus flagitaverit, ut ecclesiam ipsam sancti Francisci Assisiensis ad titulum et dignitatem Basilicae Minoris evehere dignaremur, Nos, animo repetentes gloriosas inclyti illius templi memorias, optatis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Sacris tuendis Ritibus praepositis, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, ecclesiam in honorem sancti Francisci Assisiensis Deo dicatam in civitate Cracoviensi, coenobio continentem Ordinis Fratrum Minorum Conventualium, Basilicae Minoris titulo ac dignitate condecoramus, singulis privilegiis atque honorificentiis illi attributis quae Minoribus Almae huius Urbis Basilicis de iure competunt. Haec concedimus, edicimus, decernentes praesentes Nostras Literas firmas, validas et efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque in praemissis rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter

vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die XXIII februarii MCMXX, Pontificatus Nostri anno sexto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

V

TEMPLUM ABBATIALE BEATAE MARIAE VIRGINIS IN CAELUM ASSUMPTAE, LOCI « ETTAL » IN BAVARIA, AD BASILICAE MINORIS DIGNITATEM EVEHITUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. - Inter potiora atque illustriora Bavariae sanctuaria templum illud iure meritoque accensetur, quod, in honorem Beatae Mariae Virginis in Caelum Assumptae erectum penes abbatiam Ordinis sancti Benedicti, loci vulgo ***Ettal*** appellati, prostat. Hac enim in sacra aede antiqua populi religione colitur statua ex marmore Virginis Deiparae, quam specie formosissimam et ore suavissimam, a Pisanae scholae artificibus sculptam, saeculo decimoquarto Lodovicus Bavarus imperator ex Italia asportasse fertur. Traditum quoque est ipsum Imperatorem enunciatam statuam brachiis gestantem, ecclesiae et continentis monasterii fundamenta iecisse. Ab eo tempore ad praesens usque aevum, ob gratias et prodigia thaumaturgae Virginis intercessione patrata, innumeri turmatim ad Ettalense templum confluxere fideles, non modo ex tota Bavaria, sed ab Austria, Hungaria, Germania, aliisque dissitis regionibus. Ecclesia autem saeculo decimoctavo a fundamentis restituta, campanaria turri et sacrario a gubernio Bavarico ingenti sumptu munita, divite quoque et copiosa sacra supellectili pollet. Neque silentio praetereundum arbitramur plures Romanos Pontifices Nostros Decessores conspicuis ipsum sanctuarium privilegiis atque indulgentiis nec non reliquiis insignibus locupletasse. Ettalense monasterium quinque post saecula a fundatione, anno MDCCCIII, per nefas suppressum, ineunte praesenti saeculo, abbatis Schyrensis et Baronis de Cramer-Hlett opera et pecunia innovatum, nunc seminario et gymnasio publico gaudet pro iuvenibus in Ecclesiae spem et civilis societatis bonum instituendis. Neque interrupta manet frequentia peregrinorum ad sanctuarium Virginis undique occurrendum, atque inde veluti e fonte perenni

• innumera in christianam plebem charismata promanant. Quare, cum dilectus filius Willibaldus Wolfsteiner, hodiernus abbas coenobii Ettalensis, Ordinis sancti Benedicti, vota exprimens monachorum suorum, ad fovendam augendamque Bavarici populi erga Virginem pietatem, enixis Nos precibus flagitaverit, ut suo continuam monasterio ecclesiam, Assumptae in Caelum Virgini dicatam, titulo ac dignitate Basilicae Minoris cohonestare dignemur, hisque precibus gravissima accedant suffragia tum Ordinarii Monacensis et Frisingensis, tum Abbatis Primatis Ordinis sancti Benedicti, Nos, animo repetentes inclytas celeberrimi illius sanctuarii memorias, optatis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus sacris tuendis Ritibus praepositis, abbatialem ecclesiam, Ettalensi monasterio Ordinis sancti Benedicti continentem, Deo sacram in honorem Beatae Mariae Virginis in Caelum Assumptae, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum, ad titulum ac dignitatem Basilicae Minoris evehimus, illique omnia ac singula privilegia atque honorificentias tribuimus, quae Minoribus almae •huius Urbis Basilicis de iure competunt. Haec concedimus, edicimus, mandamus, decernentes praesentes Literas Nostras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die XXIV februarii MCMXX, Pontificatus Nostri anno sexto.

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Status.***

EPISTOLAE

I

AD R. D. DOMINICUM MARIANI, PRAELATUM DOMESTICUM, CUIUS OPUS CATE^ CHISTICUM LAUDIBUS PROSEQUITUR.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Edito in lucem tertio volumine tuarum de Catechismo lectionum, opus tu quidem conciusisti cui videmus meritam dari laudem praeclarae cuiusdam opportunitatis. Quisquis enim de salute sollicitus est studiosae iuventutis, hodie ex disciplina ***laica,*** ut aiunt, tantis obnoxiae periculis, plurimum interesse intelligit, ut qui praesertim e scholis elementorum excesserunt, diligenter, magistro Clero, institutis sanctae religionis informentur. Hanc tu ob causam, ut profitens in prooemio, te contulisti ad scribendum, eo consilio ut plenam explicationem dumtaxat doctrinae christianae adolescentulis nostris offerres, recte existimans, qui bene se cognitione veritatis armassent, ipsos facile suam fidem ab impugnatione defensuros. Nec vero neglexisti inimicos, hoc tempore, catholicae fidei praecipuos eosque in duplex genus dispertitos, in texendo isto opere, attendere, adversus utrosque convincens catechismi catholici et dogmata et praecepta tum rationi consentanea esse aut certe non contraria, tum a Deo revelante Ecclesiae esse tradita. Quod autem professus sis, id te fideliter praestare affirmant homines huius disciplinae peritissimi, quibus videntur tui libri etiam propter idoneam rerum copiam lucidumque ordinem valde commendabiles. Nos igitur ex animo tibi gratulamur, dilecte fili, atque ut ingenii, studii pietatisque tuae fructus quam plurimis ad christianam sapientiam vel discendami vel docendam evadat, Deo favente, perutilis, vehementer optamus. Ita illam hic laboris tui mercedem accipies quae tibi in votis debet esse; sed altera eaque multo amplior te manet in caelis ubi « qui ad iustitiam erudiunt multos, « (fulgebunt) quasi stellae in perpetuas aeternitates ». Cuius auspex sit apostolica benedictio, quam tibi in testimonium benevolentiae paternae amantissime impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xxxi mensis ianuarii anno MCMXX, Pontificatus Nostri sexto.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD IOSEPHUM S. R. E. CARD. FRANGIOA-NAVA, IN XXV NATALI EIUS ARCHIEPISCOPATUS CATANENSIS.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Fecisti haud ita pridem pro tua modestia, ut nemini significares, quo die abhinc annis quinquaginta sacerdotium inivisses. Eius igitur commemoratio diei, qui faustus in primis haberi solet, insciis omnibus quos nosti - et multos quidem - studiosos tui, apud te tacita praeteriit. Verum quo pacto prohiberes eos meminisse quotus esset hie annus, quum te ista ecclesia pastore diligentissimo uteretur? Itaque hoc Nobis sane habentibus affertur, quod tua egregie illustrat promerita, natalem quintum et vicesimum archiepiscopatus tui Catanensis communibus istius Cleri populique laetitiis propediem celebratum iri. Cuius Nos gratulationis ex animo participes, ea tibi, volumus, non solum pietatem erga te filiorum, sed Nostram etiam in te benevolentiam declaret. Quare una cum his litteris munusculum accipe a Nobis, triplicem tabulam in qua tu contemplanda non tam artificis manum, quam animum dantis intueare. Deus vero lectissimis te muneribus augeat, precamur; eorumque sit auspex, dilecte fili Noster, apostolica benedictio quam tibi singulari cum caritate impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die v mensis martii MCMXX, Pontificatus Nostri anno sexto.

BENEDICTUS PP. XV

III

AD R. P. D. ALOISIUM MARIAM MARELLI, EPISCOPUM BERGOMENSEM: DE PRAESCRIPTIONIBUS SEDIS APOSTOLICAE IN RE SOCIALI NON NEGLIGENDIS, IMMO RELIGIOSISSIME SEQUENDIS.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. - Soliti Nos quidem Bergomates nostros, utpote qui christianis moribus institutisque in exemplum florerent, libentissime respicere, admodum aegre non bonos rumores excepimus de quibusdam popularibus motibus qui nuper istic exstitissent. Profecto non est mirum, si ***inimicus homo,*** cum

iam pridem de ista dominici agri ubertate tabesceret, sedulusque aucuparetur nocendi opportunitatem, hac miserrimorum temporum occasione usus sit, ut in laeta foecundaque segete ***zizania superseminaret.*** At vero mala semina, quae, si semel radices egerint, possunt ipsas fruges opprimere, omnino, quantum est in Nobis, prohibere debemus ne succrescant; Nobis enim totius agri mystici curam Dominus demandavit. Itaque his te litteris appellamus, venerabilis frater, non quod de tua diligentia dubitemus, cuius in hac ipsa causa documentum dedisti, sed quia opportunum ducimus dilectos filios, te interprete, hortari, ut in officio permaneant: id quod alacriore etiam voluntate facturos confidimus, cum tuae viderint Nostram suffragari auctoritatem.

Principio sciant omnes, cupimus, vehementer Nobis probari quod, cum, iam qniescentibus armis, ad intermissa opera vulgo reditus fieret, tu, venerabilis frater, novis tenuiorum necessitatibus occurrens, dioecesano Consilio adhibito, proprium Officium instituens opificum rationibus, pro eorum varietate, provehendis. Optimum enimvero instituti genus valdeque frugiferum, si quidem recte, id est religione magistra, gubernetur; secus quantam perturbationem civitati possit afferre, satis superque apparet. Ergo qui rei praesunt eiusmodi, quae cum communi salute arcte cohaeret, ante omnia necesse est christianae sapientiae de re sociali doctrinas, memorandis encyclicis ***Rerum Novarum*** aliisque Apostolicae Sedis litteris traditas, ob oculos semper habeant, easque religiosissime sequantur. Illa praesertim meminerint: in hoc vitae exiguo cursu miseriisque omnis generis obnoxio, nemini licere esse beato ; beatitatem veram absolu tamque et eam sempiternam, tamquam aetatis bene actae praemium, nobis esse in caelis propositam ; illuc nos, quidquid agamus, spectare oportere; ob eam ipsam causam non tam diligentes esse debere in nostris iuribus quam in servandis officiis; sed tamen in hac quoque mortali vita fas esse nostram, quoad possimus, emendare fortunam, commodioremque statum nobis quaerere; ad commune autem bonum nullam rem plus valere quam concordiam conspirationemque omnium ordinum ; huius vero conciliatricem maximam esse christianam caritatem. Videant igitur quam male opificum utilitati consulerent qui, se professi meliorem eis vitae condicionem paraturos, unice se ad haec fluxa et caduca potiunda adiutores praeberent, eorumque animos non solum, officiorum christianorum admonitu, moderari négligèrent, sed infestiores etiam facerent locupletibus, idque ea vi et acerbitate verborum, qua concitare multitudines ad civilis societatis eversionem alieni a nobis homines consuevissent. Ad hoc tantum periculum avertendum erit, venerabilis frater, vigilantiae tuae, quotquot operariorum

utilitatibus proprie studeat, eos, ut instituisti, commonefacere, ut, procul ab intemperantia linguae ***socialistis*** usitata, omnem operam suam, tum in agenda, tum in propaganda defensione huius causae, penitus perfundant christiano spiritu; qui si desit, nimium quantum obesse possunt, certe prodesse non possunt. Tibi autem omnes dicto audientes iam fore, sperare Nobis libet; quod si quis renuerit, eum a suscepto munere sino, dubitatione removebis.

Sed enim ad hanc, quae proposita est, christianam elevationem, ut dicitur, humiliorum plus conferant oportet, qui plus habent, divino munere beneficioque, facultatis. Ita quotquot loco vel ingenii cultura ceteros antecedunt, ne recusent consilio, auctoritate, voce operariis adesse, varia praesertim quae sunt providenter instituta fovendo. Qui autem opibus abundant, nolint suas cum proletariis rationes ad summum ius exigere, sed aequitatis potius norma metiri. Quin vehementer iis auctores sumus, ut in hoc se gerant vel indulgentius, largeque et liber a uter, quamplurimum potuerint, de suo concedant atque remittant. Commode in ipsos cadit illud Apostoli ad Timotheum : ***divitibus huius saeculi praecipe... facile tribuere, communicare.***[1] Quo quidem pacto tenuium animos, quos aviditatis opinio a se abalienavit, sensim sibi reconciliabunt. - Ceterum qui inferioris loci fortunaeque sunt, hoc probe intelligant, varietatem ordinum in civili societate a natura proficisci atque a Dei voluntate denique esse repetendam : ***quoniam pusillum et magnum ipse fecit;**** et quidem ad commoda et singulorum et communitatis aptissime. Iidem sibi persuadeant, quantumvis sua industria, opitulantibus bonis, ad meliora profecerint, semper sibi reliquam, ut ceteris hominibus, non exiguam dolorum materiam fore. Quapropter, si sapient, nec ad altiora quam queant attingere, frustra enitentur, et quae mala defugere non possint, ea quiete et constanter perferent in spem bonorum immortalium.

itaque Bergomates, pro singulari eorum in Apostolicam hanc Sedem pietate et observantia, rogamus obsecramusque, ne se decipi patiantur horum fallaciis, qui mirifica quaedam pollicendo, ipsos nituntur ab avita fide divellere, ut ad miscenda turbandaque violenter omnia deinceps impellant. Non vim inferendo nec ordinem perturbando iustitiae veritatisque causa defenditur: illa autem eiusmodi arma sunt, quibus qui utantur, ipsi se ante omnes graviter vulneren!.

Iam vero contra istos tam perniciosos fidei catholicae civilisque societatis hostes, sacerdotum est maximeque parochorum, coniunctissimis.

[1] I ***Tim.,*** VI, 17-18.

[2] ***Sap.,*** VI, 8.

inter se animis tibique, venerabilis frater, perstudiose obsequentibus, fortiter contendere. Nemo ex iis iam putet rem hic agi a sacri ordinis ministerio alienam, propterea quod in genere agatur oeconomico, quando hoc ipso in genere sempiterna animarum salus periclitatur. Quare in suis officiis hoc numerent, volumus, quantum studii, vigilantiae, laboris possint, tantum ad socialem disciplinam actionemque conferre, atque eos qui hac in re ad nostrorum utilitatem recte versentur, omni ope fovere. Simul vero, quos habent suae curae concreditos, diligenter cum christiana vivendi praecepta doceant, tum de ***socialistarum*** insidiis erudiant, tum etiam ad rei familiaris incrementa promoveant, illud tamen semper admonentes, quod impense orat Ecclesia: ***sic transeamus per bona temporalia ut non amittamus aeterna.***

interea Nos divinae benignitatis vobis omnibus precari munera non cessabimus: quorum auspicem peculiarisque benevolentiae Nostrae testem, apostolicam benedictionem tibi, venerabilis frater, et clero populoque tuo amantissime impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xi mensis martii MCMXX, Pontificatus Nostri anno sexto.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACKA CONGREGATIO S. OFFICII

I

DECRETUM

CIRCA « LES FAITS DE LOUBLANDE »

in generali consessu habito feria iv, die 10 martii 1920, facta relatione de praetensis visionibus, revelationibus, prophetiis, etc., quae sub appellatione ***Les faits de Loublande*** evulgantur, et examinatis scriptis quae ad eadem referuntur, Emi ac Rmi Dñi Cardinales in rebus fidei et morum Inquisitores Generales, praehabito DD. Consultorum voto, decreverunt: «Mature perpensis omnibus, S. Congregatio declarat prae-**es** tensas visiones, revelationes, prophetias, etc., quae sub appellatione ***Les « faits de Loublande*** vulgo designari solent, nec non scripta quae ad « eadem referuntur, non posse probari ».

Et insequenti feria v, die 11 eiusdem mensis et anni, Sanctissimus I). N. Benedictus divina Providentia Papa XV, in solita audientia R. P. D. Assessori S. Officii impertita, resolutionem Emorum ac Rmorum Patrum approbavit, confirmavit et in ***Ada Apostolicae Sedis*** referri praecepit.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 12 martii 1920.

A. Castellano, ***Supremae S. C. S. Off. Notarius.***

II

SUBMISSIO AUCTORIS OPERIS DAMNATI

Alexander Fa vero, alter ex auctoribus libri, cui titulus: ***S. E. monsignor arcivescovo L. Puecher-Passavalli, predicatore apostolico, vicario di S. Pietro; ricordi e lettere (1870-1897),*** decreto S. Indicis Congregationis diei 13 ian. 1913 proscripti et in Indicem librorum prohibitoium inserti, se subiecit et opus reprobavit.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 12 martii 1920.

A. Castellano, ***Supremae S. G. S. Off. Notarius.***

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

TRIDENTINA

DECRETUM QUO TRIDENTINA DIOECESIS S. SEDI IMMEDIATE SUBIICITUR

Sedes episcopalis Tridentina, quae, primum Patriarchatui Aquileiensi subdita, dein Sanctae Sedi immediate subiecta erat, anno 1825 suffraganea reddita est Metropolitanae ecclesiae Salisburgensi. Mutatis vero in praesenti conditionibus et adiunctis, quorum causa Tridentina Sedes obnoxia facta fuerat metropoliticae iurisdictioni Salisburgensi, visum est expedire, ut praecedens memoratae dioecesis status redintegre tur: idque Ssmus Dominus Noster Benedictus Pp. XV, rebus omnibus rite perpensis, fieri iussit.

Quapropter, in exsecutionem Apostolici mandati, Sacra haec Congregatio, auditis Archiepiscopo Salisburgensi et Episcopo Tridentino, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant consensu, hoc Consistoriali decreto dioecesim Tridentinam a provincia ecclesiastica Salisburgensi separat ac seiungit, eamque denuo immediate Sanctae Sedi subiectam declarat et constituit ad tramitem iuris, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 24 februarii 1920.

>g C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., ***Secretarius.***

L. © S.'

f V. Sardi, Archiep. Caesarien., ***Adsessor.***

II

DECRETUM

PRO SOLEMNI CANONIZATIONE BEATORUM GABRIELIS A VIRGINE PERD O LENTE, MARGARITAE MARIAE ALACOQUE ET IOANNAE DE ARC.

Omnibus feliciter expletis, quae iuxta sacros canones praemitti praescripta sunt, ut beati Servi Dei Gabriel a Virgine perdolente, clericus professus Congregationis Passionis, Margarita Maria Alacoque et

Ioanna de Arc, Virgines, in Sanctorum albo recenseantur; Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV, in huius diei Consistorio, proximam festivitatem Ascensionis D. N. I. C, die xra mensis maii, pro solemni Canonizatione beatorum Gabrielis a Virgine perdolente et Margaritae Mariae Alacoque assignavit, dominicam vero sequentem pro Ioanna de Arc. Insuper nonnullos ante dies, hoc est VII maii, novum Consistorium fieri decrevit in quo sententiam Episcoporum in re tanti momenti exquirat. Et ad hunc finem praescribit ut omnes Antistites, qui sunt intra centesimum ab Urbe lapidem, si possint, Romam petant et praefatis Canonizationis solemniis adsistant, etiamque, nisi grave aliquid obstet, Consistorio diei VII maii intersint, votum suum edituri. Ceteros Italiae et proximarum regionum Archiepiscopos et Episcopos, ut romanum iter ad eundem finem aggrediantur, peramanter invitat. Remotiores vero de hac tam iucunda et extraordinaria solemnitate certiores reddit. Ne autem frequentibus ad Urbem itineribus nimium graventur Episcopi, Sanctitas Sua benigne indulget ut, qui hac occasione Romam advenerint et memoratis solemniis interfuerint, eximantur ab obligatione visitandi sacra Limina prima proxima vice.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 8 martii 1920.

)$i C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., ***Secretarius.***

h. rB S.

f V. Sardi, Archiep. Caesarien., ***Adsessor.***

MONITUM

CAEREMONIARUM PRAEFECTI

Rmi Archiepiscopi et Episcopi qui, iuxta adnexum S. Congregationis Consistorialis convocationis decretum, Romae sacris canonizationum Solemniis intererunt, oportet ut quamprimum subscripto Apostolicarum Caeremoniarum Praefecto ***(Piazza Capranica, 98, Roma-20)*** per epistolam significent quo circiter die venturi sint, ut Praesulum numerus opportune cognoscatur, et ipsi schedulas, intimationes, nec non a Ss. Rituum Congregatione canonizandorum acta, pro Consistorio tempestive accipere possint.

Ne vero Apostolici cursores in schedularum distributione ancipites haereant de Episcoporum domiciliis, oportet ut ipsi Archiepiscopi et

Episcopi in scriptis eumdem Caeremoniarum Praefectum de suo quisque domicilio certiorem faciant.

Iidem Antistites secum défèrent vestes praelatitias ianeas violaceas, cum tnantelleto pariter laneo violacei coloris, biretum, rocchetum, pluviale simplex ex lamina argentea, sin minus ex serico damasceno albo, amictum, mitram ex linea tela alba, et cappam laneam violaceam pro Consistorio; quibus vero cappae praesto non sint, ex benignitate Sanctissimi Domini nostri Papae, ad Consistorium fas erit accedere indutos mantelleto supra rocchetum.

Antistites autem, Cardinalitia dignitate praefulgentes, praeter vestes et cappas cardinalitias tam ***rubei*** quam ***violacei*** coloris, pro Solemniis canonizationum habebunt calceos rúbeos, amictum, planetam albam opere phrygio aureo distinctam, mitram serico-damascenam cum vimpa et superpelliceo pro capellano caudatario, qui induet vestem sericam violaceam cum crocea lanea violacei pariter coloris.

Praesules ad Ordines vel Congregationes religiosas pertinentes quoad rocchetum et qualitatem ac colorem vestium, consuetum morem servabunt.

A die 1* maii e cappis Emorum et Rmorum S. R. E. Cardinalium, Episcoporum et officialium Curiae tollentur pelles ermellineae, et Cardinales ac Antistites aliique de capella, domo vel familia Pontificis, ad Ordines vel religiosas Congregationes non pertinentes, vestes séricas induent.

DE MANDATO SSMI D. N. PAPAE.

Romae, die 8 martii 1920.

CAROLUS RESPIGHI,
Protonot. Ap., Gaerem. Praefectus.

L. © S.

III

NOMINATIO

Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV, S. Congregationis Consistorialis decreto, nominavit:

16 martii 1920. — R. P. D. Eugenium Giambro, episcopum Neocastrensem, ***Administratorem Apostolicum dioecesis Nicotriensis et Tropiensis.***

SACRA CONGREGATIO CONCILII

BOIANEN.

SERVITII CHORALIS

Die 14 februarii 1920

QUAESTIO. - Pontificia Commissio ad Codicis canones authentice interpretandos nuper ad hanc S. Congregationem solvendum remisit dubium, a canonico theologo ecclesiae cathedralis ßoianensis de sui Episcopi consensu propositum, cuius tenor hic erat:«/Z ***canone 416 dei « Codice di diritto canonico stabilisce:*** In statutis capitularibus iusta « designetur norma, ad quam canonici et beneficiarii in servitio altaris « fungantur per turnum tum officio celebrantis tum etiam ministerio « diaconi et subdiaconi, exclusis tamen ab hoc ministerio dignitatibus, « canonico theologo, poenitentiario, et, si praebendae distinctae habeantur, « canonicis ordinis presbyteralis. ***Sebbene le fonti, addotte in calce al « succitato can. 416 (tra le quali Conc. Trid. sess. XXII,*** De ref. c. ***IV,*** « e Caer. Ep.> c. ***VIII, che parlano di assistenza al Vescovo), lascino « intendere che il riferito disposto debba riguardare anche l'assistenza del « ministero di diacono e di suddiacono da prestarsi al Vescovo, pure, per « eliminare qualsiasi dubbio, il sottoscritto prega l'Eminenza Vostra Revma, « che si compiaccia chiarire se il disposto del Can. 416 succitato esenta « il canonico teologo ed il penitenziere dal ministero di diacono e di sud- « diacono anche quando pontifica il Vescovo ».***

ANIMADVERSIONES. - Argumentum ab oratore deductum per se solum ad dubium dirimendum profecto non sufficit. Ut enim in ipsa Praefatione Codicis (ed. cum notis) monemur « vix animadvertere attinet, « canones haud semper cum suis fontibus omni ex parte in sententia « congruere » ; quo in casu normae adhibendae praescribuntur dilucide can. 6 n. 3 et 4, ita sane ut ius quoque vetus in adnotatione fontium recensitum, non semper praesupponatur canonibus corrigendum, sed opportunum quoque perhibeatur ad ***supplendum*** quod in canonibus aptum locum forte non invenerit. In casu praescriptum cap. VIII, n. 1 ***Caerem. Episcop.*** (cui consonant cap. IX n. 1 et cap. X n. 1) haec exhibet: « Epi- « scopo sive missam celebret vel ad Vesperas officium faciat, vel si illis

« tantummodo sit praesens, convenit suos adsistere canonicos, qui, si « in ecclesia sint distincti ordines, seu praebendae presbyterales et dia- « conales, erunt ***duo primi*** canonici ex ordine diaconali. Quod si forte « in aliqua ecclesia nec dignitates neque ordines distincti essent, tunc « erunt ***duo primi*** canonici, vel dignitates, immediate sedentes post « primam dignitatem, vel post primum canonicum ». Ut facile liquet, ab hoc praescripto quaelibet abest mentio exceptionis favore canonici theologi ac poenitentiarii: nihilque profecto impedit, quominus v. g. canonicus theologus qui praebendam possidet diaconalem, ex praescripto Caeremonialis, si sit primus vel alter in suo ordine, teneatur Episcopo in ministerio diaconi aut subdiaconi ministrare. - Quamobrem, si praescriptum istud ad normam can. 416 accipiendum sit, iam dicendum erit Codicis promulgatione ***correctum et innovatum,*** ita quidem ut, tum in prima, tum in altera eiusdem praescripti periodo, addendum sit « exclusis « tamen ab hoc ministerio canonico theologo ac poenitentiario ».

At vero, haec correctio, ad normam can. 2, non est de facili praesumenda, quum, immo e contrario, « omnes liturgicae leges vim suam « retinent, nisi earum aliqua in Codice ***expresse*** corrigatur ». Sed in casu, quin de expressa cogitare liceat, nec implicitam haberes correctionem, quum in can. 416 procul dubio non agatur nisi de chorali ordinario servitio a canonicis ***erga canonicos*** exhibendo : loquitur enim canon de canonicis vel beneficiariis in officio ***celebrantis,*** de ministeriis quibus ***per turnum*** fungi debeant, non solum canonici sed etiam ***beneficiarii;*** quae omnia nullo modo aut titulo aptari possunt adsistentiae praestandae Episcopo, a qua excluduntur beneficiari, exsulat officium celebrantis, multoque magis turni cuiuspiam notio. - Crescit haec difficultas consideranti, exceptionem in Codice concessam favore canonici poenitentiarii et theologi, si absque limitatione accipiatur, novam esse in iure, quum hucusque uterque eximeretur ab hoc ministerio praestando, ***dumtaxat*** dum suis specialibus detinebatur officiis audiendi confessiones aut legendi docendique (cfr. v. g. S. C. C. in Montis Alti ***Oneris,*** 22 dec. 1906 et iura multa ibi recensita) : quamobrem nec legislator eam exemptionem directe et expresse sancire voluisse videtur, sed potius indirecte, quum prima intentio canonis 416 feratur, ut palam legenti est in « ***iustam*** designandam normam » pro servitio altaris, per quam normam, in singulis casibus designandam, potius quam ipsa auctoritate canonis, exceptio illa in concreto firmetur: nec absonus erit cogitatu casus, in capitulis in quibus praebendae distinctae habeantur et canonicus theologus ac poenitentiarius non sint in ordine presbyterali, ubi exceptio illa, ad hos quoque constanter et absolute extensa,

officere possit ***iustitiae,*** constabiliendae normae, quippe quae praeter modum coarctaret numerum eorum qui in turnum ministerii advocari possent. Quidquid de hac re sit censendum, certe incongruum magis apparet, non tam per Codicem quam potius per normam servitii choralis in singulis capitulis constabiliendam, innovatum arbitrari Caeremonialis Episcoporum de quo agimus generale praescriptum.

RESOLUTIO. - Sacra Congregatio Concilii, in plenariis Emorum ac Rmorum Patrum comitiis in Palatio Apostolico Vaticano habitis die 14 februarii 1920, proposito dubio, nimirum: ***An, vi can. 416 G. 1. G., canonicus theologus et poenitentiarius exempti sint ab officio diaconi et subdiaconi praestando Episcopo solemniter celebranti*** respondendum censuit: ***Negative, et servetur Caeremoniale Episcoporum.***

Facta autem de praemissis Ssmo Domino Nostro Benedicto Div. Prov. PP. XV relatione per infrascriptum S. Congregationis Secretarium in audientia diei insequentis, Sanctitas Sua datam resolutionem approbare et confirmare dignata est.

I. MORI, ***Secretarius.***

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

Decretis S. C. de Religiosis, Ssmus Dnus Noster Benedictus PP. XV:

18 ianuarii 1920. — Institutum Filiarum a S. Ioseph, vulgo « Protectoras de la Infancia » nuncupatum, cuius domus princeps in civitate S. Iacobi de Cile sita est, ***laudavit;***

— Instituti Sororum S. Ioseph, a Ssmo Corde Iesu, cuius domus princeps in civitate Sydneyensi sita est, ***Constitutiones definitive approbavit.***

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

EPISTOLA

AD VICARIOS ET PRAEFECTOS APOSTOLICOS, QUA POTESTAS IPSIS FIT NOMINANDI VICARIUM DELEGATUM.

Reverendissime Domine,

Iuxta can. 198 Codicis I. C, Vicariis et Praefectis Apostolicis ius non competit sibi eligendi ***Vicarium Generalem*** sicut fas est Episcopis residentialibus ; sed ipsis potestas tantum est nominandi, cum muneribus in singulis casibus determinandis, delegatum qui etiam alius esse potest quam provicarius, de quo in can. 309.

Sed cum ex alia parte opportunum videatur Superiores Missionum auctoritate pollere sibi deligendi aliquem vicarium, qui practice eadem gaudeat iurisdictione quam ius canonicum Vicariis Generalibus tribuit, non exclusa habituali potestate exsecutioni mandandi rescripta pontificia atque utendi iisdem peculiaribus facultatibus quas haec S. C. Ordinariis locorum communicat, SS. D. N. Benedictus divina Prov. PP. XV, in audientia habita ab infrascripto Cardinali Praefecto S. G. de Propaganda Fide, die 6 novembris anni 1919, haec in bonum Missionum sua benignitate concessit: I. Sanavit nullitatem actuum iurisdictionis positorum ab illis missionariis qui forsan ut vere Vicarios Generales se gesserunt. II. Elargitus est Ordinariis Missionum potestatem nominandi ***Vicarium Delegatum,*** si eo indigeant, cui practice concessa sit omnis iurisdictio in spiritualibus et temporalibus, qua ex Codice 1. C. uti potest Vicarius Generalis in dioecesi.

Ex hae concessione, omnibus Superioribus Missionum facta, nunc tu poteris Vicarium Delegatum nominare, qui gaudeat omnibus facultatibus Vicario Generali tributis, ad normam can. 368, § I°, 2°.

De numero autem et de officio Vicariorum Delegatorum in unaquaque Missione eadem valeant quae de Vicario Generali in Codice I. C. statuta sunt (can. 366 et seq.). - Quae dum tibi communico, Deum precor ut te sospitem incolumenque servet.

Romae, die 8 decembris 1919.

Addictissimus

G. M. CARD. VAN ROSSUM, ***Praefectus.***

C. Laurenti, ***Secretarius.***

II

DECRETUM

DESIDERATUR S. R. E. CARD. MERCIER, ARCHIEPISCOPUS MECHLINIENSI, NOMINATUR PRAESES IN UNIVERSA REGIONE BELGICA PIAE UNIONIS CLERI PRO MISSIONIBUS.

Ut gravissimo officio, quod Ecclesiae incumbit praedicandi Evangelium per universum orbem, christifideles pro suis viribus validius cooperentur, nihil magis conferre potest quam eorum studium ad tam nobile opus, impensa atque adsidua sacerdotum cura, excitare atque fovere. Hunc in finem nuper orta est ***Unio cleri pro missionibus,*** quam Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV, multis ditatam indulgentiis atque spiritualibus auctam privilegiis, per suas Litteras Encyclicas de fide propaganda modo datas, summopere commendavit, atque ut in omnibus dioecesibus erigeretur se in votis habere significavit. Ut autem in nobilissima Belgarum natione, quae sacras missiones iamdudum apostolicis viris opibusque plurimum iuvit, praedicta Consociatio firmius stabiliatur et vigeat, haec S. Congregatio Christiano Nomini Propagando, vigore facultatum sibi a Summo Pontifice tributarum, eiusdem ***Piae Unionis cleri pro missionibus*** Praesidem in universa Belgica regione per praesens Decretum nominat et constituit Emum Virum Cardinalem Desideratum Mercier, Archiepiscopum Mechliniensem, cum omnibus iuribus ac facultatibus tali muneri adnexis; cuius auctoritate et ductu nihil est dubitandum, quin studium erga sacras missiones in ea regione iam adeo fervens, vividius etiam ad catholicam fidem per orbem promovendam flammescat. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 2 februarii 1920.

G. M. CARD. VAN ROSSUM, ***Praefectus.***

L. © S.

C. Laurenti, ***Secretarius,***

SACBA CONGREGATIO RITUUM

I

ROMANA

DUBIA

CIRCA TRES MISSAS IN DIE NATIVITATIS DOMINT ET COMMEMORATIONE OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM CELEBRANDAS.

A Sacra Rituum Congregatione sequentium dubiorum solutio expostulata est; nimirum:

1. « An Sacerdos, qui ob debilitatem visus aliamve iustam causam « ex Indulto Sedis Apostolicae celebrat aliquam ex Missis votivis aut « Missam quotidianam Defunctorum, possit in die Commemorationis « Omnium Fidelium Defunctorum ter Sacrum facere, eamdem Defun« ctorum Missam quotidianam repetendo?».

2. « An idem Sacerdos, qui pariter ex Apostolicae Sedis Indulto « Missam Deiparae votivam aut aliam votivam celebrat, valeat in poste« rum die Nativitatis Domini eamdem prorsus Missam ter dicere? ».

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, omnibus perpensis, rescribendum censuit:

« Affirmative ad utramque quaestionem facto verbo cum Sanctissimo; « de cetero rite servatis tum Constitutione Apostolica ***Incruentum alta-« ris Sacrificium,*** 10 augusti 1915, tum Rubricis ac Decretis dies Nati« vitatis Domini et Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum « respicientibus ».

Quam resolutionem, Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papa XV per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatam, Sanctitas Sua ratam habuit et probavit, die 26 ianuarii iQ<w>

j$j A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. **Runnao,**

S. E. G. Praefectus.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

II

ABYSSINEN.

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII SERVI DEI ABBA GHEBRE MICHAELIS, SACERDOTIS, COOPTATI IN CONGREGATIONEM MISSIONIS S. VINCENTII A PAULO, IN ODIUM FIDEI, UTI FERTUR, INTEREMPTI.

Aethiopiae gentes, quas primis Ecclesiae saeculis divini verbi praecones, ab Aegypto advenientes, evangelizarunt, postea, everso potissimum imperio romano, paulatim segregatae, ab ipsa vera fide et Ecclesiae unitate, eiusque capitis Romani Pontificis communione seiunctae sunt. Aliqua quidem antiquae fidei legisque christianae observabant vestigia, sed pluribus arianorum, montanistarum, graecorum aliorumque dissidentium erroribus, magna in parte, commixta. Non defuerunt, maxime saeculis xiv et x vi, missionarii ex Ordine Franciscali et e Societate iesu, qui, apostolico zelo et salutari doctrina, regiones illas excolere aggressi sunt. Attamen, alternis vicibus, propitia vel hostili dominatione imperante, missionis africanae opus magis vel minus attulit congruentes fructus. Schismaticorum enim opera, regumque potentia, in catholicos, praesertim in missionarios, saepe saepius excitatum fuit odium et bellum; multique Fidei assertores et vindices occubuerunt, quibus accensendi sunt illius regionis protomartyres beati Agathangelus et Gassianus ex inclyto capuccinorum Ordine. Postremis autem temporibus Fidei catholicae propagationem renovarunt sodales illustres, tum ex eodem Ordine Franciscali, inter quos clarissimus Gulielmus Massaia, postea S. R. E. Cardinalis, tum e Congregatione Missionis s. Vincentii a Paulo, ex quibus apostolatus et sanctitatis fama inclaruerunt Ven. Iustinus de Iacobis, episcopus Nilopolitanus et Vicarius Apostolicus Abyssinen., eiusque praecipuus discipulus aethiops et sacerdos Abba Ghebre Michael, de cuius vita et passione ad causam beatificationis seu declarationis martyrii ineundam, brevi sermone narratur. In aethiopica regione ***Godjiam*** nuncupata, saeculo xvin, anno nempe 1788, apud oppidulum cui nomen ***MertouU Mariam,*** ortus est Dei Famulus Michael Abba Ghebre. Ex historicis documentis et testium depositionibus iuridice constat quod eius pater fuit Akilo, et ipse, tum puer tum adolescens, virtutis amore et scientiae studio effulsit. In loco et tempore schismate et haeresi contaminatis, Michael, licet in schismate

natus et errorum tenebris, iuxta sectam ***Kevat,*** ad quam pertinebat,, obscuratus, tamen, timens Deum, operibus et precibus Eum sibi propitium reddere satagebat. Anceps dubiisque agitatus circa suae vitae statum et religionem, magis incensus erat ad veritatem inquirendam et iustitiam sectandam. In quo discrimine versatus, omne studium adhibuit ad assequenduum quod optabat et, factus iam adultus, unam Christi Fidem se profiteri ostendens, monasterium satis illustre ingressus est et inter monachos adscitus. Quo suis autem verae doctrinae inquirendae satisfaceret votis, sodalium et superiorum consilio adhaerens, celebre monasterium ***Débré-Motsa*** adivit, ea spe suffultus, ut ex veterum librorum lectione et monachorum conversatione et doctrina instrueretur. Verum nec studiis nec exspectationi respondit optatus exitus. Neque melior exstitit scholasticus fructus sub duobus monachis doctisque magistris Haléka Oueidé Sellasié atque Azadi Lamieh, degentibus in urbe Gondar, ad quam ipse, eadem spe fretus, migraverat. Itaque, de monasterio in monasterium, de magistris in magistros transiens, suas anxietates et dubia nec enodare nec deponere poterat. Interim Michaelem, eruditione et virtute praeditum, plures adolescentuli existimabant et, annuentibus parentibus, ad illum confluebant, ut Fide, litteris bonisque moribus imbuerentur. Ex discipulis habuit sibi carissimum ipsius regis filium Ioannem, eosque omnes affectu et labore docuit et erudivit in illustri monasterio ***Goundé-Goundé,*** quo ad finem sibi propositum consequendum se receperat. Contigit autem quod Oubié rex, Tigrensi regione potitus, unam eamdemque volens suis subditis esse fidem et religionem, e medio sublata sectarum varietate, ad hoc opus suscipiendum et absolvendum legatos constituit, inter quos ipse Michael, prudentia et zelo pollens, electus fuit. Paulo post ad aethiopum littora appulit Ven. Dei Famulus Iustinus de Iacobis, e Congregatione missionariorum sancti Vincentii a Paulo, qui, verbo et exemplo, illas regiones quaquaversus perlustrabat ad catholicam religionem propagandam. Hic sacerdos europaeus a rege legatis praepositus, officium accepit sub conditionibus, nempe, post expletam legationem, cum ipsis legatis Romam adeundi; et catholici nominis communitatem et templum in illo regno constituendi. Voti compos factus, una cum sociis in Aegyptum profectus est Iustinus, qui, in ipso itinere, novit Michaelem esse veritatis cupidum et bene dispositum ad veram Fidem rectamque disciplinam a novo praeceptore percipiendam : de quo idem Michael amicis dixerat : « Europaeum virum agnovi, qui bonam religionem docet; huic attente exaudiam ». Legati quum pervenissent ad Petrum, Coptorum Patriarcham schismaticum, suam ibi missionem diligenter expleverunt. Mox, Iustino

duce, Italiam per Tyrrenum mare petierunt, et Romam ingressi, hanc almam Urbem civiiitatis et religionis fama celebrem consalutarunt. Iuvat hic referre quinam fuerint, Iustino de Iacobis praeside, praecipui huius legationis et peregrinationis socii; videlicet: Alleka **Afte** Selassié, Abba Ghebre Michael, Reussé Debré Oueldon, Amaré Kénfou, Abba Scifou, Abba Ghebre Selassié, Deftéra Desta, Deftéra Ailou, Zacharias, etc. Legati omnes, stupore capti et admirantes vetera et nova, profana et sacra almae Urbis monumenta et tempia, ineffabile solatium et gaudium experti sunt, magis auctum cum Pontifici Maximo Gregorio XVI se demisse ac humiliter sistiterunt. Magnificum urbis Romae spectaculum, solemnes functiones religiosae, viva et operosa civium Fides, quae, inde a primordiis christianae religionis, teste Paulo, annuntiabatur in universo mundo, et praesertim Romani Pontificis, Christi in terris Vicarii et Petro apostolorum principi successoris conspectus et eloquium, hoc totum ita illos foris infusque commovit, ut, divina opitulante gratia, ad veram Fidem plures converterentur, et si non omnes, id humanis timoribus contigisse compertum est. In Aegyptum omnes reversi, ibique relicto Iustino sacerdote europaeo, legati rursus adeunt Petrum Patriarcham et coram ipso eiusque clero de vera religione strenue disputât Michael eo felici successu, ut a Patriarcha litteras acciperet ad Episcopum schismaticum, vulgo ***Abuna,*** quibus universi aethiopes ad abiurandas haereses et sectas, et ad pacem et communionem cum Aegyptiorum ecclesia coptica vehementer excitabantur. Tunc Massauam urbem maritimo itinere omnes tenuerunt. Sed quum quidam presbyteri schismatici mentem et mandatum Michaelis no vissent, eidem insidias et necem moliuntur et parant, ut impedirent litterarum patriarchalium traditionem, et optatam conversionem in unam Fidem et communionem, cum sectarum detrimento et eversione. Frustra tamen : nam Michael haec omnia destinavit, iter faciendo ad civitatem Aduam, ubi Iustinum de Iacobis libentissime revisit et alloquutus est. Inde ad urbem ***Gondar*** rediit, ubi coram suis presbyteris Episcopus schismaticus Salama Michaelem excepit, sed epistolas patriarchales sibi traditas legere noluit, Imo contempsit et seposuit; Deique servum contra obtestantem graviter percuti atque in vincula et carcerem confici iussit; cognita deinde eius amicitia cum Rege, remissiori poena ipsum excommunicatione et exilio mulctavit. Michael autem patria relicta, Aduam petiit, ibi cum Iustino de Iacobis de religione disserens, meruit a Deo accipere lumen Fidei et gratiae donum. Abiurata enim haeresi, in gremium Romanae Ecclesiae ab ipso iustino susceptus est; huiusque conversionis exemplum plures quoque aethiopes sequuti sunt. Inde ira et odio exarsit Episcopus haereticus

contra catholicos et missionarios, et Michaelem eiusque comitem Abba Téklé Gorghis tormentis, catenis et durissimo carcere damnavit. Quod quum addiscisset Iustinus, obsequentibus litteris ad regem Oubié missis, utriusque viri libertatem postulavit et obtinuit. Tunc ambo, vinculis soluti et ad libertatem restituti, descenderunt Alitienam et ab ipso Iustino de Iacobis, qui, Massauam secedere coactus, illic consecrationem episcopalem per manus Episcopi Massaia iam receperat, quique tunc Alitienae morabatur, atque ab universo populo gratulatione ac laetitia excepti et ad templum deducti, gratias Deo optimo maximo tum passionis tum liberationis reddiderunt. Paulo post Michael, virtute et merito dignus, ab eodem Episcopo Nilopolitano Iustino, per omnes et singulos Ordinum gradus promotus, sacerdotio est auctus, eiusque adiutor et comes assiduus, etiam in Congregationem Missionis cooptatus, maxime adlaboravit in ministerio verbi Dei, in sacris libris amarico sermone vulgandis ad popularium usum et utilitatem, indefessus ad conversionem civium et confutationem haereticorum, fulgens catholicae doctrinae vindex et propugnator atque christianae virtutis exemplar. Hoc decurrente tempore, Theodorus rex Abyssiniae, inito foedere cum amico Salama episcopo, decretum edidit iussitque aethiopes universos unam eamdemque Fidem profiteri oportere, sancita poena mortis contradicentibus. Nova fidei formula, ab ipso schismatico episcopo composita et proclamata asserebat: « Christum Salvatorem in ipsa sua « humanitate esse Deum, atque uti hominem habere unam eamdemque « scientiam Dei Patris et Spiritus Sancti ». Quare, instante Salama, decreto regio Iustinus europaeus in exilium pulsus est, aethiopes vero catholici tormentis subiecti, nisi suam religionem desererent et propositam fidei formulam unice profiterentur. Michael, constanter respuens formulam haereticam firmiterque profitens catholicam suae Fidei confessionem, pluries tormentis cruciatus et flagellis caesus, in horridum carcerem detrusus est, catenis onustus. Tandem decimoquarto captivitatis mense, laboribus et vexationibus debilitatus et fractus, strenuus Christi Atleta spiritum Deo reddidit, exeunte mense augusto, in calendario aethiopum anno 1847 (1855), aetatis suae sexagesimo quarto. Eius corpus ab amico et comite Deftéra Desta elatum et sepultum prope domum cuiusdam Sedik Abroyé, in provincia ***Ovaré,*** regni Gailensis, fertur fidelium pietate et frequentia necnon quibusdam signis et prodigiis fuisse statim illustratum. Super fama autem sanctitatis et martyrii Servi Dei, ab eius obitu usque ad haec tempora, constructi sunt Processus Informativi, auctoritate ecclesiastica, Abyssiniae anno 1904 et Eritreae anno 1909, atque Romam ad Sacram- Rituum Congregatio-

nein delati, ex quibus superius descripta de vita et passione Abba Ghetìre Michaelis habentur desumpta. Quae quum ita sint, instante Rmo Dno Raphaele Ricciardelli, Congregationis Missionis procuratore generali et huius causae postulatore, servato iuris ordine, attentisque litteris postulatoriis quorumdam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Archiepiscoporum et Episcoporum, rogantibus etiam Vicariis Apostolicis et Superioribus Abyssiniae, Eritreae aliorumque missionum, praepositis generalibus Ordinum et Congregationum una cum superiore generali et visitatoribus Congregationis missionis atque antistita generali Puellarum caritatis s. Vincentii a Paulo aliisque illustribus viris et mulieribus, infrascriptus Cardinalis Antonius Vico, Episcopus Portuen. et S. Rufinae, loco et vice Emi ac Rmi Dñi Cardinalis Caietani Bisleti, eiusdem causae Ponentis seu Relatoris, in Ordinario sacrae Rituum Congregationis coetu, subsignata die ad Vaticanas aedes coadunato, sequens dubium discutiendum proposuit : ***An signanda sit Commissio introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur?*** Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Cardinalis proponentis, audito voce et scripto R. P. D. Angelo Mariani, Fidei promotore generali, omnibus sedulo perpensis, rescribendum censuerunt: ***Affirmative seu signandam esse Commissionem introductionis causae, si Sanctissimo placuerit.*** Die 24 februarii 1920.

Facta postmodum Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papae XV per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua Rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae beatificationis seu declarationis martyrii Servi Dei Abba Ghebre Michaelis, sacerdotis, cooptati in Congregationem Missionis s. Vincentii a Paulo, die 25 eisdem mense et anno.

l$l A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. E. C. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

m

S. SEBASTIANI FLUMINIS IANUARII IN BRASILIA

CIRCA RITUM EXEQUIARUM

Emus et Rmus Dnus Cardinalis Ioachim Arcoverde de Albuquerque Cavalcanti, archiepiscopus S. Sebastiani Fluminis ianuarii, in Brasilia, Sacrae Rituum Congregationi haec quae sequuntur exposuit, nimirum :

« Ritus exequiarum, ut in ***Rituali romano*** praescribitur, in hac Archi-
« dioecesi non est servatus, quia cadavera ad ecclesiam non ducuntur,
« ob leges civiles, quae obligant ut sepulturae tradantur vigintiquatuor
« horis post obitum; et etiam quia coemeteria, quae sunt sub lege civili,
« satis distant a paroecia. Parochi vocantur domi et hic cadavera com-
« mendantur.

« Hinc quaeritur: ***Quaenam rubricae et normae in casu servandae? ».***

Et Sacra eadem Congregatio, audito etiam specialis Commissionis suffragio, praepositae quaestioni ita respondendum censuit:

« 1. Servandum, quantum fieri potest, ***Rituale romanum*** (tit. Vi,
« c. IV, ***Exequiarum Ordo)*** et can. 215 ***Cod. 1. G. ».***

« 2. Familia defuncti certior fiat funus cum Missa exequiali peragi
« "posse, etiam praesente ***moraliter*** cadavere, iuxta Rubricas et Decreta ».

« 3. Pro casibus autem extraordinariis dabitur Instructio S. R. C. ».

Atque ita rescripsit et declaravit. Die 28 februarii 1920.

l$l A, CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. R. G. Praefectus.

L . ^ S .

Alexander Verde, ***Secretarius.***

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

BERGOMEN.

IURIS FUNERANDI (PEZZOLI-FOJADELLI)

Benedicto PP. X V feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno quinto, die 25 februarii 1919, BR. PP. DD. Petrus Rossetti, Ponens, ***Raphael Ghimenti et Maximus Massimi, Auditores de turno, in causa*** Bergomen. - Iuris funerandi, ***inter*** Rev. Alexium Pezzoli, ***Parochum loci « Almenno S. Bartolomeo », repraesentatum per procuratorem Angelum D'Alessandri, advocatum, et*** Rev. Aloisium Fojadelli, ***parochum loci « Alhema », repraesentatum per procuratorem ex officio deputatum, Henricum Benvignati, advocatum, sequentem tulerunt definitivam sententiam.***

In pago, vulgo « Almenno S. Bartolomeo » Dioecesis Bergomensis anno 1856 fuit erecta domus hospitalis a fundatoris nomine « Bettoni » nuncupata, infirmis recipiendis atque curandis trium parochiarum Communitatem constituentium, aliarumque trium parochiarum finitimarum. Parochus loci, in quo sita est praefata domus, inde ab initio fundationis omnia parochialia munia in ea exercuit, et infirmorum, ibi degentium, curam egit, quos etiam morti proximos Sacramentis Ecclesiae refecit, defunctosque, iustis funebribus rite persolutis, nulla facta parochiarum distinctione, tumulavit, quin ullus parochus proprius reclamaverit.

Die 28 martii 1916 in dicto hospitali Maria Castagna, domo Albenza, defuncta est: et tunc primum Rev. Parochus Aloisius Fojadelli parochialia iura sibi exercenda reclamavit, eaque exercere sategit; monito enim prius Parocho ***Almenno S. B.,*** defunctae cadaver levavit, expietoque funere, in parochia sua illud tumulavit.

De hac agendi ratione conquestus est Parochus ***Almenno S. B.,*** Alexius Pezzoli, qui ratus, iura sua in casu fuisse laesa, rem definiendam Ecclesiasticae Curiae Bergomensi commisit: postulavit ut ante omnia Parochus Fojadelli emolumenta omnia, praefati funeris intuitu percepta, sibi restitueret, et deinde ius suum exclusivum recognosceretur funera peragendi eorum omnium, qui in hospitali Bettoni dece-

derent, quamvis subditi essent Parocho Albenza, quin huic quarta canonica deberetur.

Quaestione administrationis et disciplinae tramite perpensa, Ecclesiastica Curia neutrum admisit: - huic decisioni Parochus Pezzoli non acquievit, qui ideo voluit, quaestionem perpendi ac definiri iudiciali ordine servato. Quod revera factum est. Sed sententia, quae die 11 martii 1917 prodiit, resolutioni iam factae fuit plene conformis; Iudex enim decrevit:

« 1) Doversi respingere la domanda dell'attore, che cioè sia rico-« nosciuto ai parroco ***pro tempore*** di Almenuo S. Bartolomeo il diritto « esclusivo e ***quoad omnia*** di fare i funerali di quei parrocchiani di « Albenza, che vengono a morire nell'Ospedale Bettoni di Almenno « S. Bartolomeo.

« 2) Non spettare al Parroco di Almenno lo spoglio e gli emolu-« menti percepiti dal parroco di Albenza nel funerale da lui celebrato « alla defunta Castagna Maria.

« 3) Le spese della causa, stabilite in lire 200, spettare all'attore « Sac. Alessio Pezzoli, Prevosto di Almenno S. Bartolomeo, il quale pure « dovrà rifondere al convenuto tutte le spese, per il presente processo « incontrate, da liquidarsi in separata sede ».

Ab hac sententia Parochus Pezzoli ad H. S. T. rite appellavit, et in hodierno turno quaestio perpendenda ac definienda proponitur sub sequenti dubiorum formula inter partes contendentes statuta:

1) ***An ius funerandi et tumulandi decedentes in Hospitalia vulgo Bettoni, exclusive et quoad omnia competat parocho loci, Almenno S. Bartolomeo dicti, vel potius parochis respectivi domicilii defunctorum.***

2) ***An Parochus loci Albenza débeat parocho loci Almenno S. Bartolomeo emolumenta restituere, ex funere Mariae Castagna percepta.***

3) ***An expensae prioris iudicii solvendae sint a Parocho loci Almenno S. Bartolomeo, vel potius inter partes compensandae.***

In iure. - Explorati iuris est, generatim christifideles, decedentes absque electione sepulturae, vel sepultura maiorum, in parochiali Ecclesia debere sepeliri, in qua officia consueverunt audire divina, et ecclesiastica recipere sacramenta (cap. 1 et 5, ***De sepult.;*** cap. 1 et 3 eiusd. tit. in 6; Clementina, ***Dudum,*** par. ***Verum,*** eod. tit.). Ideo ad parochum domicilii vel quasi domicilii pertinet nedum cadaver levare et deducere funus, sed insuper, si defunctus sit in sua parochia sepeliendus, exequiales preces super illud peragere, ac demum humo mandare (Vecchiotti, ***Inst. Can.,*** vol. I. t. 3, c. 5).

Hanc regulam confirmant Doctores, quos inter Barbosa ***(De Offic. Parochi,*** p. 3, c. 27, n. 1); Card. De Luca ***(De Paroch.,*** Disc*41, n. 6); Pignatelli (tomo IV, Consult. 73, n. 52; Consult. 57, nn. 6, 7, 8); Leurenius ***(For. Benef.,*** p. I, qu. 451, n. 1); Wernz ***(Ius Decret.,*** tom. III, par. II, n. 776, nota 27): praxis S. Congregationis Concilii (in ***Bononiensi,*** 13 februarii 1695; in alia ***Bononiensi,*** 13 februarii 1857; in ***Apuana,*** 19 maii 1888): demum iurisprudentia rotalis ***(Iuris tumulandi,*** 5 martii 1705, c. Priolo; ***Mediolanen.,*** 29 maii 1914, c. Sebastianeiii). Concinit ***Cod. Iur. Can.,*** can. 1216, can. 1218.

Sequitur inde, decedentes extra parochiam, non electa sepultura, et sepultura maiorum non exstante, in parochia propria tumulari debere ***si eo commode possint transferri;*** alias in parochia in qua mors accidit (S. C. C, 27 maii 1893; 28 iunii 1895; ***Acta S. Sedis,*** vol. 28, p. 233 seq.; Wernz, 1. c.; Pirhing, t. III, tit. 28, n. 8). Hoc servatur etiam si qui in hospitali decedunt, nisi aliter privilegium exigat vel consuetudo legitima. Quod confirmatum legitur in Codice citato can. 1222.

Privilegium hoc, nedum ab Apostolica Sede, sed etiam ab Episcopo concedi potest (Wernz, 1. c, nn. 777, 778, not. 31,32, tom. II, par. II, n. 828; Many, ***De locis sacris,*** n. 173 in fine; S. C. C. in ***Apuana,*** 11 aprii. 1891; ***Acta S. Sedis,*** vol. 24, p. 114 seq., 25 ianuarii 1873, vol. 8, p. 546): maxime in Synodo Dioecesana (Wernz, 1. c; Berardi, ***Theol. Past.,*** p. 351). Immo potest esse quoque obiectum conventionis inter parochos, et acquiri vi legitimae consuetudinis (Wernz, 1. c, 775, n. 27; Schmalgr., I. III, tit. 28, n. 38; S. C. C, 23 decembris 1866; ***Acta S. Sedis,*** vol. 3, p. 41).

Neque dicatur exemptionis privilegium, utpote iuri communi contrarium, non posse constituere obiectum legis dioecesanae, et tanto minus episcopalis decreti; privilegium enim hoc, quo hospitalia gaudent, iuris favorem habet (De Luca, ***De paroch.,*** disc. 23, n. 11; disc. 41, n. 6); est enim ordinatum difficultatibus gravibus et innumeris removendis, quibus secus saepissime deberet occurri. Iuris ergo intentioni plene respondet; et ideo si quae hac super re lex dioecesana sit lata, optime sustinetur, et iuri communi derogat.

De iure particulari constare potest potissimum ex consuetudine sive ***generali,*** quae certam aliquam provinciam obstringit, de qua fit sermo in cap. ***Cum Ecclesia, De elect. et elect. pot.;*** cap. ***Tuorum, De auctor, et usu patii;*** sive ***speciali,*** quae in aliqua urbe vel pago viget (Reiffenstuel, 1. 1, tit. IV, par. I, § 1, n. 14). Differt autem consuetudo a praescriptione: illa enim se refert ad legem, et ius non scriptum constituit moribus populi introductum, sive sit prae!er legem, sive sit iuxta legem, sive sit contra legem; haec autem se refert ad ius tertii, cui affert praëiu-

dicium: in consuetudine nec titulus, nec bona fides requiruntur, sed requiruntur in praescriptione, quae non sit centenaria vel immemorabilis (Maroto, ***Inst. Iur. Can.,*** I, n. 243).

Iuri ecclesiastico consuetudo non affert praeiudicium, nisi fuerit per annos quadraginta continuos et completos praescripta: contra legem vero ecclesiasticam, quae clausulam contineat futuras consuetudines prohibentem, sola praescribere potest consuetudo centenaria et immemorabilis ***(Cod. Iur. Can.,*** in can. 27). Haec altera consuetudo praesumptionem inducit concessi privilegii (can. 63, par. 2).

In facto. - Iamvero lex synodalis pro dioecesi Bergomensi lata, quamvis aliter fuerit ab appellata sententia interpretata, hospitalium exemptionem a parochorum iurisdictione revera decrevit. Etenim in dioecesana Synodo parochorum iura, quoad funera suorum parochianorum, ad tramites iuris communis, determinata leguntur in articulis 249-250, sive quis in sua paroecia moritur, sive moritur in aliena: in articulo vero 251 casus mortis consideratur, quae in hospitalibus accidit, vel in aliis institutis, eoque articulo decernitur, omne ius ad illum pertinere, qui in illis parochi personam gerit, si hospitalia, aliaque instituta exemptionis habeant privilegium; secus pertinere ad parochum loci: « In clericorum « seminario, in nosocomiis, in religiosis sodaliciis, quae votis simplicibus « tenentur, tum solum cum ex superioris auctoritatis decreto vere sunt a « parochi externi iurisdictione immunia, ius omne est eius, qui in illis « parochi personam gerit: ***aliter omnia parocho proprio loci debentur »*** seu parocho ***loci,*** in quo sita sunt.

Hunc revera esse sensum vocis ***loci*** in art. 251 adhibitae, manifeste apparet ex contextu. Ibi enim nosocomia aeque considerantur ac seminarium clericorum, et instituta votorum simplicium: quae omnia, si exemptionis gaudent privilegio, eodem iure reguntur sub dependentia sacerdotis, qui in illis parochi munere fungitur: si tale non adsit privilegium, eodem quoque iure ***parocho proprio loci*** subiiciuntur. Iamvero si quoad seminarium et instituta, quae votis simplicibus tenentur, parochus proprius loci ille intelligitur, in cuius districtu sunt sita, ratio non suppetit cur aliter quoad hospitalia retineatur: si ita non esset, non parochum proprium ***loci*** synodalis legislator dixisset, sed parochum proprium ***mortui*** designasse!, sicut in praecedenti art. 350 revera dixit: « Parochus proprius ***mortui*** habet ius efferendi corpus et exequias faciendi, « neque vero parocho ***loci,*** ubi mors evenit... quidquam repetere liceat ».

Dixisse non relevat in appellata sententia, legislatorem synodalem iuridicas relationes statuisse, servandas inter parochum loci et capel-

lanos, seu sacerdotes, quibus spiritualis cura praedictorum institutorum esset demandata, nulla ad parochos proprios degentium in hospitalibus habita ratione; horum proinde iura omnia sarta tectaque manere. Nam lex dioecesana in articulis 249 et 250 parochi proprii iura, a sacris canonibus sancita, plenissime exposuerat, sive quis moritur in sua parochia, et in ista, vel aliena sepeiiendus; sive moritur in parochia aliena, sepeliendus in sua. In articulo 251 ius speciale constituit quoad seminarium clericorum, instituta votorum simplicium, et hospitalia, sive exemptionis fruerentur privilegio, sive eo privilegio carerent. Nil ergo mirum si nulla ibi parochorum degentium in hospitalibus- mentio facta fuerit, quin ideo obiectio vim ullam habeat; parochorum enim iura in art. 249 et 250, fuerunt omnia designata, de quibus propterea in art. 251 non erat amplius loquendum.

Neque contradictio, quae praetenditur, potest admitti inter art. 251 et articulos 249 et 250, quasi in illo fuisset retractatum quod in istis fuerat statutum: sicut non admittitur nullitas, inde deducta, dispositionis illius. Nam in articulis 249 et 250 parochorum iura firmantur a iure communi concessa, et in art. 251 ius particulare statuitur quoad entia moralia ibi designata: ideo contradictio praetensa evanescit; non enim admittitur et negatur idem de eodem et secundum idem; sed habetur potius lex generalis in prioribus articulis sancita, et in isto exceptio decreta. Porro exceptio legem in contrarium potius confirmat. Quare et nullitas excluditur, quae inde fuit deducta. Quod si addatur, legislatorem synodalem, iure suo usum, in articulo 251 parocho proprio degentium in hospitalibus parochum loci substituisse, praetensa nullitas excluditur, et dispositio legitime facta retinetur.

Nec gravis causa defuit ita statuendi. ***Stricto iure*** ad parochum proprium domicilii vel quasi domicilii pertinet, degentibus in hospitali non exempto extrema sacramenta administrare, et in casu mortis iuxta funebria persolvere (De Luca, ***De paroch.,*** disc. 27, n. 14; disc. 38, n. 14; dise. 41, n. 6): sed ***in facto*** hoc est fere impossibile « ob magnam con-« fusionem, alias resultantem, circa sacramentorum administrationem, « quam frequentius ex improviso et quacumque hora, etiam de nocte, « facere oporteret, si pro singulis infirmis diversarum parochiarum con-« vocare oporteret parochos proprios, quod esset impracticabile » (De Luca, ***De paroch.,*** disc. 23, n. 11). Unde necessitas aliter providendi. Et hoc revera factum est in citato art. 251. Sicut hospitalibus, praesertim magnarum civitatum, ex apostolico Indulto concessa fuit exemptio a parochorum iurisdictione, et capellanis facta fuit potestas degentibus in illis sacramenta administrandi, et in casu mortis, eos funerandi ac

sepeliendi, ita etiam, ob eamdem rationem dictae confusionis vitandae, factum est in Bergomensi dioecesi ex privilegio ab Ordinario concesso ; ita ut eadem esset potestas parochis loci, in quo sunt sita hospitalia.

Non solum lex synodalis, sed consuetudo etiam his parochis favet, quae in tota Bergomensi dioecesi viget ab immemorabili tempore, sicut luculenter probatum apparet ex actis. Nam « speciatim ad probandam « consuetudinem immemorialem vel centenariam requiritur, ut testes « conformiter deponant, sese saltem per **40** annos consuetudinem illam « observatam vidisse, atque a maioribus suis audivisse, Semper fuisse « observatam, quin ipsi testes aut maiores viderint aut audiverint, aliquid « factum fuisse in contrarium » (Wernz, vol. T, n. **192).** iamvero qui hoc in sensu deposuerunt plures habentur testes: tres autem tantum hic referuntur, quot ad plenam probationem sufficiunt.

a) Angelus Giorgi, cathedralis ecclesiae archipresbyter, annorum **77,** qui animarum curae vacavit in loco vulgo ***Grumello dei Monte*** ab anno **1874** ad annum **1885,** deinde in loco vulgo ***Nembro*** ab anno **1885** ad annum **1900,** demum in cathedrali ecclesia ab anno **1900** usque ad diem factae depositionis, sic ait: « A Grumello, nell'Ospedale, quando io era là parroco, « avvenne qualche caso di extraparrocchiani, e cioè di Tagliuno, ivi « decessi, e i funerali si fecero sempre da me, e le salme furono tumulate « nel cimitero locale. In tali casi io non mi sono mai fatto obbligo di « avvertire il parroco di Tagliuno perchè credevo di non esserne tenuto. « Io sono convinto che la pratica da me seguita quanto ai funerali dei « defunti extraparrocchiani decessi nell'ospedale di Grumello si sia usata « anche dai miei antecessori... Nel tempo, che io mi trovo arciprete nella « Cattedrale, è avvenuto qualche caso di miei parrocchiani decessi nel- « l'ospedale delle Suore di Carità in S. Bernardino. Non posso affer- « mare molto riguardo ai loro funerali perchè non venni neppure awer- « tito della loro morte ».

o) Ioannes Baptista Bellini, parochus Castagneti, annorum **77,** qui animarum curae vacat ab anno **1871,** deposuit: « Ho avuto parecchi casi « di bambini miei parrocchiani decessi nell'ospedale dei contagiosi ai ***« Gelestini.*** Io però non ho mai celebrato i funerali di essi perchè non « venivo avvertito della morte.... Anche nei **15** anni che io mi sono tro « vato coadiutore in Parrocchia di Castagneta, non ho mai sentito il « Parroco parlare di funerali di propri parrocchiani morti nei due sopra- « indicati Ospedali (di S. Bernardino e dei Celestini) da lui compiuti. « Io non ho mai percepito pei funerali dei bambini all'ospedale conta- « giosi nè quarta, nè altro compenso ».

c) Ioannes Baptista Deleidi, coadiutor in loco Martinengo, anno-

rum 71, qui ibi vacavit curae animarum per 48 annos, retulit: « In Mar-« tinengo esiste un ospedale interparrocchiale e intercomunale. Da che « mi trovo a Martinengo posso affermare, che ogni anno vengono nel « suddetto Ospedale dei decessi di ammalati, anche appartenenti ad « altre parrocchie. Di questi, parte furono funerati e tumulati a Marti-« nengo, parte nella loro parrocchia. Però per questi ultimi i dolenti « furono sempre venuti a dimandare il permesso al parroco di fare i „« funerali nella loro parrocchia. Io credo che tale pratica si sia osservata « sempre dalla fondazione dell'Ospedale, che risale al 1737 ».

Iterum testium depositio, aliis depositionibus, existentibus in actis, coniuncta, extra dubium ponit, consuetudinem ab immemorabili tempore in universa Bergomensi dioecesi vigere, decedentes in hospitalibus tumulandi in parochia ubi sunt sita. Consuetudo autem haec semel probata facit, ut melior de mundo titulus habeatur, qui a parochis iure possit invocari, et quo parochus loci ***Almenno S. B.*** in casu uti potest: « Con-« suetudo generalis alicuius loci extenditur ad ecclesiam particularem, « habentem illam qualitatem, quae regulariter est in aliis ecclesiis eiusdem loci » (Panormitanus, in cap. ***Dilectus de Gapell. Monach.);*** quod idem docet Petrus de Ancarano (in id cap., n. 8) dicens « una ecclesia non « debet declinare a generali consuetudine aliarum ». Quod de ecclesia dicitur, de hospitali etiam dici debet.

Nec factum huius immemorabilis consuetudinis evertitur per exceptionem, qua affirmatur, eam non extendi « alle così dette case di salute « aperte ultimamente a Bergamo » ; antequam enim tales domus aperiantur, hospitalia proprie dieta consuetudinario iure a parochorum iurisdictione iam erant exempta, et deinceps eamdem exemptionem servarunt; aliunde « le così dette case di salute » sunt domus omnino privatae, quae veluti entia moralia, sicut sunt hospitalia publice recognita, non possunt,haberi. Unde ex praxi, quae istis in domibus servatur, argui non potest contra consuetudinem introductam et in hospitalibus ab immemorabili servatam.

Neque conventio nocet, quae inter parochos dioecesis facta dicitur, cuius vi ius omne servatur parocho proprio quoties quis in aliena parochia moriatur. Etenim conventionis huius nulla vis probandi potest admitti; nullum enim adest documentum, quod eius authenticitatem ostendat; immo adsunt indicia, quae eam excludunt, ex. gr., a nemine subscripta est quae fuit deposita in actis. Sed insuper conventio si inter contrahentes vim obligandi habet, quoad eos, qui fuerunt extranei, nullam vim exerit: ideo contra parochum ***Almenno S. B.,*** qui fuit conventioni extraneus, dicta conventio non potest invocari.

Quod si observantia in bospitali ßettoni servata considerari velit etiam independenter a consuetudine generali totius dioecesis Bergomensis, in hac quoque hypothesi eamdem vim, seu valorem, retinet. Nam ab anno 1856, quando hospitale fuit erectum, usque ad casum decessus Mariae Castagna, parochus loci ***Almenno S. B.*** secundum eiusdem statutum (art. 11-78), omnium infirmorum in eo degentium spiri, tuaiem curam egit, morituris sacramenta administravit, eosque mortuos, post exequias expletas, in sua parochia tumulavit, nulla parochiarum facta distinctione.

Hoc vel ipsa sententia appellata ultro concessit. Habetur ergo observantia plusquam quadragenaria, quae, quamvis talis non esset, ut praescriptionem induceret, nihilominus favore eiusdem parochi legitima deberet retineri. « Quatenus enim adsit consuetudo, quae assistat cap- « pellanis et ministris hospitalis, tunc si ista esset alicuius temporis « considerabilis, quamvis non esset talis, quod sufficeret in iis, quae sunt « contra ius... adhuc eam sufficere dicebam, quasi quod ita illa sit potius « interpretativa, seu probativa cuiusdam mandati, quod parochorum uni- « versitas dederit illis cappellanis et ministris hospitalis, ut eorum vice « ac nomine ille actus exerceretur pro eorum indemnitate » (De Luca, ***De Paroch.,*** Disc. 41, n. 6). Observantia pacifica quadraginta annorum, est certo plus quam tempus considerabile; decennium enim in iure censetur longum vel longaevum (Leg. ***Super longi. Cod. de Praescript. longi temp.).***

Immo in hypothesi praemissa etiam praescriptionem RR. PP. admittunt, aliter ac appellata sententia retinuit. Enimvero praescriptio contra bona ecclesiastica « quibus iura beneficiis adnexa » accensentur (Santi, 1. II, tit. 26, n. 42), est admittenda, posita bona fide, et quadragenaria observantia tantum: tunc demum titulus coloratus requireretur, quando ius commune praescribenti resistit. « Bona haec (ecclesiarum immo- « bilia) praescribuntur spatio quadraginta annorum, seu requiritur qua- « dragenaria praescriptio ». Ita in c. 6-8 et 9 h. t. Et quidam Doctores (inter quos Pirhing, h. t., n. 84, et Barbosa, ***Collectanea,*** in c. 6, h. t.) tradunt, posita bona fide et possessione quadragenaria, ***etiam absque titulo*** praescriptionem valere contra bona immobilia ecclesiarum: requiri vero titulum coloratimi quando ius canonicum commune resistit praescribenti, vel quando praesumptio iuris favet Ecclesiae, contra quam praescriptio procedit. Haec theoria fundatur in cap. I, h. t, ubi sic legitur: « Licet sufficiat, eum qui praescribit rem ecclesiasticam, habere bonam « fidem, quando non est contrarium isti ius commune, vel nulla alia « contra illum praesumptio existit; si tamen vel ius commune sit contra

«possessorem, vel alia praesumptio, tunc ad praescribendum non suf-« fìcit bonae fidei possessio, nisi etiam titulus adsit ». Hoc idem docent Wernz (tom. III, pag. 1, n. 304), Ferraris (B. C. V. ***Usucapió,*** art. 3, n. 9), Smalgr. (1. TI, tit. 26, n. 103). Qua in re sic notat Fagnanus (1. II, c. III, ***de caus. possess. et propr.,*** n. 3): « Quotiescumque praescriptio non habet « ***vehementem iuris resistentiam*** non requirit titulum c. ***Placuit,*** par. « ***Potest,*** 16, q. 3..., dicens, decisionem c. I ***de praescripta*** 1, 6 procedere « ubi ***fortiter ius commune resistit*** praescribenti. Ratio est quia titulus « non requiritur in praescriptione nisi ad excludendam malae fidei pos-« sessionem, et mala fides non praesumitur in eo qui possidet iure non « improbante, aut resistente ». Hoc sensu est intelligenda ét explicanda decisio Rotalis in ***Mediolanen.,*** 29 maii 1914, quae cum quadragenaria possessione requirit titulum: cum enim de consuetudine praescriptiva loquatur, iuris resistentiam supponit in qua agitur de iure tertii laedendo. Iamvero observantiae in Hospitali Bettoni servatae ius commune, ut iam fuit observatum, non resistit, sed potius assistit (De Luca cit., Disc. 23, n. 1 ; Disc. 41, n. 6). Rota in ***Vicentina - Exemptionis et funerum,*** 29 martii 1915, coram Sincero, ait: « Quemadmodum Episcopus habet « intentionem fundatam in iure super subiectione, quoad iurisdictionem, « hospitalium, et omnium locorum religiosorum, intra fines suae Dioe-« cesis (c. si quis Episcoporum, 16, q. 5, ***de Xenodochüs; 3, De Relig. « dom),*** nisi exempta fuerint in fundatione, praescriptione, aut pri-« vilegio Apostolico ... ita parochus... in iure habet fundatam intentio-« nem super subiectione, quoad curam spiritualem, hospitalium intra « fines sui territorii, nisi exempta fuerint privilegio aut praescriptione » (cf. De Luca, Disc. 38, n. 2; Pallottini, v. ***Parochus,*** par. V, n. 119, 120). Nec dicatur, ius commune assistere etiam parocho proprio domicilii vel quasi-domicilii « siquidem in pari causa melior est conditio possidentis » (Pirhing, 1. II, tit. 26, n. 38), adeo ut, neque, hoc admisso, praesumptio résistât parocho loci, et consequenter possessio quadragenaria sine titulo in casu ad praescriptionem sufficit.

Triplex ergo titulus parocho loci ***Almenno S. B.*** favet. Lex dioecesana, consuetudo legitima sive generalis, sive specialis, et praescriptio; nec ei nocet sepulturae electio, quae a Maria Castagna facta dicitur. Re enim vera illius testamenti verba haec sunt: « Voglio la spesa di lire trecento « per il mio funerale e per il mio trasporto ad Albenza, e la celebrazione « di quaranta Messe entro sei mesi dalla mia morte » : ex quibus non satis apparet quid ipsa voluerit, an scilicet funus esset explendum in loco mortis iuxta hospitalis morem, vel in loco sepulchri. Quod est adeo verum, ut Iudex ipse Bergomensis anceps haeserit, et testes duos ex

officio vocaverit, Aureliam Rota et Ioannam Rota, quae veram testa-[4] tricis mentem expiicarent: quibus duo alii testes fuerunt adiuncti, ad eumdem finem, Teresia ßonfanti et Rosa Mazzoleni, quae, extraiudicialiter primum, et deinde, iudiciali forma servata, fuerunt excussae. Sed quod desiderabatur, ex eorum depositionibus non apparuit: quod enim ex una parte declaratum fuit a primis duabus: « Le intenzioni di « M. Castagna erano, che se ella moriva in Almenno le funzioni di fune- « rale ed il seppellimento avesse ad aver luogo in Albenza. Le intenzioni « sue... erano di essere trasportata in Albenza, ove voleva che si avesse « a fare anche il funerale... », est omnino contrarium depositionibus aliarum duarum: « Ha sempre sentito che la Castagna Maria ripeteva, « che voleva fosse fatto con lei, come fu fatto con la così detta Rosa « Gapolca, la cui salma fu portata in chiesa ad Almenno S. B. e poi « trasportata ad Albenza... aveva sempre dichiarato, che intendeva le « si facesse un funerale decoroso ... ad Almenno, e poi si fosse trasportata « ad Albenza, come fu fatto con la Capolca... Ripeteva tutte le volte, « che veniva all'Ospedale, che la sua intenzione era, che fatto il funerale « in Almenno S. B. la sua salma fosse trasportata in Albenza »: quae depositiones proinde ad invicem eliduntur, et nihil certi constituunt. Aliunde ratio non suppetit primis potius testibus fidem habendi, quam aliis. Ideo quid Maria Castagna citatis in verbis vere intellexerit dubium manet: et in dubio melior est conditio possidentis, seu parochi ***Almenno S. B.*** qui ideo, iuxta loci consuetudinem, antequam cadaver efferretur, sepeliendum in parochia ***Albenza,*** ius habebat iusta funebria persolvendi et emolumenta percipiendi, quae indebite de facto parochus Albenza percepit.

Sequitur ex dictis, parochum ***Almenno S. B.,*** Alexium Pezzoli, in primo iudicio immerito ad omnes iudiciales expensas fuisse condemnatum. Ipse enim rationibus ductus in iure fundatis coram Ecclesiastica Curia parochum Fojadelli in ius rapuit; et ideo temerarius litigator retineri non poterat, qui ad expensas debuisset damnari. Expensarum enim refectio a victo facienda victori est quaedam poenae species inflictae temere litigantibus (C V., tit. 12, lib. II; c. V, t. 27; 1. 79, ff. ***de iudic.*** i. 13, ***cod. de iud.,*** par. 2, ***Inst.).***

Quibus omnibus tum in iure tum in facto consideratis et rite perpensis, Nos infrascripti Auditores de turno, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, decernimus, declaramus et definitive sententiamus propositis dubiis respondentes, sicut respondemus: ***Ad lum affirmative quoad primam partem; negative***

quoad alteram; ad 2um affirmative; ad 3um negative quoad primam partem; affirmative quoad alteram. Statuentes praeterea, expensas praesentis iudicii inter partes retineri debere compensatae; non obstante Can. 1910 ***Codicis Iuris Canonici, cum*** de causa agatur introducta ante publicationem Codicis.

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsequutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam Codicis Iuris Canonici, praesertim tit. XVII, lib. IV, ***De exsecutione sententiae,*** iis adhibitis exsecutivis mediis, quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in Sede Tribunalis S. R. Rotae, die 25 februarii 1919.

P. Rossetti, ***Ponens.***
Raphael Chimenti.
Maximus Massimi.

Ex Cancellaria, die 29 martii 1919.

T. Tani, ***Notarius.***

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DI PROPAGANDA FIDE

AVVISO DI CONCORSO

Viene indetto un concorso per due posti di officiali minori nella Segreteria della Sacra Congregazione.

Gli ecclesiastici che volessero prendervi parte rivolgeranno, entro un mese dalla data del presente avviso, analoga domanda all'Emo Cardinale Prefetto, corredata delle opportune generalità e del « nulla osta » della rispettiva Curia diocesana.

Presenteranno inoltre i documenti dei gradi accademici nelle scienze ecclesiastiche, qualora ne fossero forniti, o almeno l'attestato di un eorso di studi ecclesiastici regolarmente compiuto con lode. Sarà pure tenuta in considerazione la conoscenza di lingue straniere.

Si richiede che i concorrenti, pel conveniente adempimento del proprio ufficio, abbiano una nitida e ben formata calligrafia.

La loro età non dovrà superare i 35 anni.

Il concorso avrà luogo in iscritto, in giorno da designarsi, su tema'concernente la Sacra Teologia morale e i principi del Diritto Canonico.

Roma, dal Palazzo della Sacra Congregazione di Propaganda, 5 marzo 1920.

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 9 Marzo 1920, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali e col voto dei Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione ***Preparatoria,*** per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dal Ven. Servo di Dio Giovanni Martino Moye, Sacerdote delle Missioni Estere, Fondatore della Congregazione delle Suore della Provvidenza.

Martedì 23 marzo 1920, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione ***Generale*** dei Sacri Riti, nella quale gli Eoli e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati ed i Consultori teologi componenti la medesima hanno discusso e dato il loro voto dapprima sul dubbio detto del TUTO per la solenne beatificazione dei Servi di Dio Carlo Luanga, Mattia Murumba e Compagni della Uganda, uccisi in

odio alla Fede; e quindi sul dubbio intorno all'eroismo delle virtù esercitate dal Ven. Servo di Dio Antonio Maria Gianelli, vescovo di Bobbio, fondatore della Congregazione delle Figlie di Maria Ssma dell'Orto, in Chiavari.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di Äominare:

2 marzo 1920. Mons. Francesco Cherubini, arcivescovo titolare di Nicosia e Internunzio Apostolico ad Haïti, ***Nunzio Apostolico presso il Regno dei Serbi, Croati e Sloveni.***

5 » » L'Elio sig. Card. Teodoro Valfrè di Bonzo, ***Protettore della Venerabile Arciconfraternita dei Santi Ambrogio e Carlo della Nazione Lombarda, in Moma.***

6 » » L'Emo sig. Card. Teodoro Valfrè di Bonzo, ***Prefetto della Sacra Congregazione dei Religiosi.***

8 » » L' Emo sig. Card. Antonio Vico, ***Protettore delle Cappuccine, di Fabriano.***

11 » » L'Emo sig. Card. Teodoro Valfrè di Bonzo, ***Protettore delle Suore Mantellate, di Pistoia.***

13 » » L'Emo sig. Card. Teodoro Valfrè di Bonzo, ***Protettore delle Suore Benedettine dell'Adorazione Perpetua, di Bonn Endenich.***

lo » » Moas. Ettore Felici, ***Uditore di Nunziatura di seconda classe.***

20 » » L'Emo sig. Card. Antonio Vico, ***Protettore della Congregazione del Santissimo Sacramento.***

» » » L'Emo sig. Card. Michele Lega, ***Prefetto della Sacra Congregazione dei Sacramenti.***

» » » L'Eolo sig. Card. Augusto Silj, ***Prefetto del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.***

29 » » L'Emo sig. Card. Donato Sbarretti, ***Protettore del Collegio Irlandese, in Roma.***

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotari apostolici ad instar participantium :

26 febbraio 1920. Mons. Omero Cloutier, dell'archidiocesi di Québec.

28 » » Mons. Ettore Sanfelice di Acquavella, dell'archidiocesi di Napoli.

4 marzo 1920. Mons. Luigi Paolino, della diocesi di Capaccio-Vallo.
4 marzo » Mons. Giovanni Maiese, della medesima diocesi.
16 » » Mons. Giuseppe Teodoro Eugenio Beniamino Cabanel, della diocesi di Montpellier.

Prelati Domestici di S. S.:

22 febbraio 1920. Mons. Ruggiero Rossetti, di Roma.
27 » » Mons. Antonio Giudice, della diocesi di Girgenti.
3 *marzo* » Mons. Gioacchino Giuseppe Da Silva, della diocesi di Portalegre.
8 » » Mons. Patrizio Kilkenny, dell'archidiocesi di Tuam.
23 » » Mons. Luigi Cavotta, della diocesi di Poggia.

ONORI KICKNZK

Gon Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le segueuii onorificenze :

La Commenda dell' Ordine Piano :

29 febbraio 1920. Al sig. marchese Pietro Pellegrini Quarantotti, Esente della Guardia Nobile.
» » » Al sig. conte Livio Guarini, Esente della Guardia Nobile.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

2 marzo 1920. Al sig. Anselmo Barreto, Presidente della Suprema Corte di Giustizia nel Perù.
22 » » Al sig. marchese visconte Antonio De Paria, dell'archidiocesi di Lisbona.

La Commenda dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

27 febbraio 1920. Al sig. Nicola De Bock, già Segretario della Legazione di Russia presso la Santa Sede.
2 marzo » Al sig. cav. Cesare Elguera, Direttore generale del Ministero degli Esteri del Perù.
» » » Al sig. cav. Vittore Kiefer Marchand, Console della Grecia e di Haïti a Lima.
» » » Al sig. Germano Cisneros Raygada, introduttore dei Ministri presso il Presidente della Repubblica del Perù.
» » » Al sig. dott. Augusto Perez Aranibar, dell'archidiocesi di Lima.
8 » » Al sig. Luigi Capri-Cruciani, della diocesi di Albano.
16 » » Al sig. Giacomo de Gruijter, della diocesi di Bois-le-Duc.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

29 febbraio 1920. Al sig. marchese Luigi Antici Mattei, Cadetto della Guardia Nobile.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

21 febbraio 1920. Al sig. Augusto Gindre, dell'archidiocesi di Reims.
2 marzo » Al sig. Lorenzo Nasi, della diocesi di Mondovì.'
» » » Al sig. Crescente Errazuriz Valdez, addetto alia Legazione del Cile presso la Santa Sede.
» » » Al sig. Enrico Roggero, dell'archidiocesi di Lima.
» » » Al sig. avv. Carlo Arenas y Loayza, della medesima archidiocesi.
8 » » Al sig. Roberto Franceschi, dell'archidiocesi di Firenze.
13 » » Al sig. Martino Gerardo Bervoets, della diocesi di Harlem.
» » » AI sig. Giovanni Antonio Bervoets, dell'archid. di Utrecht.
17 » » Al sig. Girolamo Lega, della diocesi di Faenza.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa :

17 marzo 1920. Al sig. Eberto von Beneckendorff und von Hindenburg, Ministro plenipotenziario.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

24 marzo 1920. Al sig. Uberto Gennaro, dell'archidiocesi di Torino.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

18 marzo 1920. Al sig. Giuseppe Moris, della diocesi di Massa Marittima.

MAGGIOROOMATO DI SUA. SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rina Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

9 luglio 1919. Mons. Ludovico Campi, dell'archidiocesi di Ferrara.
17 novembre » Mons. Venceslao Nejmak, della diocesi di Zytomir.
» » » Mons. Stanislao Yachniewicz, della medesima diocesi.
» » » Mons. Giorgio Zwalinski, della medesima diocesi.

21 febbraio 1920. Mons.
26 » » Mons.
» » » Mons.
» Mons.
» » » Mons.
» » » Mons.
» » » Mons.
» » » Mons.
» » » Mons.
2 morso » Mons.
» » » Mons.
10 » » Mons.
12 » » Mons.
23 » » Mons.

Cameriere Segreto di Spada e Cappa Sopr. di S. S. :

23 febbraio 1920. 11 sig. barone Rodolfo de Twickel, della diocesi di Monastir.

Camerieri d'onore m abito paonazzo di S. S. :

23 agosto 1919. Mons. Oreste Pantalini, dell'archidiocesi di Milano.
3 marzo 1920. Mons. Giuseppe Fatane, della diocesi di Foggia.
18 » » Mons. Giuseppe Fiocchi, di Roma.

Cameriere d'onore di Spada e Cappa soprannumerario di S. S. :

4 marzo 1920. Il sig. Maurizio Beaufaux, dell'archidiocesi di Malines.

NECROLOGIO

5 marzo 1920. Mons. Renato Francesco Renou, arcivescovo titolare di Apamea, già arcivescovo di Tours.
17 » » L'Emo sig. cardinale Filippo Giustini, prefetto della Sacra Congregazione dei Sacramenti.
23 » » Mons. Giuseppe Darian, arcivescovo titolare di Tarso, vicario patriarcale maronita d'Egitto.
29 » » Mons. Nicola Donelly, vescovo titolare di Canea, ausiliare dell'arcivescovo di Dublino.

Annus XII - Vol. XII 1 Maii 1920 Num. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

SACRUM CONSISTORIUM

I. - CONSISTORIUM PUBLICUM

Die 22 aprilis 1920, in palatio apostolico Vaticano, habitum est Consistorium publicum, cuius Acta ex ordine referuntur:

Orationibus Advocatorum Consistorialium pro canonizatione beati Gabrielis a Virgine Perdolente, confessoris, atque beatarum Margaritae Mariae Alacoque et Ioannae de Arc, virginum, Ssmi Domini Nostri Benedicti Papae XV nomine, R. D. Aurelius Galli, litterarum in forma brevi ad Principes secretarius, his verbis respondit:

Quae vos, triplicem causam perorantes, graviter copioseque dixistis, ea beatissimus Pater, cum libenter audierit, vehementer approbat: siquidem egregie confirmari videt quod aliunde compertum sibi erat, beatos caelites Gabrielem a Virgine Perdolente, Margaritam Mariam Alacoque et Ioannam de Arc in omni virtutum genere praestitisse et praestantiam huiusmodi fulgore prodigiorum illustrari adeo, ut eorum iam declarari solemni decreto sanctitatem plane consentaneum et aequum esse intelligat. Cum autem in magnis officii sui muneribus hoc habeat gratissimum, perfectae virtutis consecrare gloriam, tum pergaudet eius rei sibi facultatem in his tribus caelieolis offerri, spectata praesertim condicione temporum. Nam, quando ob tam late diffusam negligentiam et oblivionem vitae sempiternae, tanto vulgo levitas animi et ignavia dominatur, compluribus etiam, in quos suspicio nulla ceciderit, miserabiliter de via decedentibus, num consilio videatur Dei providentis alie-

num, quod in luce orbis terrarum honoretur vel hic adolescens, qui cum se a mundi vanitatibus avertisset, Iesum Christum Crucifixum incredibili alacritate secutus, sexennio non amplius, ad christianae perfectionis fastigium pervenit; vel harum virginum altera quae, ad patriam liberandam divinitus evocata, singularem vitae innocentiam insigni laude fortitudinis cumulavit, quaeque non minus exstitit indignitates perpetiendo, quam magnas res gerendo, admirabilis? Post crudelissimum vero bellum, auctis in immensum hominum miseriis, quibus unice mederi iam queat Cordis Iesu immensa benignitas, nonne, si Margaritae Alacoque nomen creverit, altius per eam insonet illa divina vox et invitatio: ***Venite ad me omnes qui laboratis?*** Sed tamen rei magnitudo Sanctissimum Dominum suadet non ante quidquam decernere quam in Consistorio ***semipublico,*** quod dicitur, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium itemque omnium, quotquot in Urbe propediem aderunt Patriarchae, Archiepiscopi et Episcopi, de more sententias exquirat. Hoc interim spatio ab universis illud expetit pietatis officium ut, humilibus precibus insistentes, optati luminis copiam menti suae a Spiritu Sancto impetrent, scilicet ad id perspiciendum quod et Dei gloriae et Ecclesiae emolumento et animarum utilitati conducat. Haec me beatissimus Pater iussit ad orationes vestras suo ipsius nomine responderem.

Deinde Ssmus Dominus Noster rubro Purpuratorum Patrum galero ornavit Emum IOANNEM SOLDEVILA Y ROMERO, Archiepiscopum Caesaraugustanum, Cardinalem creatum et publicatum in Consistorio diei 15 decembris 1919.

II. - CONSISTORIUM SECRETUM

Eodem die 22 aprilis 1920, Consistorium secretum habitum est, in* quo Beatissimus Pater has, quae sequuntur, ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

Metropolitanae ecclesiae Vallisoletanae praefecit R. P. D. Remigium Gandásegui y Gorrochategui, hactenus episcopum Segobiensem.

Metropolitanae ecclesiae Valentinae, R. P. D. Henricum Reig.y Casanova, hactenus episcopum Barcinonensem.

Cathedrali ecclesiae Barcinonensi, R. P. D. Raymundum Guillame! y Coma, hactenus episcopum Cordubensem.

Cathedrali episcopali ecclesiae Malacitanae, R. P. D. Emmanuelem Gonzalez y Garcia, hactenus episcopum titularem Olimpiensem.

Titulari episcopali ecclesiae Gerasemi, R. P. D. Paulum Iosephum Henricum Nussbaum, hactenus episcopum Corporis Christi.

Cathedrali ecclesiae Crisiensi, R. P. D. Dionysium Nyaradi, hactenus episcopum titularem Abilensem.

Cathedrali ecclesiae Volaterranae, R. P. Raphaelem a S. Iosepho, in saeculo Carolum Rossi, ex Ordine Carmelitarum excalceatorum.

Cathedrali ecclesiae Valentinensi, R. D. Desideratum Paget, vicarium generalem Senonensem.

Cathedrali ecclesiae Guaxupensi, R. D. Ranulphum a Silva Faria, metropolitanae ecclesiae Sancti Salvatoris in Brasilia canonicum.

Cathedrali ecclesiae Bosnensi et Sirmiensi, R. D. Antonium Aksamovic.

Titulari episcopali ecclesiae Mediensi, R. D. Felicem Perroy, deputatum in coadiutorem cum iure successionis Vicarii apostolici Birmaniae meridionalis.

Cathedrali ecclesiae Jassiensi, R. D. Alexandrum Cisar.

Titulari episcopali ecclesiae Olimpiensi, R. D. Iacobum Michaelem Liston, deputatum in coadiutorem cum iure successionis Episcopi Aucopolitani.

Cathedrali ecclesiae Dunedinensi, R. D. Iosephum White.

Titulari episcopali ecclesiae Abilensi, R. P. Ignatium Skanaham, e Congregatione a Spiritu Sancto, deputatum in vicarium apostolicum Nigeriae meridionalis.

Titulari episcopali ecclesiae Europensi, R. P. Aloisium Le Humsec, e Congregatione a Spiritu Sancto, deputatum in vicarium apostolicum Senegambiae.

Titulari episcopali ecclesiae Selgensi, R. P. Raymundum Lerouge, e Congregatione a Spiritu Sancto, deputatum in vicarium apostolicum G-abonensem.

Titulari episcopali ecclesiae Charystiensi, R. P. Aloisium Versiglia, e Societate S. Francisci Salesii, deputatum in vicarium apostolicum de Shiu-Kow.

Titulari episcopali ecclesiae Ombitensi, R. P. Iosephum Mariam Birraux, e Societate Missionariorum Africae, deputatum in vicarium apostolicum Tanganikensem.

Titulari episcopali ecclesiae de Gapharnaum, R. P. Santos ^Ballesteros, ex Ordine Eremitarum Recollectorum S. Augustini, deputatum in vicarium apostolicum Gasanarensem.

Insuper Beatissimus Pater alios etiam, iam renunciatos per Apostolicas sub plumbo Litteras, Sacrorum Antistites publicavit, scilicet:

EPISCOPOS

Domitianopolitanum, Stephanum Zadravetz.

Ganeensem, Eduardum O' Rourke, iam episcopum Rigensem.

Eigensem, Antonium Springowicz.

Deinde Beatissimus Pater sacrum Pallium expostulatum concessit ecclesiis:

Vallisoletanae, Valentinae, Barcinonensi (ex privilegio), ***Volaterranae*** (ex privilegio).

Tandem Sanctissimus Dominus Noster Emo SOLDEVILA Y ROMERO titulum Sanctae Mariae de Populo assignavit.

MOTU PROPRIO

EPISCOPIS B REGULARIBUS ORDINIBUS USUM ROCHETT CONCEDIT

BENEDICTUS PP. XV

Episcopis e regularibus Ordinibus, monachorum scilicet et mendicantium, consuevit Apostolica Sedes postulantibus concedere *rocheti* gestandi facultatem. Nobis autem, occasione sacrorum solemnium, quae appetunt, ob duplicem Canonizationem, placet, uniformitatis quoque gratia, omnes Venerabiles Fratres huius facultatis compotes facere. Quare motu proprio in perpetuum statuimus, ut omnes Episcopi regulares iam nunc rocheto utantur, atque eodem prorsus modo induti incedant ac saeculares Episcopi, salvo nimirum usitato vestimentorum colore et qualitate. Itaque, praeter casus in quibus, iuxta Caeremoniale Episcoporum et Decreta, mozzeta tantum super rocheto, aut mozzeta cum mantelleto gestari debet aut potest, alias, uti omnes Episcopi, semper in hac alma Urbe mantelletum tantum super rocheto gerant: non obstantibus Constitutionibus apostolicis, ceterisque quamvis speciali mentione dignis, in contrarium facientibus quibuslibet.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxv mensis aprilis anno MCMxx, **Pontificatus Nostri sexto.**

BENEDICTUS PP. XV

LITTERAE APOSTOLICAE

I

SANCTUARIUM LOCI « EMMAUS » IN PALAESTINA TITULO AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS HONESTATUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter potiora, quibus Palaestina nobilitatur, sanctuaria, iure meritoque accensendum est illud apud Castellum Emmaus exstructum in domo sancti Cleophae, nimirum in loco ubi, post Eius passionem et mortem, Christus duobus discipulis ambulantibus. in via et de se loquentibus apparuit, seque socium adiungens, Sacrae iis Scripturae aperuit mysteria, et postea, hospitio receptus et inclinato ad vesperam die mensae incumbens, in panis fractione sese illis patefecit, renovato ita SSmae Eucharistiae mysterio. In ecclesiam conversa domus, temporum hominumque iniuria fatiscens, nuper a Fratribus Minoribus instaurata, novo cultu renidet. Continens ecclesiae coenobium exstat et hospitium peregrinis excipiendis, qui potissimum feria secunda post Pascha et die vicesimo quinto mensis septembris turmatim ad sanctuarium confluunt. Romani quoque Pontifices Nostri Decessores singularibus privilegiis atque indulgentiis illud auxerunt. Nunc autem cum dilectus filius Ferdinandus Diotallevi ex Ordine Minorum, hodiernus Custos Terrae Sanctae in Palaestina, Nos supplicibus votis deprecatus sit, ut enunciatum sanctuarium, prouti cohonestata iam sunt alia sanctuaria praecipua Terrae Sanctae, ad titulum et dignitatem Basilicae Minoris evehere dignemur, hasque preces cumulet atque ornet amplissimum commendationis officium dilecti filii Nostri Philippi S. R. E. cardinalis Giustini, Ordinis Fratrum Minorum Protectoris, Nos optatis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Quare, collatis consiliis cum venerabili fratre nostro S. R. E. cardinali Vico, Episcopo Portuensi et sanctae Rufinae, Ss. Rituum. Congregationi Praefecto, auctoritate Nostra apostolica, praesentium vi, sanctuarium apud Emmaus, quod ob memoriam Resurrectionis et mysteriorum Filii Dei Redemptoris magna celebritate pollet, titulo ac dignitate Basilicae Minoris condecoramus, omnibus et singulis honorificentiis et privilegiis illi attributis, quae Minoribus almae huius Urbis Basilicis de iure competunt. Decernentes

praesentes Literas firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die XVII martii MCMXX, Pontificatus Nostri anno sexto.

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Status.***

II

SANCTUARIUM BEATAE MARIAE VIRGINIS DE POUPSIS, VULGO « DI POLSI », IN DIOECESI HIERACENSI, TITULO ABBATIAE NULLIUS DECORATUR, ET RECTORI EIUS PRO TEMPORE CONCEDUNTUR TITULUS ABBATIS NULLIUS, NONNULLA PRIVILEGIA ET FACULTAS SACRAMENTI CONFIRMATIONIS CONFERENDI CERTIS CIRCUMSCRIPTA FINIBUS.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Sanctuarium beatae Mariae Virginis de Poupsis, vulgo ***di Polsi,*** in finibus dioecesis Hieracensis situm, a comite Rogerio Normanno aut a Rogerio I rege exstructum dicitur, postquam, anno MCXLIV, ut litterarum artiumque monumenta et communis fama testantur, laurus, qui a grege longius processerai, deprehensa est eo loco in cruce graeca ferrea, quam e solo ungulis cornibusque emerat, submissis genibus adoranda, et Beatissima Virgo, Infantem Iesum brachio gestans, se conspiciendam illico dedit, aperuitque velle se, in suum et crucis honorem, aedem sacram ibidem excitari. Quae ab initio monachis Basilianis commissa est, qui, cum e Sicilia, qua mahumetani potirentur, ad proximae Calabriae montes confugissent, coenobia haud procul a sanctuario sita incolebant; visum tamen iis est, medio saeculo xiv, coenobium consulto apud sanctuarium aedificare, ut sibi liceret, peregrinis citius aptiusque adesse, qui undique, Reginam Montium veneraturi, eo frequentissimi confluebant. Sanctuarium vero iam a saeculo xv in omni floruisse genere, constat tum e codice vaticano lateranensi an. MCDLXXXII, in quo, ecclesias inter archiepiscopales,

episcopales et abbatiales totius orbis, ecclesia abbatialis Sanctae Mariae de Poupsis, Ordinis sancti Basilii, enumeratur, tum ex Litteris Apostolicis XIV cal. ianuar. an. MCDLXXXVII ab Innocentio Papa VIII datis, quibus abbati sanctae Mariae de Poupsis mandabatur de nonnullis monasteriis eiusdem Ordinis Basiliani monasterio sanctae Mariae de Butramo uniendis. Cum autem, ob rerum temporumque vices, monachi Basiliani saeculo xvi coenobia sua dereliquissent, quorum hodie vix parietinae exstant, sanctuarium Beatae Mariae Virginis de Poupsis cum continentibus aedibus sensim interiturum erat, nisi episcopi Hieracenses, Siculorum Cakbrorumque pietate ac largitate^fulti, illud pro viribus tuendum suscepissent. Iisdem enim Praesulibus auspicibus atque auctoribus, aedes sacra amplificata est et die iv mensis septembris an. MDCCXXXVII consecrata; hospitia episcopis, proceribus, peregrinis excipiendis, instaurata atque aucta; rector sanctuarii constitutus; privatae domus a christifidelibus eius regionis, circum, pietatis causa, exaedificatae ; Beatae Mariae Virginis signum sollemni ritu, die xxx mensis augusti an. MDCCCLXXXI, aurea redimitum corona, et sanctuarium, haud ita multo post, pulchre refectum ornatumque est. Neque Romani Pontifices sanctuarium de Poupsis praeclaris studiosae voluntatis suae testimoniis carere passi sunt. Praeterquam enim quod rec. mem. Pius Papa VI anno MDCCLXXVII illud sacris indulgentiis locupletavit, proximus Decessor Noster Pius Papa X rectores sanctuarii pro tempore, ab episcopis Hieracensibus ad nutum designandos, titulo ac privilegiis Antistitum Urbanorum, durante tantummodo munere fruendis, Litteris Apostolicis die iv mensis maii an. MCMX Piscatoris anulo obsignatis, honestavit atque auxit. Ad Nos vero quod pertinet, postquam, inde ab inito Pontificatu, edocti sumus, eo animorum ardore Galabros Siculosque ad sanctuarium ferri, ut, praesertim mensibus augusto et septembri, nulla deterriti itinerum diuturnitate atque asperitate, illuc ingenti numero concurrant neque ante abeant quam animos rite expiaverint novoque aestu caritatis incendermi, et cum persuasum Nobis fuerit, in eiusmodi peregrinationibus mirabilem inesse vim ad christianas virtutes in popularibus utriusque regionis firmandas atque augendas, non modo, quantum tempora siverunt, necessitatibus sanctuarii prospeximus, sed etiam dilectum filium Nostrum Philippum S. R. E. Cardinalem Giustini, immatura morte Nobis Ecclesiaeque nuper praereptum, Patronum seu Protectorem sanctuario destinavimus, qui eius utilitates ac iura apud Apostolicam hanc Sedem proveheret ac tueretur. Sed videmur rem facturi esse, cum aedis sacrae decori congruentem, tum peregrinis ad eam confluentibus perutilem, si, vetusto abbatiali titulo restituto, sanctuarii rectorem facultate sacra-

menti Confirmationis conferendi auxerimus, cum sacramentum hoc pueris ibidem administrari ante actis aetatibus soleret, et episcopi Hieracenses nequeant eo accedere, nisi forte die tantum tertio mensis septembris, quo die sollemnia Beatae Mariae Virginis de Poupsis peraguntur. Itaque motu proprio, certa scientia et matura deliberatione Nostris, apostolica Nostra auctoritate, haec quae sequuntur decernimus: I. Sanctuario Beatae Mariae Virginis de Poupsis, vulgo ***di Polsi,*** in dioecesi Hieracensi, titulum abbatiae ***Nullius*** denuo concedimus seu restituimus, incolumi tamen in perpetuum plena et immediata iurisdictione Episcoporum Hieracensium in paroeciam ac sanctuarium de Poupsis. II. Rector sanctuarii pro tempore, ab Episcopo Hieracensi, uti antehac, ad nutum designandus et deligendus, durante munere, titulo abbatis ***Nullius*** fruatur; in ecclesia, et in pompis in vicinia forte peragendis, insignibus pontificalibus uti possit, exceptis throno ac baldachino et baculo, et ius habeat ibidem divina pontificali ritu, ad faldistorium, celebrandi, absente tamen, vel praesente et consentiente Ordinario Hieracensi; crucem autem pectoralem, anulum cum gemma ac pileolum violaceum poterit ubivis licite deferre, ad normam can. 325. III. Rectori sanctuarii pro tempore seu abbati de Poupsis facultas esto sacramenti Confirmationis in sua ecclesia conferendi, absente, vel praesente et consentiente Episcopo Hieracensi, dummodo tamen accedat mandatum Ordinarii confirmandorum. Ordinarii vero poterunt eiusmodi mandatum abbati de Poupsis aut dare, tamdiu duraturum, quamdiu eius munus manebit, et successori renovandum quoties abbas decedat vel ab officio removeatur, aut concedere, si maluerint, pro singulis casibus. IV. Abbas de Poupsis confirmationem ne conferat pueris septennio minoribus, aut doctrina christiana haud satis imbutis, nisi quos forte Ordinarius proprius, authenticis Litteris datis et abbati exhibendis, ab alterutra vel utraque condicione dispensaverit; praeterea ne iis quidem pueris conferat, qui careant authentico parochi sui testimonio, unde constet de eorum baptismo, aetate, domicilio et sufficienti in christiana doctrina institutione. V. Abbas, ad normam can. 798 et 799, confirmationes a se collatas in peculiari regesto rite inscribat, subiiciendo, uti cetera sanctuarii regesta, visitationi Ordinarii Hieracensis; et testimonium authenticum collatae confirmationis ad parochos singulorum confirmatorum transmittat vel tuto transmittendum curet. VI. Si abbas de Poupsis sine Ordinariorum mandato confirmare eorum dioecesanos praesumpserit, collatio erit invalida, et ad normam can. 2365 confirmandi facultate eo ipso privatus exsistet; si vero ea illicite neglegat quae nn. IV et V praescribuntur, Ordinarii, secundum can. 784, expresse vetent ne subditi sui

ab abbate confirmentur, idest mandatum ne concedant, aut concessum revocent, et Apostolicam Sedem de re moneant. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum plene suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuslibet.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die VIII mensis aprilis anno MCMXX, Pontificatus Nostri sexto.

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Status.***

III

A VICARIATU APOSTOLICO DE GANTON IN SINIS SEPARATUR PARS SEPTENTRIONALIS, EAQUE ERIGITUR. IN VICARIATUM APOSTOLICUM DE SHIU-KOW APPELLANDUM.

BENEDICTUS PP. XV

Ad futuram rei memoriam. — Cum, opitulante Deo, feliciter evenerit ut fidelium numerus, potissimum postremis hisce annis, increverit in Vicariatu Apostolico de Canton in Sinis, ita ut Evangelici operarii illius Missionis, e Societate Parisiensi pro Missionibus Exteris, impares essent ad omnia sua munera obeunda in vastissimo territorio sibi concredito, Vicarius Apostolicus venerabilis frater Ioannes Baptista de Guebriant per Congregationem de Propaganda Fide rogatus est, ut aliquem districtum adsignaret Presbyteris Piae Societatis sancti Francisci Salesii a venerabili Bosco. Vicarius autem dicto audiens partem Septentrionalem illius Vicariatus, quae saeculo xvi exeunte fidem christianam receperat ab illustri Patre Matthaeo Ricci Societatis Iesu, adsignavit praedictis Missionariis a sancto Francisco Salesio, qui, initio anni MCMXVIIT illuc profecti, sub iurisdictione eiusdem Vicarii Apostolici ministerium ecclesiasticum exercere iniverunt. Nunc vero quum iam res christiana eo feliciter adducta sit in praefata regione, ut nihil deesse videatur ad separatam Missionem in eo constituendam, Nos, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, haec quae

infra scripta sunt decernimus, statuimus ac mandamus. Nimirum Apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi, a Vicariatu Apostolico de Ganton in Sinis, Societati Parisiensi pro Missionibus Exteris concredito, separamus memoratam partem septentrionalem, undecim sub-Praefecturas Supraintendentiae de Nin-nam-tao complectentem, cuius fines sunt: ad meridiem Vicariatus Apostolicus de Canton, ad occidentem Vicariatus Apostolicus de Tuang-si, ad septentrionem Vicariatus Apostolicus de Hunan meridionali, denique ad orientem Vicariatus Apostolicus de Kiang-si meridionali. Hanc autem partem, ita a Vicariatu de Canton seiunctam, sive dismembratam, in Vicariatum Apostolicum erigimus^, ab urbe principe de Shiu-Kow nuncupandum et Piae Societatis sancti Francisci Salesii a venerabili Bosco curis tribuendum. Hanc porro dismembrationem a Vicariatu de Canton et erectionem novi Vicariatus de Shiu-Kow fieri declaramus de pleno consensu sive Rectoris maioris Societatis sancti Francisci Salesii, sive Superioris Seminarii Parisiensis pro Missionibus Exteris, qui per huiusmodi separationem atque erectionem supremo animorum bono consulere optarunt. Haec mandamus, praecipimus, statuimus non obstantibus super editis sanctionibus, constitutionibus et ordinationibus apostolicis, speciali licet atque individua mentione ac derogatione dignis in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die ix aprilis MGMXX, Pontificatus Nostri anno sexto.

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Stcvtus.***

EPISTOLA

AD R. P. SILVIUM A S. BERNARDO, SODALIUM PASSIONISTARUM PRAEPOSITUM GENERALEM, ALTERO EXEUNTE SAECULO A SODALITATE CONDITA.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Optimo sane consilio, datis ad universos sodales tuos litteris, sacras tu supplicationes indixisti ob memoriam iterum saecularem sodalitatis conditae solemni ritu celebrandam; nimirum ut et beneficia recolentes, a Deo in vos usque adhuc profecta, debitas ei grates persolveretis, et maiorum vestrorum laudes sancteque gesta recordantes, ad eorum imitationem, tamquam renovatis animis, niteremini. Etenim divinae bonitatis praeclara exstiterunt

erga istum Ordinem, maxime sub initium, documenta, cum Dominus Iesus, non semel Castellatii cellulam invisens, ubi parens et legifer vester sese abdiderat, mentem animumque eius singulari sui cognitione et amore ad mysterium Crucis praedicandum conformavi!, cumque beatissima Iesu Mater, cui quidem nihil tam est cordi, quam Filium suum pro nobis Crucem passum a nobis diligi, Paulo, ad vestram similitudinem atrata, humanissime se conspiciendam dedit, aperte ostendens ipsum eiusque alumnos in peculiarium clientum loco se habere. Hoc auspice et hac patrona, sodalitas, mirum non est, si brevi, maturitatem suam adepta, eorum coepit sodalium copia florere qui bonum Christi odorem longe lateque diffunderent. Luce clarior est in omni virtutum genere praestantia vestri conditoris : cui verissime dixeris Pauli nomen adhaesisse, cum is in Iesu Crucifixo vel adamando vel praedicando illi Gentium Apostolo vix aut omnino non cessisse videatur. Praeterea qui Passionis institutum primi professi sunt, non ii se sanctissimo magistro indignos praestiterunt, quin imo complures ex iis, tum innocentissimae vitae exemplo tum apostolatus ardore, innumerabiles Christo animas lucratos accepimus. Eminet in hoc numero venerabilis ille Vincentius Maria Strambi, quem ipse vestrae disciplinae auctor tanti fecit, ut eum potissimum voluerit sibi adesse morienti, quique primariis in Sodalitate muneribus sancte perfunctus, sacras postea Ínfulas magnis virtutibus illustravit. Quae sanctimoniae laus cum deinceps in sodalibus a Passione profecto non desiderata sit, nemo ignorat quam insignis ea et splendida fuerit, ut alios omittamus, in venerabili Dominico a Matre Dei, cuius praesertim studio constantiaque mirabili factum est, ut oriretur is, qui feliciter perseverat, motus Anglorum ad Ecclesiae matris male desertae sinum redeuntium. Recentior autem ac paene huius temporis est vester ille christianae perfectionis flosculus, qui mox in albo sanctorum adscribendus est, Gabriel a Virgine Perdolente, ex cuius incremento honoris propria quaedam causa nascitur Ordini vestro gloriandi. Hunc enim scimus ad fastigium sanctitatis non alia via, quam regularis disciplinae observantia pervenisse, ut appareat absolutissimam virtutum scholam in isto, quo utimini, vitae instituto vobis patere. - Iam id ipsum est argumento vigere etiamnum apud vos ***spiritum bonum*** a legifero patre vobis traditum : quod Nos equidem valde gratulamur. Sed hanc pulcherrimam haereditatem ut hodie integram conservetis, quanta vobis vigilantia quantaque contentione animi opus est. Inimicissima, siqua unquam, humilitati poenitentiaeque christianae, in quibus praecipue vestra vivendi ratio consistit, haec sunt tempora; superbia enim vitae et inexplebilis voluptatum sitis usque quaque domi-

natur adeo ut, tamquam corrupto eo, qui circumfusus est aër, difficile sit vel religiosis cordibus nihil de huius pestilentiae contagione concipere. Accessit postremo ad mores amplius labefactandos immane bellum, cuius necessitas non paucos e sacris claustris extraxit in aciem, periculisque omne genus eorum virtutem obiecit. - Vos igitur, de communi non minus quam de vestra salute solliciti, omnem dabitis operam, ut ad amorem Crucis Christi et ipsi magis magisque renovemini, et alios etiam, voce exemploque vitae, quam plurimos possitis, excitetis. Ad utramque rem autem plurimum profutura arbitramur ista, quae appa ratis, sacra solemnia: quorum Nos de sanctae Ecclesiae thesauro, Nobis divinitus commisso, fructum sumus et dignitatem libentissime aucturi. Itaque pro Apostolica potestate damus, ut, ubicumque apud vos, vertente anno, ob huius fauste facti commemorationem, publica aliqua supplicatio fiat, quisquis vestras vestrarumque monialium sacras aedes invisent, ***plenariam*** peccatorum suorum veniam, usitatis condicionibus, a Deo impetret. Item domorum vestrarum praepositis facultatem facimus, cuilibet sacrorum antistiti vel sacerdoti delegandam si velint, Papalis benedictionis ea ipsa die populo tribuendae. Divinorum vero auspicem munerum, quae Nos ex animo vobis precamur uberrima, eamdemque paternae Nostrae benevolentiae testem, tibi, dilecte fili, omnibusque sodalibus et monialibus a Passione apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xi mensis aprilis MCMXX, Pontificatus Nostri anno sexto.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

I

DECRETUM

CIRCA AUTHBNTIAM MOSAICAM PENTATEUCI

Quaesitum est ab hac Suprema Congregatione Sancti Officii: « Utrum « doctrina circa authentiam mosaicam Pentateuci, nuper exposita in « opere: ***Dictionnaire apologétique de la foi catholique,*** an. 1919, fase. XV, « sub titulo: ***Moïse et Josué;*** nec non in ***Revue du Clergé français,*** XCIX «(I° sept. 1919), pag. 321-343, sub titulo: ***Moïse et le Pentateuque,*** tuto « tradi possit ».

Et in generali consessu habito feria iv, die 21 aprilis 1920, Emi ac Rmi Domini Cardinales in rebus fidei et morum Inquisitores Generales, praehabito DD. Consultorum voto, respondendum decreverunt: ***Negative.***

Insequenti vero feria v, die 22 eiusdem mensis et anni, Sanctissimus D. N. Benedictus divina Providentia Papa XV, in solita audientia R. P. D. Assessori S. Officii impertita, relatam Sibi Emorum et Rmorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et evulgandam praecepit.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 23 aprilis 1920.

A. Castellano, ***S. C. S. Off. Notarius.***

II

DECRETUM

DAMNANTUR OPERA OMNIA AUCTORIS VULGO « GUIDO DA VERONA »

Feria IV, die 21 aprilis 1920

In generali consessu Supremae S. Congregationis S. Officii Emi ac Rmi Domini Cardinales fidei et moribus tutandis praepositi proscripserunt, damnaverunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserenda mandarunt

auctoris vulgo ***Guido da Verona*** opera omnia. "

Suprema S. Congregatio S. Officii

Et insequenti feria v, die 22 eiusdem mensis et anni, Sanctissimus D. N. Benedictus divina Providentia Papa XV, in solita audientia R. P. D. Assessori S. Officii impertita, relatam sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicandam iussit.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 23 aprilis 1920.

A. Castellano, *'S. G. S. Off. Notarius..*

SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

DECRETUM

DE DISCIPLINARI ORDINE A CAPITULO ET CLERO BASILICAE S. NICOLAI BARENSIS SERVANDO.

Il S. Padre Benedetto XV, nella sua sollecitudine pel bene delle anime e pel decoro delle sacre funzioni nella casa di Dio, tutto ben ponderato, ed avuto il voto degli Eíñi Cardinali della S. Congregazione Concistoriale, ha creduto opportuno,- per ora e fino a nuova disposizione, di avocare immediatamente a sè, e col presente decreto avoca nel modo predetto a sè, la giurisdizione ordinaria sulla basilica di S. Nicola di Bari e sul clero alla medesima ascritto.

In forza di che:

1. La detta basilica sarà immediatamente soggetta alla Santa Sede e sarà esente dalla visita e dalla giurisdizione dell'Ordinario locale, per tutto ciò che riguarda l'interno ordinamento per il servizio del culto e per la sua amministrazione temporale.

2. Il Gran Priore godrà dell'esenzione non solo locale nella sua dimora nell'ambito della basilica, ma anche personale, come godono i superiori regolari dall'Ordinario diocesano.

3. Il resto del clero godrà della esenzione locale, se e fino che dimora nell'ambito della basilica: fuori di essa sarà soggetto all'Ordinario diocesano locale per tutto ciò che riguarda la disciplina ecclesiastica;'così che se alcuno per qualche colpa venisse ad esser colpito-

di qualche pena, il Gran Priore, debitamente avvertito, dovrà entro la Basilica osservarne e farne osservare le disposizioni, fino a che detta pena non sia stata nei debiti modi di diritto revocata annullata od espiata.

4. Il Gran Priore avrà la cura delle anime col diritto dell'amministrazione dei sacramenti, eccetto il matrimonio, entro l'ambito della basilica per tutti gli adcletti al santuario, che abitualmente abitano nei locali annessi, siano essi ecclesiastici o secolari, e pei loro ospiti, con diritto anche dei funerali, se ivi decedessero.

Sono esclusi da questo privilegio gli inquilini degli appartamenti che, sebbene uniti alla basilica, fossero affittati ad estranei non inservienti alla basilica.

Come avente cura d'anime il Gran Priore dovrà tenere i libri parrocchiali, eccetto che pel matrimonio: e pel matrimonio, se accada fra gl'inservienti della basilica, gli atti dovranno compiersi dai parroco delia sposa, o da quello della Cattedrale di Bari.

5. Il Gran Priore potrà autorizzare a confessare ed a predicare nella sua chiesa, quelli che abbiano già ricevuto la pagella di confessori e di predicatori dall'Ordinario di Bari, in conformità al diritto comune ed alle recenti disposizioni generali.

Si esorta pertanto il clero addetto alla basilica a munirsi di dette facoltà, facendo gli esami prescritti. E si raccomanda al Gran Priore di introdurre nella basilica la spiegazione domenicale del Vangelo, le predicazioni dell'Avvento, della Quaresima ed altre di comune uso nella Chiesa, e di stabilire confessori fìssi, preferendo in tali ministeri il clero di detta basilica, quando ne sia debitamente approvato.

6. In occasione di pellegrinaggi, o di gran concorso di fedeli nel tempio, il Gran Priore potrà, ***ad modum actus e*** per quell'occasione, autorizzare alle confessioni i sacerdoti estranei, che si presentassero con la pagella di confessori del proprio Ordinario.

7. Ai sacerdoti della sua basilica potrà dare le testimoniali ***de vita et moribus,*** ed anche le ***discessoriali,*** onde possano essere ammessi a celebrare altrove.

8. Venendo nominato alcuno canonico o cappellano di S. Nicola, prima di ascriverlo alla chiesa e dargli l'istituzione nel beneficio, il Gran Priore dovrà chiedere le testimoniali del suo Ordinario e regolarsi in conformità delle medesime secondo il disposto dei Sacri Canoni.

E se il nominato sia non diocesano di Bari, il Gran Priore, ricevute le testimoniali di cui sopra, dovrà renderne consapevole l'Ordinario di Bari.

9. Il Gran Priore potrà disporre e prescrivere quanto, in conformità ai sacri Canoni, è necessario od opportuno per l'ordine del servizio divino ed il tempo delle sacre funzioni nella basilica, e per la disciplina del clero alla medesima addetto. Ed egualmente nell'ambito delia basilica e per le mancanze più lievi potrà infliggere proporzionate pene; anzi, se fosse necessario, potrà anche sospendere ***a divinis,*** sia per ragione di censura contro i contumaci, sia per ragione di pena; ma ***ad breve tempus;*** e in ambo i casi avvertirà tanto l'Ordinario di Bari, quanto la S. Congregazione Concistoriale. Per le mancanze più gravi dovrà deferire la cosa alla Santa Sede.

10. Il Gran Priore ordinerà al Capitolo di redigere entro sei mesi i suoi statuti pel servizio corale e per l'ordine delle sacre funzioni, in conformità alle nuove disposizioni del diritto, che egli approverà con la sua autorità, dopo avere ottenuto il ***nulla osta*** dalla Santa Sede.

11. Tenendosi il sinodo diocesano, il Gran Priore col suo clero dovranno prendervi parte.

12. Per il ***Memento, le*** Collette solite a recitarsi nella Messa e nelle sacre funzioni, per le novene ed altre pubbliche preghiere indette per tutta la diocesi di Bari, il Gran Priore ed il Capitolo di S. Nicola, debitamente avvertiti, non mancheranno di uniformarsi al prescritto comune.

13. Dovrà il Capitolo intervenire alle processioni pubbliche generali, prendendo il primo posto dopo il Capitolo Cattedrale. Il Gran Priore'però, tanto ***sede piena*** quanto ***sede vacante,*** potrà dispensarsi dall'intervento.

14. Gli olì santi dovranno dal Gran Priore e dal Capitolo di S. Nicola esser presi dalla Cattedrale, anche durante la Sede Arcivescovile vacante.

15. Il Gran Priore dovrà ogni quinquennio, computando dal 1921, fare la visita pastorale della sua chiesa e del suo clero e darne rapporto alla S. Congregazione Concistoriale, salvo il diritto della Santa Sede di inviare un suo delegato per la visita medesima.

16. Il Gran Priore curerà che nella basilica si faccia il catechismo pei suoi dipendenti; e, previo consenso con l'Arcivescovo, potrà accettarvi anche gli estranei ed ammettere i fanciulli alla prima Comunione.

Roma, nella festa di S. Nicola di Bari, 6 dicembre 1919.

83 C. CARD. DE LAI, Vescovo di Sabina, ***Segretario.***

L. rB S.

f V. Sardi, Arciv. tit. di Cesarea, ***Assessore.***

II

GORRIENTENSIS

DIFFAMATIONIS

In causa, quam Sac. Leonardus Ayala contra Episcopum Corrientensem instituit, et de qua, ut Iudex a Sancta Sede delegatus, vidit ac die 10 decembris 1917 sententiam primi gradus tulit R. P. D. Abel ßazan, Episcopus Paranensis, Sanctissimus Dominus Noster Benedictus Pp. XV, appellante Episcopo Corrientensi, utpote a memorata sententia gravato, deputavit ad videndum et ad definitivam sententiam in gradu appellationis ferendam peculiarem coetum seu Commissionem Cardinalium Sacrae Congregationis Consistorialis, nimirum C. De Lai, B. Pompilj, R. Merry dei Val, P. Gasparri, C. Bisleti. Qui, die 26 martii 1920, in Aedibus Vaticanis legitime, prouti de more, congregati, ad dubium : ***An sententia primi gradus, de qua quaestio, sustineatur,*** visis universis processualibus actibus, prae oculis habitis defensionalibus scriptis a RR. DD. Americo Bevilacqua, archiepiscopo titulari Scythopolitano, et Francisco Solieri, S. R. Rotae Auditore, priore qua defensore Sac. Ayala, altero qua defensore Episcopi Corrientensis, invocato divino Nomine et omnibus mature perpensis, unanimi voto hanc definitivam sententiam tulerunt: ***Sententiam primi gradus nulla ex parte sustineri.***

Sanctissimus Dominus Noster autem in audientia eiusdem diei, infrascripto Cardinali concessa, sententiam Commissionis Emorum Patrum ratam habuit et confirmavit.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 26 aprilis 1920.

}$f C. CARD. DB LAI, Ep. Sabinen., ***Secretarius.***

L. « S.

f V. Sardi, Archiep. Caesarien., ***Adsessor.***

HI

DESIGNATIO ORDINARIORUM PRO APPELLATIONE IUXTA CAN. 1594, § 2

Iuxta can. 1594, § 2, ***Codicis Iuris Canonici*** pro appellatione:

Rmus Archiep. Bononiensis designavit Ordinarium Ferrariensem;
» » Rheginensis, Ordinarium Hieracensem ;
» » Rhedonensis, Ordinarium Venetensem;

Rmus Archiep. S. Iacobi de Cile, Ordinarium de Serena;
» » Salernitanus, Ordinarium Amalphitanum;
» » Firmanus, Ordinarium Asculanum in Piceno;
» » Beneventanus, Ordinarium S. Agathae Gothorum;
» » Mechliniensis, Ordinarium Gandavensem;
» » Rhemensis, Ordinarium Suessionensem ;
» » Pragensis, Ordinarium Olomucensem ;
» » Bostoniensis, Ordinarium Neo-Eboracensem;
» » de Linares, Ordinarium Mexicanum ;
» » Bracharensis, Ordinarium Portugallensem.

Quas designationes Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV approbare dignatus est.

Romae, ex aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 12 aprilis 1920.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

VERONEN. ET ALIARUM

IN DITIONE VENETA

IURISPATRONATUS POPULARIS

14 februarii 1920

SPECIES FACTI. - In ditione Veneta complures sunt paroeciae iurispatronatus laicalis, seu potius praesentationis popularis, quum omnes familiae, quaeque per suum ***caput*** repraesentatae, illud exerceant celebratis comitiis ad suffragium ferendum ; ex antiqua tamen^onsuetudine in eadem ditione prouti in plurimis Austriae et Germaniae regionibus inolita, legibusque civilibus recepta (cf. v. gr. ***Regolamento 15 maggio 1804; circolare 13 maggio 1818,*** apud Saredo, ***Cod. eccles, del regno d'Italia,*** III, p. 1167), etiam paroeciae iurispatronatus laicalis, absque ulla exceptione, sive regium, sive populare, sive privatum illud ius sit, subiiciuntur legi concursus (cf. etiam ***Goncordien.,*** 18 iun. 1916; ***A. A. S.,*** VIII, 271), ita quidem ut in casu iurispatronatus popularis, habito prius auctoritate Ordinarii loci experimento, omnium nomina qui idonei renunciantur, proponantur in comitiis postea celebrandis, ut ex his per suffragia seligatur cui ab Ordinario danda sit institutio.

Promulgato nuper ***Codice Iuris Canonici,*** in quo, can. 1452 de his electionibus ita cavetur : « Electiones ac praesentationes populares, sicubi

« vigent, tolerari ***tantum*** possunt si populus clericum seligat inter ***tres*** ab « Ordinarii loci ***designatos*** », ansam nonnulli sumpserunt ad effugiendam concursus subeundi obligationem ; praetendentes Episcoporum deinceps esse absque praevio concursu ***ternam*** - ut aiunt - popularibus suffragiis proponere, et, postea, electum examini subiicere ut de ipsius idoneitate constaret. Nova haec quae proponebatur agendi ratio a fere omnibus Venetis Ordinariis reiicienda visa est; nonnullis tamen arrisit, hac praesertim de causa, quia incommodum levare videbatur facile exoriturum si ex concursu nonnisi ***unus*** idoneus renunciaretur. Hoc enim in casu, sane non infrequenter accidebat renunciatum in comitiis maiore ex numero suffragiorum reiici ; quo pacto difficilior evadebat vacantis paroeciae provisio, quum novus concursus indicendus esset, novique expectandi concurrentes, quorum nomina in novis comitiis proponerentur. Et quum huiuscemodi casus iam semel iterumque in Veronen. et Utinen. dioecesibus contigisset, ubi, nolentibus ceteris clericis concursus obligationem subire, nonnisi unus fuit utrimque oppositor, in comitiis reiectus, Emus Cardinalis Patriarcha Venetiarum aliique Ordinarii rei consulendum duxere, proposito huic S. Congregationi dubio: « An sustineri « possit inolita praxis providendi paroeciis iurispatronatus in casu ».

ANIMADVERSIONES. - Plane notissimum et evidens est in cunctis Codicis canonibus qui de iure patronatus agunt, alienum prorsus ab hoc instituto animum Legislatorem manifestasse; hic enim dum in posterum quodlibet ius patronatus quocumque titulo constitui vetuit (can. 1450), dum immo et in praesenti constitutorum resolutionem impense sollicitavit, saltem quoad praesentandi ius (can. 1451), solummodo necessitati graves perturbationes de vitandi, ac non laedendi iura iam quaesita, in hoc instituto adhuc ferendo et tolerando cessisse videtur, quin tamen abstineret a plurimis cautionibus et restrictionibus sanciendis, ut, quo melius fieri posset, quodlibet detrimentum libertatis Ecclesiae praecaveatur. Quamobrem nihil in iure certius hodie apparet, quam, in tota hac re de iurepatronatus, strictissimam interpretationem esse faciendam, eamque amplectendam in singulis dubiis rationem, quae magis libertati Ecclesiae et animarum saluti consulit.

At vero, in casu, interpretatio quae solveret ius patronatus populare a necessitate praevii habendi concursus, sicubi haec necessitas vigeat, esset profecto ***ampliativa*** iuris patronatus ipsius prouti in praesenti est: ideoque a priori reiicienda apparet. Consideratio autem vel solius can. 1452 idipsum suadet: manifestum enim est eodem canone temperatum et coarctatum fuisse ius patronatus populare, ut antea

vigebat: nam in iuspatronatus laicali, in arbitrio est patroni ***quem velit*** praesentare, dummodo iure communi aut particulari non impeditum (Wernz, ***Ius decret., U,*** 827, IV); quae norma, quum hucusque vigeret etiam in iurepatronatus populari, incommodis innumeris occasionem praebebat, propter effrenatam libertatem populi, cuius « quot capita tot sunt sententiae », suffragium dandi cui clerico quisque vellet. Hinc merito, in his rerum adiunctis, haec coarctatio inducta est, ut nonnisi inter ***tres ab Ordinario designatos*** optio daretur eligendi: quae intentio ***restrictiva*** ceteroquin apertissima est vel ex verbis exclusivis in canone occurrentibus: ***Sicubi vigeant tolerari tantum possunt si,*** etc., quae omnem ***contrariam*** consuetudinem, in iis quae descripsimus rerum adiunctis, plane excludunt ac reprobant. Verum ubi coarctatio huiuscemodi iam locum obtinuerat, ut in casu, per necessitatem seligendi inter eos tantum qui ex praevio concursu renunciarentur, quae immo coarctatio ***gravior*** proculdubio apparet ea quae canone statuitur, illa est retinenda, quia talis consuetudo, per quam finis lege intentus pariter immo certius obtinetur, potius legi consentanea quam contraria censenda est. Designatio videlicet candidatorum qui suffragiis proponendi sint, dicitur facienda ab Ordinario, pro suo arbitrio, ***ubi desit,*** non vero ubi, absque ministerio Ordinarii, ***vi concursus*** iam facta adsit. Nec refert in can. 1452 nullam mentionem fieri concursus: primum, quia canon iste agit de ***beneficiis*** in genere, non de solis paroeciis; secundo, quia Codex prospicit universo orbi catholico, lex autem concursus ***pro paroeciis*** non viget nisi in nonnullis regionibus (cf. can. 459, § 4): quamobrem nulla necessitas erat recolendi in canone concursus legem.

Ceterum hic quoque canon concordari debet cum explicito praescripto can. 1462 edicentis: « Si ecclesiae vel beneficio provideri debet « per concursum, patronus, ***etiam laicus,*** non potest praesentare nisi « clericum legitime ex concursu probatum »: nulla enim fit in hoc canone distinctio patroni laicalis, sive is rex, sive populus, sive privatus homo sit. Quamobrem, si ex rigore iuris procedere velimus, atque canoni 1452 uti ***generi,*** aptare can. 1462 uti ***specificam*** differentiam, dicendum tandem esset « electiones et praesentationes ad beneficia ***quibus provideri debet « per concursum,*** sicubi vigent, tolerari tantum posse si populus cleri« cum seligat inter tres ***ex concursu probatis*** ab Ordinario loci desi« gnatos », quo pacto restrictio iurispatronatus popularis gravior etiam in casu evaderet, atque ea quae in praesenti viget. Sed ambigendum videtur utrum id in bonum animarum quod celeriorem postulat provisionis expeditionem, cederet, cui vel praesens praxis, ut in facti specie enarratur, quamdam difficultatem parat. Consultius apparet et Legisla-

toris menti magis consentaneum utrumque Codicis praescriptum separatim considerare, nec praescriptum can. 1452 urgere, ubi, prouti in casu, finis lege intentus satis obtinetur sola observantia can. 1462.

Demum, quidquid de canonis 1452 in casu vi et potestate foret edicendum, res considerari quoque potest sub mero aspectu consuetudinis, seu legis particularis, Codici tamen non contrariae, uti vidimus, ad normam can. 30: haberi in casu consuetudinem ultra centenariam manifestissimum est, sive ex concordi Episcoporum testimonio, sive ex allatis documentis; leges potestatis civilis desuper latae a. 1804 et 1818, quibus inolitus iamdudum mos supponitur, rei saltem testimonium suppeditant. Hanc vero consuetudinem in casu vim legis habuisse, ad effectum definite imponendi concursum, liquet, sive ex doctorum sententiis (De Angelis, in tit. ***De consuet.,*** n. 12; Gennari, apud ***Monit. Eccl.,*** III, I, p. 103; Sebastianeiii, ***Praelectiones,*** tom. I, pag. 48) sive ex natura rei, cum agatur de consuetudine vergente in bonum Ecclesiae, quae propterea ab ipsa Apostolica Sede commendata nonnumquam et insinuata fuit (cf. v. g. Litt. Secret. Status ad Archiepiscopum Friburgen. 30 sept. 1859 in ***Raccolta di Concordati,*** pag. 908 sq.). Nihil igitur prohibere videtur, multoque minus Codex, quominus ea consuetudo retineatur; nec ad rem necessarium est confugere ad ea quae ulterius Ordinarii testantur: « disturbare un tale possesso immemorabile sarebbe lo stesso che met- « tere a soqquadro ogni cosa e dare occasione a lotte non sempre di « semplici parole »; quae ratio a lege admittitur (cfr. can. 5) etiam ad ferendas consuetudines Codici ***contrarias,*** qui casus noster non est.

Concludendum itaque videtur nihil innovandum in casu, legemque concursus ad normam can. 1452 esse urgendam quoad ***omnes*** qui beneficia paroecialia de quibus agitur, assequi velint; qua posita obligatione, incommodum in factispecie enunciatum suapte evanescet, aut certe, quin nova edita lege ingravescat, imminuetur.

Quare, etc.

RESOLUTIO. - In plenario conventu habito die 14 februarii 1920 in Palatio Apostolico Vaticano Emi Patres S. Congregationis Concilii proposito dubio respondendum censuere:

Affirmative.

Quam resolutionem, referente infrascripto S. Congregationis Secretario, in Audientia subsequentis diei, Ssmus Dnus Noster Benedictus Div. Prov. Pp. XV approbare et confirmare dignatus est.

I, MORI, ***Secretarius.***

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

SSmus Dnus Noster Benedictus PP. XV, S. Congregationis de Religiosis decretis, harum, quae sequuntur, religiosarum Congregationum ***Constitutiones definitive approbavit,*** scilicet:

28 februarii 1920. — Instituti Sororum Tertii Ordinis Servorum Beatae Mariae Virginis, quas vocant ***Mantellatas,*** cuius domus princeps Pistoriae sita est ^ »,

— Instituti P'iliarum a Sacratissimis Cordibus Iesu et Mariae Ianuensem, vulgo ***Bavasco*** nuncupati, cuius domus princeps Ianuae sita est.

— Instituti Sororum, quae vulgo appellantur ***Figlie povere di San Giuseppe Calasanzio,*** cuius domus princeps in civitate Florentina sita est. e

— Instituti Sororum a S. Ioseph, Beatae Mariae Virginis Sponso, vulgo ***Suore Giuseppine del Messico,*** nuncupati, cuius domus princeps Mexicopoli sita est.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIONES

Brevibus Apostolicis nominati sunt:

5 martii 1920. — Vicarius apostolicus de Méndez ac Gualaquiza in Republica Aequatoriana R. D. Dominicus Comin, e Societate sancti Francisci Salesii.

— Vicarius apostolicus de Kamsu Septentrionali in Sinis R. D. Godefridus Frederix, e Congregatione Cordis Immaculati Beatae Mariae Virginis de Scheut.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

VICARIATUS APOSTOLICI UGANDEN.

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII VENERABILIUM SERVORUM DEI CAROLI LWANGA, MATHTAE MURUMBA ET SOCIORUM VULGO « DE UGANDA ».

SUPER DUBIO

An, stante approbatione martyrii et causae martyrii, nec non dispensatione a signis seu miraculis, tuto procedi possit ad solemnem praefatorum Venerabilium Servorum Dei Beatificationem?

Sancta mater Ecclesia, quae felicem suum tunc sortita fuit natalem, quum, cruci affixus, divinus moriebatur eius Conditor, suumque infiniti pretii, pro redemptione mundi, effundebat sanguinem, aequum iustumque profecto erat, ut, nonnisi medias inter persecutiones et adversitates, et ipsa adolesceret, magisque dilataret in dies ***locum tentorii sui et pelles tabernaculorum suorum extenderet*** (Is., LIV, 12) ita nempe, ut in ipsis, quae eidem Ecclesiae, vix e Christi latere egressae, perferenda iugiter constanterque forent, dimicationibus, certaminibus, contradictionibus et simultatibus, crescendi et augendi idoneas illa inveniret causas, insignes sibi pararet victorias, novosque in omne tempus ageret triumphos, quemadmodum qui, tam diuturno tamque vario saeculorum cursu, secuti sunt, mirifice comprobarunt eventus, et vere non minus quatto venuste a sancto Hilario scripto est traditum; videlicet: «Hoc Ecclesiae ^proprium est, ut «tunc vincat, cum laeditur; tunc intelligat, cum arguitur; tunc obti- « neat, cum deseritur: dum vexatur, floret; dum opprimuntur, crescit; « dum contemnitur, proficit: tunc stat, cum superan videtur » ***(De Trinit,*** lib. IV).

Non absimilem idcirco exspectare sibi poterat sortem ea praeclara sobóles, cui, excussa prius superstitionis caligine, alendae erudiendaeque fidei pabulo operam suam sedulam industriamque impendere coeperant strenueque perseverabant Missionarii benemerentissimi, ***Patrum Alborum*** nomine pernoti, vixdum apostolico zelo incensi, in eam penitiorem Africae regionis penetrarunt partem, quam ***Ugandam*** dicunt.

Nam, dum in praefato aggrediendo persequendoque opere, quo, religioni simul et reipublicae salubrius et fructuosius, esse excogitarique

nullum potest, fautorem potius sibi experti initio fuerant ipsum Ugandae regem, brevi tamen in regis animo mira facta fuit mutatio. Qua de causa id acciderit, satis superque ille ostendit, quum adeo immani teterrimoque duos et viginti Dei Famulos damnavit supplicio ; et manifestius quoque patuit, quum supplicium istud veras propriasque complecti et prae se ferre christiani martyrii notas, iuridice constitit, et apostolicum agnovit sancivitque non ita pridem evulgatum Decretum.

Itaque, quum de christiano agatur veri nominis martyrio, quod ecclesiastico solemnique vindicatum fuit iudicio, longe aliud atque' proposuerat sibi, reapse assequutus fuit tyrannus. Iterare namque iuvat celebrata illa sancti Hieronymi verba: «Quum quis viderit tanta « perseveratia stare martyres atque torqueri et in suis cruciatibus « gloriari, subit tacita cogitatio, quod, nisi verum esset Evangelium, « numquam sanguine defenderetur. Neque enim delicata et divitiis stu- « dens confessio est, sed in carceribus, in plagis, in persecutionibus, in « nuditate, in siti. Hic triumphus est Dei, Apostolorumque victoria » ***(Epist 120 ad Hedibiam.,*** cap. X). Huc procul dubio spectavit Ugandae Vicarius Apostolicus, quum litteras suas, quibus inquisitionem super Famulorum Dei martyrio, apostolica auctoritate conditam, Romam transmisit, auspicatissimis hisce concludebat verbis: « Causa beatifica - « tionis horum Servorum Dei quum ea sit, quae incremento catholicae « religionis in Uganda et alibi summopere prodesse queat, rogare audeo, « ut quam citissime dies albescat, qua cultus 'decerni possit his Dei « Servis Ugandensibus. Nam universae Ugandae et regionum finitimarum « Christicolae sciunt hunc in Uganda processum absolutum fuisse et « totam rem a Sancta Sede Apostolica pendere: et, oculis in hanc defixis, « manibusque in caelum extensis, toto corde a Deo, ut adesse festinent « tempora tam iucunda exorant, ut et ipsis, dum supra altaria proprios « concives adspicient, viribus novis atque magnis susceptis, dicere liceat: « Si isti et illi, cur non et nos? ».

Ita, quae quotque lectissimae causae huius essent merita, cunctis innotuit; in generalibus proinde sacri huius Ordinis comitiis, quae, die vigesima tertia superioris mensis martii, coram Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papa XV celebrata sunt, proposito per Reverendissimum Cardinalem Vincentium Vannutelli, causae Relatorem, Dubio : ***- An, stante approbatione martyrii et causae martyrii, nec non dispensatione a signis seu miraculis, tuto procedi possit ad solemnem venerabilium Servorum Dei Caroli Lwanga, Mathiae Murumba et Sociorum Beatificationem? -*** una eademque tum Reverendissimorum Cardinalium tum Patrum Consultorum haec unanimis suffragatio fuit; nimirum:

tuto procedi posse. Quamvis vero Sanctissimus Dominus noster in eamdem prolixo animo descendent sententiam, noluit tamen tantae utilitatis tantaeque expetitae laetitiae causam supremo Suo decretorio absolvere iudicio, sed, ceu de more, hoc Sibi prorogandum duxit, maioris caelestis luminis gratiam interim imploraturus. Hodierna vero die Dominica in Albis, devotissime oblata propitiationis Hostia, accitisque Reverendissimis Cardinalibus Antonio Vico, Episcopo Portuensi et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefecto, et Vincentio Vannutelli, Episcopo Ostiensi et Praenestino, Sacri Collegii Decano causaeque Relatore, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisdem adstantibus, solemniter edixit: ***Tuto procedi posse ad solemnem venerabilium Servorum Dei Caroli Lwanga, Mathiae Murumba et Sociorum Beatificationem.***

Hoc autem Decretum in vulgus edi, in Acta sacrorum rituum Congregationis inseri, litterasque apostolicas in forma Brevis de Beatificationis solemnibus, ubi primum licuerit, in Basilica Vaticana celebrandis, expediri iussit, tertio idus aprilis anno MCMXX.

A. CARD, VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Praefectus.

L. * S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

II

BOBIEN. SEU PLAGENTINA ET IANUEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI ANTONII MARIAE GIANELL], EPISCOPI BOBIENSIS, FUNDATORIS CONGREGATIONIS RELIGIOSARUM SORORUM FILIARUM MARIAE SS.MAE AB HORTO NUNCUPATARUM.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum, nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine ac Temperantia earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de guo agitur?

Si quando contingat, ut difficilis solutio evadat controversiae cuiusdam, in eaque idcirco definienda discrepent iudicia hominum, usu id venire duplici potissimum ex capite norunt expertique sunt omnes, qui vel agunt causas vel ius dicunt in foro: aut enim obscura est, com-

plexa et ambagibus circum voluta iuris quaestio, aut, ut ponitur, certum non est factum, super quod controversia cadit.

Iamvero, non facta, neque factorum iusta, legitima et recta cognitio atque interpretatio hanc, quae de heroicis virtutibus est, satis superque iustoque longius divexarunt causam, sed quaedam potius circa heroicitatem propositae propugnataeque opiniones causae ipsi pararunt moras eamque in grave admodum adducere discrimen fuerant minitatae.

Verumtamen, in eo praesertim, quod Congregationem coram Ssmo proxime antecessit, certamine, fusa, docta aptaque Defensione, opportuno etiam additionali Summario communita, ostendere et suadere pro viribus connisi sunt actores, istiusmodi opiniones admitti et sustineri non posse. Revera, quum quis diligenter quaerit, quid sit, in quo christianarum virtutum gradus ille consistat, quem ***heroicum*** appellant, nisi naniter ille velit in aere vago pro libito spatiari, ab uniformi et immutabili idearum regione descendat oportet, ut medios inter homines se collocet, eosque in humanis agentes inspiciat, iuxta cuiusque conditionem et vitae institutum, neque seiunctim a peculiaribus temporum, locorum ac personarum adiunctis, quibus in mediis eisdem hominibus degere contigit atque operari. Hisce quippe positis, a rei veritate discedere dicendi sunt, qui vagam quamdam, abstractam atque indefinitam sibi quum effinxerint heroicitatis ideam, hanc eamdem cunctis Servis Dei aeque convenire posse ac debere arbitrarentur; hoc enim verum si esset, tunc deleri prius opus fuisset cunctas, quae inter homines existunt, differentias, ipsis a natura, seu a naturae auctore et artifice, omnipotenti et sapientissimo Deo, inditas. Has namque differentias, quin áridas omnino efficeret, pessumdaret ac ferme in nihilum redigerei, fovet immo, erigit et perficit divina gratia, prouti satis notum in theologica disciplina satisque pervulgatum hoc significat effatum : « Gratia non destruit, « sed perficit naturam » ; suoque more aurea doctrina docet Angelicus Doctor, quum nitide scribit: « Aptitudo ad virtutem inest nobis a natura, « licet complementum virtutis sit per assuetudinem, vel per aliquam « aliam causam; unde patet quod virtutes perficiunt nos ad prose« quendum debito modo inclinationes naturales...; et ideo ad quam« libet inclinationem naturalem ordinatur aliqua virtus specialis » (2^a^, 2^ae^, quaest. 108, art. 2 in corp.). Faciunt huc quoque accommodatissima haec Rosignolii verba, quae ad rem idcirco memorat Benedictus XIV; nimirum: « Quinta industria est, ut eas virtutes potissimum « exerceamus, ad quas vel natura, vel gratia promptiores sumus; eam « enim promptitudinem vel naturae inseruit Deus, vel gratuito donavit « ad hunc finem, ut ipsis virtutibus excellamus.... Quod etiam de virtù-

« tibus cuiusque status et vocationis propriis intelligendum est; eas « enim virtutes colere nos Deus vult, quibus nititur quibusque perfi- « citur munus vocationis, in qua ab Eo constituti sumus » (Apud Benedictum XIV, lib. III. cap. XXI, num. 11). Neque impune praetereundi, quippe sponte menti succurrunt hi celebres divini Aligherii versus: ***E se il mondo laggiù ponesse mente - Al fondamento, che natura pone, - Seguendo lui, avria buona la gente (Parad.,*** VIII, 142-144). Quapropter iure meritoque divina Gratia multiformis esse dicitur eaque comparatur caelesti rori. Nam, sicut iste in varias defluens plantas, varias gemmarum imagines oculis intuentium exhibet, ita varia Sanctorum ingenia et virtutes, quas una Gratia perfecit, aluit, ornavit, diverso quasi colore et lumine distinguuntur, et ipso specierum discrimine maius addunt Ecclesiae decus, quae a rege fatidico praevisa fuit ***circumamicta varietatibus.*** Quid? Num alter altero sanctior aut deterior; quia non idem utrique ingenium, non eadem utrique ratio agendi? Palam ergo est, ipsum sustolli fundamentum, quod positum est a natura, ipsumque devenustari Ecclesiae decorem eximiamque pulchritudinem, quum quis adduci eo posset, ut autumaret, Sanctos omnes uno eodemque tamquam typo fuisse expressos atque" confictos.

Neque in heroicis diiudicandis virtutibus incertum haerere fas est atque ancipitem, multoque minus easdem virtutes heroica qualitate praeditas non agnoscere et fateri, eo quia singularia desint gesta, insolita atque extraordinaria desiderentur facta, quae stupore percellant hominum mentes; idque ut probetur, et clarius et validius, quo fieri potest, probetur, sat erit hanc, dialecticorum ferme ritu, adhibere ratiocinandi formulam. - Ad elicienda facta mirabilia et insolita opus est idonea occasione. Sed idonea haec occasio, ut plurimum, rara, ab hominis arbitrio non pendet: neque persecutiones ex. gr., neque pestes, neque terraemotus excitari pro libito possunt; et vae omnibus, si ita foret; ideoque, si in istiusmodi factis constitueretur sanctitas, necessario sequeretur, sanctitatem ipsam non pendere ab hominis voluntate, quod est absurdum. Exinde valde proclive est intelligere, curnam celebris P. Martinus de Esparza, cuius nomine et auctoritate passim utitur Benedictus XIV, quum scripsisset: « Heroëm esse, qui plerosque alios « homines recte agentes splendore superat et laude virtutis », probe intellexerit, per haec verba illud, in quo heroicae virtutis ratio, seu substantia, sita esset, se non declaravisse; eapropter continenter sic est prosecutus: « Id non sufficere ad omnimodam cognitionem heroicitatis; « quandoquidem eius substantia non tangitur, sed exprimitur proprietas « quaedam accidentalis, ex comparatione ducta ita, ut aliquid absolutum

« praecedere debeat, in quo heroicitas fundetur » (Apud Benedictum XIV, lib. III, cap. XXI, num. 10). Quid autem sit hoc absolutum, in quo fundetur heroicitas, mox inquirere est aggressus, utque facilius assequeretur, a discrimine, quod Martyres inter atque Confessores late intercedit, sumpsit exordium. Scribere sane perrexit: «Heroicitas virtutum « non deprehenditur in sanctis Confessoribus, sicut in Martyribus, ex «uno vel altero opere exterior! valde arduo ac difficili atque mira-bili; « quia tale aliquod particulare opus paucis sanctis Confessoribus et « raro occurrisse legitur, et quibus occurrit quique talia peregere, non « inde praecipue aestimantur nec reputantur Heroes sanctitatis » (Ibid.). Haec praefatus quum esset, ad proponendam, quum de sanctis Confessoribus agitur, evangelicam heroicitatem, progressus est consultissifflus Auctor, eamque in fideli et continuata praeceptorum custodia una cum exacta eorum omnium, quae proprii muneris sunt, observantia reperit ille ostenditque hac potissimum ratione innixus, quod videlicet eiusmodi agendi ratio « uniformiter ac invariabiliter longo tempore «retenta... praetergreditur humanae naturae sibi relictae conditionem, « variabilem utique et inconstantem multiplici ex capite, maxime vero «propter assiduum passionum assultum sibi invicem adversantium... » (Ibid.). Cunctis veluti cumulum imponere visus est Sanctissimus Dominus noster Benedictus Papa XV, quippe qui in sermone habito, occasione promulgationis Decreti super virtutibus heroicis venerabilis Servi Dei Ioannis Baptistae a Burgundiä, aperte professus fuit ***che la santità pròpriamente consiste solo nella conformità al divino volere, espressa in un continuo ed esatto adempimento dei doveri del proprio stato.***

Ita comperta tandem firmiterque praeiacta sincera atque genuina heroicitatis conceptione, non difficile sane fuit eamdem ad venerabilem Dei Famulum Antonium Mariam Gianelli transferre eiusque aptare actionibus atque operibus, maximeque rebus ab eodem, qua sacerdote, qua parocho, qua episcopo gestis, perite industrieque accommodare ita nempe, ut, cunctis denique, quae ex adverso fuerant opposita, factis, sive, prout vere certoque acciderant, explanate et fideliter expositis, eoque ipso congruenter explicatis, sive, sedula efficacique ratiocinatione amotis, utpote constitutam iam probationem nullo pacto infirmare aut perturbare valentibus, viro prudenti deque re gravi iudicaturo perspicere licuerit sibique plane suasum habere, quae paranda et accuranda erat, confectam reapse fuisse et suffragatoribus exhibitam, heroicarum virtutum demonstrationem.

Equidem aspera satis satisque diuturna actoribus sustinenda fuit concertatio, ast strenue invicteque adlaborantibus, beneque adiuvante

Deo, ipsis obtigit auspicato, ut superiores e contentione discederent eamque cum victoria concluderent; antepraeparatoriae siquidem Congregationi, quae undecim abhinc annis est habita, non una aut altera, sed tres, praeter morem, praeparatoriae successerunt Congregationes, eisque peroptatum imposuit finem Congregatio generalis, quae, die vigesima tertia nuper elapsi mensis martii, coram Sanctissimo Domino nostro coacta fait, in eaque a Reverendissimo Cardinali Caietano Bisleti, causae Relatore, sequens ad discutiendum propositum est Dubium : ***An constet de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum, nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis venerabilis Servi Dei Antonii Mariae Gianelli, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur ?*** Tum Reverendissimi Cardinales tum Patres Consultores proprias dixerunt sententias, quibus tamen intento studiosoque animo exceptis, Beatissimus Pater praesidium et lumen a Patre luminum impensius exoraturus, mentem Suam aperire distulit. Hanc vero quum postmodum patefacere statuisset, hodiernam elegit diem Dominicam in Albis; quapropter religiosissime perlitato eucharistico sacrificio, accitisque Reverendissimis Cardinalibus Antonio Vico, Episcopo Portuensi et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefecto, et Caietano Bisleti, causae Relatore, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisdem adstantibus, solemniter pronuntiavit: ***Constare de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum, nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine ac Temperantia earumque adnexis venerabilis Servi Dei Antonii Mariae Gianelli, in gradu heroico, in casu et effectum, de quo agitur.***

Hoc Decretum publici iuris fieri et in Acta sacrorum rituum Congregationis referri mandavit, tertio idus aprilis anno MCMXX.

£8 A. CARD. VICO, Ep. Por tuen, et S. Rufinae,

S. R. C. Praefectus.

h. rB S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

III

DECRETUM

B. MARIA VIRGO LAURETANA AËREONAUTARUM PATRONA DECLARATUR

Sanctissimus Dominus noster Benedictus Papa XV, piis quorumdam Sacrorum Antistitum et aliorum fidelium supplicibus votis, ab infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto relatis, libentissime obsecundans, Beatissimam Mariam Virginem, Lauretanam nuncupatam, omnium aëreonautarum praecipuam apud Deum Patronam suprema auctoritate Sua declaravit et constituit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 24 martii 1920.

£8 A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. R. G. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

IV

BENEDICTIO MACHINAE ITINERI AEREO DESTINATAE

f. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
RJ. Qui fecit caelum et terram.
f. Benedic, ánima mea, Dómino.
RJ. Dómine, Deus meus, magnificatus es vehementer.
f. Qui ponis nubem ascensum tuum.
RJ. Qui ámbulas super pennas ventórum.
f. Dómine, exaudi orationem meam.
RJ. Et clamor meus ad te veniat.
f. Dominus vobiscum.
RJ. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

Deus, qui omnia propter temetipsum operatus es, et cuncta mundi huius elementa in usum humani generis destinasti: béne)$ídic, quaesumus, hanc máchinam (has machinas) itineri aéreo deputátam (deputátas);

ut ad laudem et gloriam nominis tui latius propagandam, et ad res humanas promptius expediendas, damno quovis et periculo remoto, deserviat (deserviant), et in omnium fidelium, eamdem máchinam (easdem machinas) adhibéntium, animis caelestia foveat (foveant) desideria. Per Christum Dominum nostrum.

RJ*. Amen.

Oremus. Oratio.

Deus, qui beatae Mariae Virginis domum per Incarnati Verbi mysterium misericorditer consecrásti, eamque in sinu Ecclesiae tuae mirabiliter collocasti : effúnde, quaesumus, bene^dictiónem tuam super hanc máchinam (has machinas); ut, qui per eam (eas) itineri aéreo sub tutela eiusdem beatae Virginis se commiserint, eo quo tendunt- prospere perveniant, et incólumes ad propria revertantur. Per eumdem Christum Dominum nostrum.

RJ. Amen.

Oremus. Oratio.

Deus, in te sperántium salus, famulis tuis iter aéreum peragéntibus ac tuam opem invocántibus, Angelum bonum de caelis comitem benignus adiúnge: ut ab eo custodiantur in ómnibus viis, et ad propositam sibi metam feliciter deducantur. Per Christum Dominum nostrum.

B/. Amen.

Sacerdos aspergat aqua benedicta.

Sanctissimus Dominus noster Benedictus Papa XV hanc formulam benedictionis machinae itineribus aeréis destinatae, a Sacra Rituum Congregatione revisam atque dispositam et ab infrascripto Cardinali eidem Sacro Coetui Praefecto relatam, approbavit, eamque Appendici ***Ritualis Romani*** inserendam iussit.

Die 24 martii 1920.

A. CARD. VICO, Ep. Portuen, et S. Rufinae,

S. R. G. Praefectus.

L. % S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

V

DUBIUM

DE SOLEMNITATE SACRATISSIMI ROSARII

Sacrae Rituum Congregationi, pro opportuna declaratione, propositum fuit sequens dubium, nimirum: « An privilegium, per Decretum « Generale diei 28 octobris 1913 concessum solemnitati externae Sacratissimi Rosarii, quae Dominica I octobris celebrari poterit cum omnibus « Missis, praeter conventualem et parochialem, de Ssmo Rosario, extendi « valeat ad alias quoque festivitates externas, quae peragi solent cum « magno concursu populi? ».

Et Sacra Rituum Congregatio, audito etiam specialis Commissionis suffragio, omnibus perpensis, rescribendum censuit: ***«Negative,*** quoad « extensionem privilegii solemnitatis Sacratissimi Rosarii, iuxta Decre« tum Generale 28 octobris 1913 ».

Atque ita rescripsit et declaravit die 27 martii 1920.

Pg A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Praefectus.

L. ^ S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

VI

DUBIA

DE QUIBUSDAM EPISCOPORUM PRIVILEGIIS, INSIGNIBUS AC FUNCTIONIBUS

Sacra Rituum Congregatio enixe rogata est, ut opportune insequentia, de quibusdam Episcoporum privilegiis, insignibus ac functionibus, dubia enodare dignaretur, nimirum:

I. De quolibet Episcopo, quaeritur:

1. Num Episcopale biretum rubro torulo exornari queat?

2. Num cuivis Episcopo liberum sit uti cappa ceterisque vestibus è panno serico et undulato (vulgo ***amoerro),*** aut saltem serico?

3. Utrum violacei coloris esse possint, an potius nigri coloris esse debeant, vestis talaris, mantelletum et forte mozzeta et biretum Epi-

scopi, in iis functionibus quae poenitentiae temporibus, vel pro defunctis fiunt?

4. Num umquam Episcopus, stante praesertim consuetudine, v. g. ad Confirmationem sive publice sive privatim ministrandam, aut in processionibus, gestare possit stolam et mitram et pastoralem baculum cum habitu praelatitio uti supra?

5. Num usus mitrae argenteae cum laciniis item argenteis, pro simplici mitra damascena vel linea cum rubeis laciniis, sicubi invectus fuerit, tolerándus sit?

II. De Episcopo in propria dioecesi, petitur:

1. Praesente S. R. E. purpurato Patre non Legato, utrum mozzetam, an satius mantelletum, Episcopus Ordinarius induat?

2. Praesente item Cardinali vel Metropolitano, debeatne Episcopus Ordinarius cappam, si induerit, reflexam sustinere, et a privatis benedictionibus abstinere ?

3. Possitne Episcopus Ordinarius, post Missam de ***Requiem,*** cui mozzeta indutus in Choro adfuit, stolam super amictum, et pluviale assumere, et, recedente Celebrante, absolutionem ad tumulum ritu consueto peragere?

4. Utrum Episcopo Missam lectam (sive privatam, sive Ordinationis) celebranti assistere valeant ad altare, ubi saltem id iam moris est, duo Canonici quibusvis insignibus vestiti; an tantum adhibito superpelliceo super rochetum, si huius usu gaudeant?

Iii. De Episcopo extra propriam dioecesim, inquiritur:

1. Num, attenta consuetudine, tolerari possit ut Episcopus extraneus, sive praesente, sive absente Episcopo Ordinario, non mantelleto, sed mozzeta super rochetum utatur?

2. Num et quando extraneo Episcopo fas sit, praesente vel absente Episcopo Ordinario, cappam adhibere?

3. Quomodo Episcopus extraneus, si, functione id requirente, aut annuente Episcopo Ordinario, pastorali baculo utatur, superiorem huiusce baculi partem vertere debeat?

4. Praesente Episcopo Ordinario, qui extraneo Episcopo solemniter celebranti thront usum concessit, utrum hic thronus esse possit thronus ipsius Episcopi Ordinarii ab Evangelii parte positus; an erigi debeat a parte Epistolae thronus alter, Episcopo quidem Ordinario proprium thronum retinente?

5. Possitne Episcopus Ordinarius assistere in proprio throno, dum Metropolitanus in altero throno, ab Epistolae parte posito, solemniter celebrat?

6. Si Metropolitanus, vel Episcopus extraneus, utens Episcopi Ordinarii throno, pontificaliter celebret:

a) num septimum candelabrum adhibendum sit?

b) possintne, praeter presbyterum assistentem et diaconum et subdiaconum, duo etiam diaconi parati Episcopo celebranti adsistere?

7. Assistente Episcopo Ordinario in proprio throno, dum alter Episcopus solemniter ad faldistorium celebrat, si, cantato Evangelio, fiat concio:

a)-utri Episcopo concionatorein ante sermonem benedicere competat?

6) coram utro, in fine, diaconus confessionem decantare debeat?

c) utrius sit solemnem tunc benedictionem impertiri?

8. Si forte eiusmodi concio ab alio Episcopo praesente, ut supra, vel celebrante Episcopo Ordinario, habita sit, quis indulgentias post publicam confessionem nuntiare debeat?

9. Assistente autem in Choro, vel absente, Episcopo Ordinario, dum extraneus Episcopus pontificaliter in eius throno celebrat, si fiat post Evangelium concio, numquid hac conclusa, solemnis quoque benedictio dari debeat, aut possit?

IV. De pluribus Episcopis simul praesentibus, dubitatur:

1. Fierine debeat Episcoporum, Missae solemni pontificali adsistentium, thurificatio statim ante incensationem presbyteri et diaconorum paratorum, qui Episcopi celebranti adsistant?

2. Num probanda sit consuetudo instituendi, solemnitatum quarumdam occasione, processiones, in quibus omnes, qui eisdem intersunt, Episcopi stola et pluviali et mitra parati sunt, ac baculum pastoralem gestant?

3. In eiusmodi processionibus:

a) quonam ordine incedere debeant tum Episcopus qui processioni praeest, tum ceteri Episcopi?

b) num debeatur, an saltem concedi possit, singulis Episcopis non celebrantibus duorum canonicorum adsistentia?

4 Num probari possit ut populo, piae cuiusdam peregrinationis aut festivitatis occasione congregato, omnes simul Episcopi praesentes consuetam benedictionem, verba una voce décantantes, solemniter impertiantur?

V. De Episcopo Ordinario et de Vicario Generali, qui est Episcopus titularis Auxiliaris.

1. Potestne Episcopus Ordinarius permittere suo Vicario Generali, qui est etiam Episcopus titularis Auxiliaris, induere solam mozzetam loco mantelieti?

2. Idem Vicarius Episcopus etiam Auxiliaris potestne benedicere populo intra et extra Ecclesiam?

3. Attento can. 337 § 3, ***Codicis I. C,*** manetne in suo robore Decretum S. R. C., n. 4023, diei 12 iunii 1899, super iure Episcoporum Dioecesanorum cedendi thronum alteri Episcopo?

Sacra porro Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, omnibus et singulis propositis quaestionibus maturo examine perpensis, ita rescribendum censuit; nimirum:

I. - Ad 1. Negative.

Ad 2. Negative, iuxta ***Caeremoniale Episcoporum*** (lib; I, cap. III, •**nn.** 1, 3), adhibito nempe rudiori vel leviori panno ex lana pro opportunitate: textui enim serico (non undulato) legitime utuntur qui sunt de Cappella, Domo, Familia Summi Pontificis.

Ad 3. Romae, semper esse debent violacei coloris, excepta Sede vacante; extra Urbem, laudabiliter coloris nigri, exceptis bireto ac pileolo, quae semper erunt violacei coloris.

Ad 4. Negative, et serventur: ***Pontificale Romanam*** (edit. typ., 3 augusti 1888),; ***Caeremoniale Episcoporum*** (edit. typ., 21 augusti 1886), et Decreta.

Ad 5. Negative, quum mitra ex tela argentea sit propria Summi Pontificis in luctuosis; sed neque damascena, quae vel Cardinalium (specialis) vel Protonotariorum Apostolicorum ad instar est propria.

Ii. - Ad 1. Servetur ***Caeremoniale Episcoporum*** (lib. 1, cap. IV, n. 7).

Ad 2. Ad primam partem, affirmative. Attamen illam explicabit pontificalia peracturus, inserviente de ea caudatario, illos actus excipiendo, quos immediate cum Cardinali vel Metropolitano aut versus eos exhibeat. Ad secundam affirmative, iuxta ***Caeremoniale Episcoporum*** (lib. I, cap. IV).

Ad 3. Affirmative.

Ad 4. Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.

III. - Ad 1. Imo convenit, domi, invitante Episcopo Ordinario, aut ex praesumpto ipsius beneplacito; ***extra,*** negative, nisi iuxta ***Caeremoniale Episcoporum*** (lib. I, cap. IV, nn. 4 et 7) et Decreta (praesertim Decr.

n. 388, ***Ianuen.,*** 20 iulii 1621), cum mozzeta habeatur simul mantelletum : paulatim amota, iuxta prudens arbitrium Ordinarii, consuetudine, ubi adsit.

Ad 2. Rite utitur cappa, quando Pontificalia solemnia ad solium legitime peragit; si tamen sit Ordinarii Coadiutor seu Auxiliaris, uti poterit iis in adiunctis, in quibus licet iuxta leges liturgicas, de licentia Ordinarii, ad mentem Decretorum S. R. C. nn. 2010, ***Veliterna,*** 6 septembris 1698, ad 1 et 2; 2011, ***Veliterna,*** item 6 septembris 1698, ad 1, et 4023, 12 iunii 1899.

Ad 3. Semper cum parte reflexa ab se; scilicet, versus personas vel res quas prospicit.

Ad 4. Affirmative ad primam partem ; imo Missae pontificalis ad thronum celebratio ad tramitem ***Caeremonialis Episcoporum*** habenda est, etiam quoad situm throni Celebrantis, qui sit in abside, seu in centro Chori, aut e cornu Evangelii. Negative ad secundam salvo iure Metropolitani et Legati Apostolici Episcopali charactere insigniti, quoad assistentiam in throno a latere Epistolae, celebrante Episcopo, etiam Ordinario, ad faldistorium, iuxta ***Caeremoniale Episcoporum*** (lib. I, cap. XXIIÍ, n. 24, et lib. II, cap. IX, nn. 5-7); quod assistentiae ius non competit cuilibet Episcopo Ordinario, nisi ad tramitem ***Caeremonialis Episcoporum,*** loco secundo citato, scilicet in propria sede, celebrante alio Episcopo ad faldistorium.

Ad 5. Negative,

Ad 6. Ad ***a):*** Negative; ad ***b):*** Affirmative.

Ad 7. Ad ***a, b, c.*** Servetur ***Caeremoniale Episcoporum*** (lib. II, cap. IX, nn. 5-7), delata Episcopo Ordinario etiam benedictione concionatoris.

Ad 8. Servetur ***Caeremoniale Episcoporum*** (lib. II, cap. VIII, n. 51).

Ad 9. Negative, quum benedictio, ex ***Caeremoniali*** et ***Pontificali,*** secumferat Indulgentiarum concessionem, quam omittere irreguläre esset; verumtamen Episcopus celebrans, neque ex Ordinarii delegatione, valeret Indulgentias concedere; Ordinarius autem non posset benedictionem impertiri, quippe quae a celebratione nequit separari.

IV. - Ad 1. Servetur ***Caeremoniale Episcoporum.***

Ad 2. Nihil obstat; abstineant tamen a stola et baculo pastorali gerendis.

Ad 3. Ad ***a):*** Servetur consuetus in processionibus ordo; ad &): Negative, in casu.

Ad 4. Negative, non obstante, sicubi inoleverit, istiusmodi consuetudine, quae prudenter eliminanda* est.

V. - Ad 1. Negative.

Ad 2. Episcopus auxiliaris, qui simul sit Vicarius Generalis, potest in Dioecesi ubique benedicere populo, tum in Ecclesia tum extra Ecclesiam, idque iure, quin opus sit specialem concessionem obtinere ab Episcopo Ordinario; ad normam can. 370 § 2, collati cum can. 349 § 1 et 239 § 1, n. 12.

Ad 3. Affirmative.

Atque ita rescripsit, declaravit et servari mandavit.

Die 26 novembris 1919.

£fc A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. R. O. Praefectus.

h. © S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

ERRATA-CORRIGE

in Decreto Sacrae Rituum Congregationis: £. ***Sebastiani Fluminis Ianuarii in Brasilia*** circa ritum exequiarum, 28 februarii 1920 ***(Acta Apostolicae Sedis,*** fase. 4, p. 128), in responso I legendum est:

Servandum, quantum fieri potest, ***Rituale Romanum*** (tit. Vi, c. III, ***Exequiarum Ordo)*** et can. 1215 ***Cod. I. G.***

E Secretaria Sacrae Rituum Congregationis, die 10 aprilis 1920,

Alexander Verde, ***S. R. C. Secretarius.***

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

I

DE MANILA

LEGATORUM PIORUM

Benedicto PP. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno quinto, die 18 februarii 1919, RR. PP. DD. Petrus Rossetti, Ponens, ***Raphael Giumenti el Maximus Massimi, Auditores de Turno, in Causa*** De Manila-Legatorum Piorum, ***inter*** Sacram Provinciam SSmi Nominis Iesu S. Augustini, ***repraesentatam per legitimum procuratorem TJtomam Ambrosetti, advocatum, et*** Revmum Vincentium Lapus, ***parochum loci*** Candaba, ***repraesentatum per legitimum procuratorem Felicem Santi, advocatum, interveniente et disceptante in Causa Revmo Promotore Iustic Hae, sequentem tulerunt definitivam sententiam.***

Rev. sac. Vincentius Lapus, parochus S. Andreae loci ***Candaba,*** archidioecesis de Manila, die 31 decembris 1904 contra Patres Augustinianos iudicialem instituit actionem petens, a Iudice Manilensi decerni ad parochiam suam dominium et ad se, utpote parochum, liberam administrationem pertinere aliquorum bonorum, quae pia mulier Lucia Gumamela, suo ultimo, quo decessit, elogio diei 16 decembris 1679, Sacrae Provinciae Ssmi Nominis Iesu, et Conventui de ***Candaba*** reliquerat, cum onere missarum. Die 14 augusti 1908, sententia prodiit quae actori plenissime favit, hisce verbis expressa: « Il Provisore e Vicario Generale « dell'Arcivescovado di Manila,... sentenziò che doveva dichiarare e dichia- « rava, che i terreni detti della Cappellania di Candaba, racchiusi nel « territorio di Dalayap, di quella parrocchia, nella provincia detta Pam- « panga, sono di proprietà della chiesa e del convento di S. Andrea di « Candaba della stessa parrocchia e provincia, e che la loro ammini- « strazione va a carico dei parroci di Candaba, siano secolari, siano « regolari, e che si fa obbligo alla Provincia del Ssmo Nome di Gesù, « di S. Agostino, che restituisca al parroco attuale le rendite dei riferiti

« terreni dal giorno in cui tralasciarono di essere parroci di detta chiesa «o convento i religiosi dello stesso Ordine di S. Agostino».

Contra huiusmodi sententiam S. Provincia, die 19 eiusdem mensis, legitime appellavit; sed cum, infra tempus a iudice primi gradus praefixum, coram iudice appellationis non comparuisset, ille appellationem desertam decrevit, sententiamque dixit transiisse in rem iudicatam, quae etiam, S. Provinciae oppositionibus minime obstantibus, sub comminatione censurarum, fuit exequutioni mandata.

iudicis mandatis, ne scandala orirentur, S. Provincia obtemperavit; controversa bona parocho Lapus tradidit, sed quolibet iure Ordini suo reservato, die 12 iunii 1909; simulque ad H. S. O. appellavit, cui rem totam definiendam commisit. Omnibus rite peractis, die 7 februarii 1916 sententia lata fuit, quae S. Provinciae restitutionem in integrum concessit a sententia diei 14 augusti 1908, eidemque bona universa adiudicavit a Lucia Gumamela relicta et in clausulis 115 et 116 testamenti sui designata.

Nunc vero, cum parochus Lapus adversus hanc sententiam appellationem interposuisset, in hodierno Turno quaestio definienda proponitur, sub consueta formula dubii : ***Utrum confirmanda vel infirmanda sit sententia rotalis diei 7 februarii 1916 in casu.*** Quare duae sunt quaestiones perpendendae atque definiendae, quarum prima est: ***An sententia appellata rite, vel secus, concesserit restitutionem in integrum,*** altera autem: ***An, praeter bona clausulae 115 S. Provinciae assignata, rite Conventui de Candaba adiudicaverit bona in clausula 116 descripta.***

QUAESTIO I.

Ius quod spectat. - Restitutio in integrum a Paulo iureconsulto definita est « redintegrandae rei vel causae actio» (receptae sententiae lib. i, tit. VII, § 1), quae, tum in extraiudicialibus negotiis, tum iudicialibus, datur : concessa a Principe ***gratiosa*** dicitur, a Iudice concessa ***ex iustitia*** nuncupatur.

Si sententia transierit in rem iudicatam, quia appellatio non fuit interposita, vel quia, licet interposita, fuit deserta, vel denique, quia, ob tres conformes sententias, nullus appellationi locus esse potest, unum tantum superest remedium, restitutio in integrum, quae, iure romano introducta, ita exigente naturali aequitate, fuit a canonico iure recepta (cap. III, ***De in integr. rest),*** quaeque communiter definitur « extraor-« dinarium iuris remedium, quo graviter laesus ex naturali aequitate « per officium iudicis reducitur in eum statum, sive ius, in quo fuerat

« ante laesionem ». Datur noe remedium extra ordinem, ut subsidio sit iis, quibus aliquae desunt actiones per quas ius suum consequantur. Quare, cum aliud suppetit ordinarium iuris remedium, in integrum restitutio- dari non solet.

Haec restitutio conceditur minoribus laesis, quibus per aetatis beneficium succurri potest, sive dum agunt, sive dum conveniuntur (L. ***Ait Praetor,*** 7, § ***Sed*** et Digest., h. t., 1. ***Minor,*** 18, § ***Sin autem Princeps;*** L. ***Minor, 25 annis,*** 36, Digest, h. t., lib. II, tit. 36, Cod. ***Si adver. rem iudic.):*** aliis quoque conceditur, qui minorum iure censentur, ut sunt ipsi maiores, qui a iudicio abfuerunt causa reipublicae, vel in carcere detenti, vel ab hostibus capti (Cod. ***Quibus ex causis mai. in int. rest.)*** et quotquot alii, qui, animi vel corporis vitio rebus suis moderandis impares, curatorum opera reguntur; quamvis enim horum expressa mentio in legibus non inveniatur, quia tamen eadem occurrit legis ratio ad eos extenditur eadem legis dispositio (L. ***Non possunt,*** 2 Dig. ***De leg.).***

Beneficium hoc ad ecclesias etiam extenditur (cap. I, ***de in integr. rest.,*** cc. 1 et 2. eod tit., in 6): quo nomine, iurisconsultorum sententia et usu fori, omnia corpora ecclesiastica, monasteria, domus religiosae, academiae, hospitalia Episcopi auctoritate erecta, comprehenduntur; et non solum hoc beneficio utitur ecclesia contra laicum, sed etiam contra aliam ecclesiam j(cap. II, ***De in int. rest.),*** sicut minor contra minorem etiam restituitur (L. XII, § ***Item quaeritur ff. de minor ;*** Devoti, ***Ius can.,*** t. III, § 3; De Angelis, lib. I, tit. XLI, n. 3), sed tunc tantum cum par non sit utriusque causa: ex. gr. si una pars restitutionem petat ob veram laesionem, alteri vero contigerit lucrum (Pirhing, ***De rest. in integr.,*** § 4; Wernz, V, n. 736).

Ad restitutionem autem in integrum laesio requiritur. Sed non quaelibet laesio satis est; non enim attenditur laesio levis (L. ***Scio illud ff. de rest. integr. iuncta,*** Glossa et DD. ibidem): unde illud vulgatum ***de minimis non curat Praetor,*** sed laesio gravis esse debet, „ seu notabilis, iuxta arbitrium boni viri, seu discreti iudicis. Ita Glossa, c. I, vox ***Detrimentum,*** h. t., quae non de uno damno praesenti, sed de damni quoque periculo intelligitur. Immo nec gravis laesio attenditur, orta ex casu aut infortunio, vel etiam ex delicto proprio; sed requiritur, quod acciderit vel dolo adversari! vel inconsulta facilitate laesi, vel etiam negligentia Procuratoris (Reiff., lib. I, tit. XLI, nn. 10-11).

Factum quod attinet. - Iamvero S. Provincia Ssmi Nominis Iesu in casu appellationem legitime interpositam adversus sententiam diei 14 augusti 1908 infra tempus a iudice Manilensi, per decretum diei 24 eiusdem

mensis, statutum, de facto non fuit prosequuta, et ideo appellatio, decreto diei 21 octobris 1908, deserta fuit declarata, et sententiae praedictae auctoritas rei iudicatae attributa. De restitutione ergo agitur, quae directe est contra temporis lapsum et indirecte contra sententiam. « Magna vero « - ait card. De Luca, ***Disc.*** XXVIII, n. 89, ***De iud.*** - constituenda venit « differentia inter illam restitutionem in integrum, quae petatur adversus « rem iudicatam, resultantem solum a non interposita appellatione in « tempore, sive ab eius desertione, et sic ex causa solius negligentiae, « qua non accedente, remaneant una vel plures instantiae, in quibus «etiam ex simplici et ordinaria iustitia... sperari debuisset infirmati© « sententiae iudicis a quo : et alterum casum, in quo restitutio petatur « adversus tres conformes.... - Ex ea differentiae ratione, quod in primo « casu agitur ***de restitutione adversus dictam negligentiam,*** quae, ut plu- « rimum, est causidici defensoris, quam ipsius principalis, quodque ista « restitutio est cognita a iure communi, atque ab eodem permissa; in « altero autem est incognita, immo prohibita, dum lex civilis, a qua non «discordât canonica, disponit, ut tres conformes omnimodam finem liti- « bus imponant. Rescribere autem adversus eas - de restitutione in inte- « grum - provenit ex stylo Curiae, fundato in quadam aequitate ». Cum in casu agatur de persona privilegiata, quae, ob temporis lapsum, in rem iudicatam incidit, et consequenter bonorum controversorum privata possessione, gravem passa est laesionem, in defectu aliarum actionum, quibus ius suum consequi possit, per extraordinarium restitutionis in integrum remedium ei succurri debuit. Hoc appellata sententia iure meritoque decrevit: contra enim lapsum temporis non solum potest, sed etiam debet concedi tale remedium, cum non de odiosa restitutione agatur, a iure communi non cognita, immo prohibita (ut ait De Luca, loc. cit!), sed de ea restitutione, quae est cognita a iure communi, atque ab eodem permissa; idque praescindendo a procuratoris negligentia. Hoc eruitur ex cap. ***Coram,*** 7. tit. ***De in integr. rest;*** ex Clement, unie, eod. tit., et ex cap. I, cod. ***Si saepius in integr., «*** ubi habetur - ait Pirhing (lib. I, « tit. XLI, n. 23), quod minor, si post sententiam contra eum latam infra « decemdium non appellavit, per restitutionem in integrum ad appeilan- « dum sit admittendus ». Quod idem docet Santi, lib. I, tit. XLI, n. 9.

Actoris parochi patronus plura in contrarium obiecit, quae tamen omnia quovis iuridicio carent valore et veluti inconcludentia refici debent.

Primo enim vero asseruit, Tribunal S. Rotae, utpote incompetens ad praescriptum Canonis 14, § 4, ***Legis propriae,*** restitutionem in integrum immerito concessisse. Verum in hac affirmatione gravissimus error irrepsit. Nam restitutio in integrum vel est petenda a iudice primae

instantiae, si agatur de laesione iudiciali, vel a iudice superiori (Lega, ***De ind. civ. comp.,*** n. 513; Santi, lib. I, tit. XLI, n. 13): quo nomine venit nedum iudex appellationis, sed etiam Sedes Apostolica, quae, ut scite notat sententia appellata, habet concurrentem potestatem cum omnibus Ordinariis, et ad quam provocari potest non solum in tertia vel ultima instantia, sed etiam in secunda... Sed insuper, facti perpensis adiunctis, petitio restitutionis in integrum apud iudicem appellationis, Episcopum Nuova Caceres, fuisset prorsus inutilis; qui enim causam a se repulerat, immo appellationis desertionem et rei iudicatae declarationem decerni curaverat: qui et appellationis prosequutionem reiecerat, talis certo non erat, qui actionem restitutionis, saltem aegro animo et non sine suspicione fundata, admisisset. Unde S. Provincia ***de fado*** remedio caruit, quo contra rem iudicatam coram iudice secundae instantiae uteretur: consequenter iure subintravit S. Rota, adversarii patroni etiam admissa sententia, nedum iure communi, sed etiam vi canonis 14, § 4, ***Legis propriae:*** « Videt quoque de recursibus pro resti-« tutione in integrum a sententiis quibusvis, quae transierint in rem « iudicatam, et remedium invenire non possunt apud iudicem secundae « instantiae ».

Faliitur autem idem patronus cum, verbis innixus, quae dispositionem sequuntur « iuxta titulum restitutionis in integrum », ubi de hoc extraordinario remedio agitur, concludit, S. Rotae fas non esse remedium hoc concedere, quoties concedi potest a iudice secundae iustantiae. Nam hoc, ut dictum est, non verificaretur in casu, sed nec etiam sustinetur ipsa conclusio. Etenim verba : « iuxta titulum restitutionis in integrum » propositionem immediate praecedentem directe non afficiunt, sed respiciunt totius canonis dispositionem, quam veluti declarant, adeo ut hic totius canonis seu § 4 sit sensus: videt de recursibus pro restitutione in integrum, iuxta praescriptiones in titulo statutas, concedenda, quoties alia media desint experienda apud tribunal appellationis » (Pirhing, 1. 1, tit. XLI, n. 2). Atque ita, quod in can. 14, § 4, ***Legis propriae*** praescribitur, constituit ius commune et non solum S. Rotae sed cuilibet alii Tribunali competit: « ubi etenim - ut scribit « card. De Luca ***(De iudic,*** Summ., 128) - ordinaria suppetunt remedia, « extraordinariis locus non est praebendus ».

Ex parte parochi Lapus secundo loco fuit observatum, S. Provinciam petendae restitutionis in integrum causam non probasse, eamque propter hunc defectum concedi non potuisse. Verum si hoc de maiori dicitur pro certo retinetur; non autem si de minori agatur vel de persona quae minorum iure utitur. « Discrimen est - ait Pirhing, lib. I,

«tit. XLI, n. 16 - inter restitutionem, quae conceditur minoribus vel « ecclesiae, et eam quae conceditur natu maioribus, quod ad illam suf« ficiat ostendere gravem laesionem intervenisse, nam minori laeso pro« pter aetatis imbecillitatem officio iudicis ex aequitate succurritur, « etiamsi fuerit in culpa vel negligentia: similiter et ecclesiae....; at vero « ad restituendum maiorem 25 annis, praeter laesionem gravem, necesse « est aliam iustam causam demonstrare» (conc. ***Cod. Iur. Can.,*** can. 1687; cf. Santi, lib. I, tit. XLI, n. 7). Iamvero agitur in casu de persona privilegiata, de Sacra Provincia, quae utitur iure minorum, quaeque gravem passa laesionem restituitur, etiam nulla probata causa, quae semper praesumitur, favor scilicet religioni debitus.

Ulterius obiicitur, Patres Augustinianos sententiam diei 14 augusti 1908 acceptasse et in eam proinde amplius insurgere non posse : in eius enim exequutione non sententiae meritum, sed applicationis extensionem oppugnarunt. « Dicendum est - patronus parochi ait - PP. Romi« tanos sententiam Curiae Manilensis acceptasse, et hac de causa contra «eamdem restitu tionem in integrum hodie insilire non posse».

Hanc affirmationem falsam esse et reiiciendam acta demonstrant. Nam contra sententiam praedictam, diei 19 augusti 1908, Procurator Provincialis Antonius Lazano ad viciniorem Episcopum de ***Nuova Caceres*** rite appellavit et, die 24 octobris, apud eumdem institit, Ordinis sui iura defensurus: sed, decreto 5 novembris, instantia non fuit admissa, cum die 21 octobris appellationis desertio fuisset declarata et res iudicata fuisset retenta. Unum ergo supererai, iudiciali auctoritate cogente, ad S. Sedem recurrere: quod revera factum est.

Cum de sententiae exequutione ageretur, parochus Lapus, praeter bona designata in clausula 116, et alia praetendit quae in clausula 115 descripta reperiebatur. Iudex Manilensis, decreto diei 11 ianuarii 1909, frustra Procuratore Provinciali instante, qui specialem instructionem petierat pro bonorum determinatione, quae essent tradenda, parocho favens sic ait: « Avvisiamo, preveniamo e minacciamo la Congregazione « che se, nel termine di otto giorni, non darà esecuzione alla nostra « sentenza, consegnando al parroco di Candaba tutti i fondi che attual« mente costituiscono la cappellania mentovata, ci vedremo obbligati á « fare uso delle facoltà che ci concede il Concilio di Trento, Sess. 25, c. 3, ***« de Beform.*** ». Ab hoc Decreto cum Vicarius Provincialis, die 22 ianuarii 1909 appellasset, idem iudex, die 22 martii, appellationem non admisit; altero vero decreto diei 5 iunii 1909, confirmavit quod die 11 ianuarii 1909 statuerat: «La corporazione Agostiniana, nel termine di quattro giorni « e sotto l'ammonimento fatto nel nostro decreto dell'11 gennaio, con-

« segnerà al parroco di Candaba tutti i terreni compresi nella copia «della pianta presentata da lei stessa, che porta il titolo " pianta dei-« l'azienda di Candaba, Pampanga, I. F. „ ». Contra hoc decretum S. Provincia, die 8 iunii, appellavit ad S. Sedem: « Appelliamo alla Santa « Sede, confidando che, in forza di tale appello, dovrà essere sospesa « la consegna ordinata». Sed Iudex Manilensis, die 9 eiusdem mensis, appellationem non admisit, iniuncta bonorum traditione non ultra diem 14, et S. Provincia sententiam exsequi cogitur.

Tunc tantum, die 12 iunii 1909, Praeses Augustinianae Provinciae bona controversa parocho tradidit « in obbedienza degli ordini del Tri-.« bunale ecclesiastico e ad evitare io scandalo cui darebbe luogo l'at-« tuazione della minaccia » (Conc. Trid., Sess. 25, c. 3, ***De reform)*** çon-« tenuta nelle dette ordinanze ***(11 ian. et 5 iun. 1909)*** e con riserva di « tutti i diritti che le ***(S. Provinciae)*** possono spettare sulla detta azienda »; quod ceteroquin iam fuerat expressum in appellatione ad S. Sedem 8 iunii 1909 contra decretum iudicis diei 5 eiusdem mensis: «.... sia noto « che se facciamo la detta consegna, la facciamo solamente in eseçu-« zione degli ordini del Tribunale e ad evitare lo scandalo, cui darebbe « luogo l'esecuzione della minaccia che porta il detto decreto ».

Non solum ergo Patres Augustiniani sententiam diei 14 augusti 1908 non acceptarunt, sed eam, quantum eis licuit, formaliter impugnarunt.

Quod si in sententiae exsecutione S. Provincia contra illius tantum extensionem protestata est, quin meritum impugnasset, non ideo dicenda est sententiam admisisse. Tunc enim quaestio tantum facti fuit agitata, cum parochus plus petiisset quam sententia concessisset, nullo ad ***meri-*** tum sententiae habito respectu, quae, conatibus omnibus in irritum cessis, necessario exsecutioni mandari debuit: quo posito, sententiae lirnites ***in facto*** optime potuerunt impugnari, et sententia ***in iure*** non admitti, quin contradictio habeatur, quam patronus parochi actoris vidisse praetendit. Aliunde bonorum coacta traditio facta fuit per Procuratorem Provincialem, iuribus omnibus suo Ordine reservatis, et appellatione apud S. Sedem interposita. Quae omnia sententiae acceptationem excludunt.

Frustra demum observatum fuit, petitionem restitutionis in integrum pluribus transactis annis fuisse exhibitam, veluti si extra tempus fuisset praesentata. Nam petitio haec infra quadriennium debet praesentari, quo elapso, qui restitutionem petit non auditur, nisi iusta et rationabili causa fuerit, qua impeditus, eam petere non potuit. Quadriennium autem computatur a die quo minor excessit annos 25, vel, si maior, a die laesionis passae, itemque si restitutionem petat ecclesia. In casu ergo quadrien-

niurn computatur a die 12 iunii 1909, quando S. Provincia, post acerrimas oppositiones, bonis omnibus expolíala, gravissimam passa est laesionem. * Cum vero tunc omnia iura sibi reservasset iudiciario ordine determinanda, restitutionem in integrum voluit, quam revera ***formaliter*** petiit die 12 iunii 1912 in suo libello ad normam canonis 14, § 4, ***Legis propriae,*** et quam confirmavit, adversa parte consentiente, die 3 ianuarii 1914, cum de lite contestanda ageretur: dubium enim fuit concordatum: ***an restitutio in integrum in casu esset concedenda.*** Petitio ergo restitutionis in integrum infra tempus a iure statutum facta fuit.

Quamvis autem quadriennium computari vellet, quod nefas est, a die prolatae sententiae, petitio aeque deberet retineri facta tempore utili, a die enim 14 augusti 1908, quando sententia lata fuit, quadriennium computatum, die 10 *iulii* 1912, quando, per appellationem ad H. S. O., S. Provincia omnia iura sua detarminanda postulavit, non fuisset praeterlapsum.

Ceterum, ut minoribus concedatur restitutio in integrum, petitio non requiritur. « Minor vel ecclesia, si graviter laesa sit, ex officio iudicis, in « integrum restitui debet, etsi nemo sit qui petat » (Pirhing, loc. cit., n. 16).

Quare, oppositionibus parochi reiectis, nihil impedit quominus restitutio ab appellata sententia concessa legitima, habeatur.

QUAESTIO II.

hi iure. - Quum testamentum sit ***voluntatis nostrae iuxta sententia ds eo quod quis post mortem suam fieri velit*** (1. I D. ***Qui test. fac. poss.),*** sequitur, quaestiones omnes de legatis esse dirimendas secundum voluntatem testatoris. Quae si clara est, difficultas omnis evanescit; si dubia, ex, gr. ob verba ambigua testatoris, tit locus interpretationi indagando substantiam verisimilis voluntatis. «Nam - ut ait Card. De Luca ***(De « Legatis,*** Disc. XLVII, n. 10) - istud verisimilitudinis vel inverosimi- « litudinis argumentum in materiis coniecturalibus dicitur omnium maxi- « muni, ac principaliter a iudi cantibus prae oculis habendum ex aliis « coniecturis et argumentis metiendis ».

Testator qui de missis pro se suisque celebrandis pie statuit, duas vias inire potest, vel statuere legatum sub modo, vel piam fundationem per erectionem verae capeltaniae. Ratio autem, qua unus modus ab altero distinguitur, ea est, quod in pia fundatione habetur iure romano christiano ficticia persona, ut docet ci. Bonfante: « Non si ha verun sub- « bietto dei diritto, ma soltanto uno scopo, a proseguire il quale è desti- « nato un patrimonio, cioè un complesso di beni » ***(Istit.,*** 1896, pag. 50).

itaque si iegatarius, modo satisfactura, bona quaedam designet ex sibi relictis, hoc minime sufficit ad piam fundationem. Cum enim Iegatarius dominus, post hanc designationem, maneat eorum bonorum, non habetur illud patrimonium eum subiecto iuris, quod est de essentia piarum fundationum.

« Cappeliania - ut scribit Santi (I. III, tit. V, n. 30) - est institutio « quaedam ecclesiastica, qua clericus tenetur missam celebrare iuxta « intentionem pii fundatoris et ius habet percipiendi fructus bonorum « designatorum ab eodem pio fundatore ». Et D'Annibale (1. III, n. 91) < ait: ... Cappellaniae propriam naturam non habent, sed eam capiunt ex « voluntate constituentium. Nihilominus sine dote a cappellano possi- « denda et aliquo ecclesiastico munere... ne intelligi quidem possunt ». Est ergo cappeliania ens iuridicum, quod, ut existat, eget dote et cappellano qui ea fruatur, praeter spirituale officium ab eo adimplendum: quorum si vel unum desit, capellanía non existit (cfr. Berardi, in ***I. C. U.,*** in fin. App. ***De Benef. imp.).***

IN FACTO. - Iamvero, meritum quaestionis quod attinet, abs re non erit praemittere, heic non agi de bonis in clausula 115 descriptis, quae ab actore, etiam veluti propria S. Provinciae Ssmi Nominis Iesu, retinentur ***(Def. par.,*** 20 octobris 1905; ***Restr. iur. et fact.,*** coram Sebastianelli et in alio ***Restr.,*** 1 decembris 1917; Archiepiscopus Manilen., 30 octobris 1917, in ***Actis),*** sed de illis tantum, quae leguntur in clausula 116 designata. Haec cum Conventui S. Andreae de Candaba fuissent relicta, est determinandum an Conventus nomine Religiosa Augustiniana Familia, qua talis, vel potius parochialis ecclesia sit intelligenda: RR. PP. Auditores primum retinuerunt.

De bonis in clausola 116 descriptis legitur in testamento diei 16 decembris 1679: « Li lascio in elemosina al Convento di questo paese di Can- «daba... il Priore Fr. Giuseppe della Croce, a sua volontà, eriga eap- « pellame, perchè godano di messe le anime dei miei genitori e dei miei «fratelli». Testatricis voluntas est satis clara: Conventum voluit suorum bonorum haeredem, seu legatarium, qui, tempore conditi testamenti, hoc nomine designabitur et publice retinebatur.

Iamvero Conventus de Candaba, tunc temporis, a caeteris S. Provinciae conventibus non distinguebatur. Initium habuit die 30 aprilis 1575, quando PP. Augustiniani in Capitulo Provinciali Manilae habito, Candabae domum et doctrinam admiserunt, sed - anno 1578 - Conventus autonomus fuit erectus, conventibus caeteris, sive cum cura animarum, sive sine cura, assimilatus et veluti persona moralis habitus, suis iuribus

gaudens, suis obligationibus et legibus adstrictus, clausurae lege non excepta ***(Orbis Augustinianus,*** auctore A. Lubin, pag. 405 seq., Cap. Prov. 19 aprilis 1641). Conventus ergo de Candaba, non aliter ac Conventus caeteri, quibus coalescebat S. Provincia, acquirendi pollebat potestate sive per actus inter vivos, sive mortis causa. Hoc sub respectu conventus S. Andreae de Candaba, sicut omnibus in publico, ita et Luciae Gumamela, innotuit, et non aliter, quam sub hoc respectu, illum in suo testamento consideravit, nec aliter considerare poterat, cum in eius favore bona sua in clausula 116 descripta reliquit. Et revera pia mulier, erga Conventum, in suo testamento, eumdem servavit modum, quem erga S. Provinciam tenuerat, eadem usa donationis forma, designato pro S. Provincia Priore Provinciali, pro Conventu Priore Conventuali: relicta utrique eadem facultate cappellanias erigendi, elemosynae titulo tum S. Provinciae tum Conventui praemisso: adeo ut in utraque clausula iure meritoque retinendum sit Religioni PP. Augustinianorum favere voluisse in obsequium S. Fundatoris, cui erat devota: «... dei nostro Padre S. Agostino ».

Equidem Religiosi Augustiniani in Conventu S. Andreae de Candaba omnia parochialia munia peragebant. Sed non quia veri essent parochi hisce fungebantur muneribus, bene vero quia in missionum locis ***omnimoda*** auctoritas eis, quatenus iuridicam personam constituebant, fuerat largita. Hoc constat ex mandato Hadriani VI in Bulla ***Exponi Nobis,*** edita die 9 maii 1522, quod fuit confirmatum et etiam auctum a Paulo III (15 februarii 1535) et a Pio V (23 martii 1567) ad ea etiam loca extensum, iii quibus Episcopatus essent erecti. Hisce concessionibus attentis, Patribus Augustinianis, profectis ad Insularum Philippinarum ethnicas gentes ad iidem convertendas, ita disponente Diffinitorio, seu Capitulo in Conventu de ***Culhuacan*** in Mexico, v idus februarii 1564, congregato, pienissima erat facultas condendi domos et monasteria Ordinis iis in locis in quibus eis hoc videretur expediri, nec non administrandi omnia sacramenta omnibus christifidelibus, quos, quocumque accessissent, contigisse! invenire; eaque omnia peragebant cum sola dependentia a Superiore Provinciali, nulla ad Episcoporum iurisdictionem habita ratione. Hadrianus VI huiusmodi praedicatoribus concessit et indulsit « omnimodam suam potestatem » ; tantam quantam ad neochristianorum conversionem et manutentionem eis videbatur expedire: « Quam facultatem nos, «quantum possumus, ratione officii nostri, concedimus et indulgemus. « Concedimus vobis facultatem ad administrationem omnium sacramen- « torum... omnibus aliis christifidelibus, quos, quocumque accesseritis, « contigerit invenire, secundum ea quae ab Hadriano VI et Paulo III

« et caeteris omnibus Pontificibus vobis hac ratione concessa sunt ». Clarior etiam est concessio a Summo Pontifice Pio V facta in Brevi citato, quo omnes et singuli religiosi veluti parochi renunciantur: « Omni-« bus et singulis Religiosis, quorumcumque, etiam mendicantium, Ordi-« num, in dictis Indiarum partibus ut in locis ipsarum partium, officium « parochi huiusmodi, matrimonia celebrando, et ecclesiastica sacramenta « ministrando, de suorum Superiorum licentia... praedicare ac confessio-« nes audire, Ordinariorum locorum et aliorum quorumcumque licentia « minime requisita, libere et licite valeant, licentiam et facultatem aucto-« ritate Apostolica tenore praesentium concedimus et indulgemus. Et « insuper ne in locis illarum partium, in quibus sunt monasteria Religio-« sorum, qui animarum curam exercent, aliquid per praedictos Episcopos « innovetur eadem auctoritate et tenore statuimus et ordinamus ».

De parochia ergo, quo tempore Lucia Gumamela testamentum confecit, sermo esse non potest. Et revera quamvis plura aliarum erectionum, saltem praeliminaria, fuerint acta relata, erectionis tamen parochiae S. Andreae de Candaba nullum omnino extat documentum. Facto tamen attento, quod Priorum Candabensium electio Archiepiscopo Manilensi anno 1759 aliquo modo fuerit primo subordinata, coniicere licet, ad summum ***ex tunc*** tantum habitam esse parochiam.

Parochi patronus affirmat, S. Andreae parochiam inde ab anno 1679 extitisse. Idque probari contendit: 1) ex ***Actis Capituli Provincialis de Manila,*** anni 1656, in quibus legitur: « Siccome le nostre S. Costitu-« zioni non trattano dell'ufficio dei parroci, che esercitiamo in questa « Provincia, ed essendo necessario dare regola che... » per haec enim verba parochia erecta supponitur; 2) ex praescripto Legis 23 maii 1559 latae a Philippo II Hispaniarum Rege, cuius virtute in Insulis Philippinis Conventuum non admittebatur erectio, regio beneplacito non obtento; cum non constet in casu, beneplacitum hoc numquam fuisse impetratum, sequitur, non Conventum proprie dictum, sed parochiam exstitisse. Inde explicatur cur Augustiniani, vi decreti 23 octobris 1771, e Conventu de Candaba fuerint expulsi et bonis etiam clausulae 116 privati: quod non contigisset si de Conventu proprie dicto, et non de parochis ageretur; ab una enim parochia fuerunt remoti, in qua sacerdotes saeculares fuerunt substituti.

Verum, primum quod attinet, Religiosorum privilegia, a S. Pio V, ut dictum est, quodammodo fuerunt ampliata; sed non ostenditur, Philippinis in Insulis veras extitisse parochias, et multo minus in oppido Candabae. Supposita enim privilegiorum ampliatione, necesse fuit ut leges constituerentur servandae in approbatione Religiosorum, qui paro-

chialia munia exercere debuissent. Hoc unum statuit Concilium Provinciale: «Siccome le nostre S. Costituzioni non trattano dell'ufficio dei « parroci che esercitiamo in questa Provincia, ed essendo necessario « dare regola, perchè ognuno adempia quell'obbligo, come si deve, coman- « diamo che siano esaminati i ministri con cura di anime, siano priori « o sudditi, che... ». Per hoc parochia non supponitur, immo penitus excluditur; praescriptio enim Provincialis Concilii se refert ad privilegium, a Pio V concessum, rite exsequendum, et sua utitur potestate a Pontifice sibi concessa, nulla Ordinariorum petita facultate. Sic etiam Concilium Provinciale anni 1674, non de parochis, praesertim de parocho Candabae, loquitur, sed de facultatibus ab ipso Capitulo Religiosis concedi solitis vi privilegiorum: « Autorizziamo il N. P. Provinciale affinchè « amministri i santi Sacramenti ed ammettiamo per ministri quelli che « egli ammettesse... Permettiamo che tutti i ministri (di culto) di questa « Provincia, siano priori o siano vicarii, possano far uso della facoltà ***« omnimoda*** nel foro interno ».

Quod autem secundo loco dicitur, nullo modo probat quod asseritur. Primo, enim, affirmatio nullo est innixa documento ; quae ideo non potest attendi. Sed insuper hodie, plusquam duobus saeculis elapsis a Conventus existentia, huius erectio iure praesumitur legitime facta, solemnitatibus omnibus servatis, tunc temporis a lege requisitis (Card. De Luca, ***De aliénât.,*** disc. 1, n. 14; disc. 9, n. 3). Et revera Patres Augustiniani, omnimoda usi auctoritate ab Apostolica Sede concessa, in Insulis Philippinis nedum Conventus, sed et Provinciam a Ssmo Nomine Iesu nuncupatam fundaverunt ad tramites Regularum Ordinis, et, anno 1569, habitum fuit Manilae primum Capitulum Provinciale, quod, tertio quoque anno celebratum, Priori Provinciali facultatem concessit nova Monasteria iuxta Regulam Ordinis erigendi, eadem uniendi et dismembrandi. Inde ortus Candabae Conventus anno 1578, quin exposita Lex Philippi II ullo modo obstaret. Cum enim regalis potestas nihil posset detrahere Apostolico Privilegio, rite coniicitur, erectionem huius Conventus, saltem tacite, a regali. auctoritate fuisse approbatam. Neque obstat quod regulares Candabensem paroeciam, vi decreti Gubernatoris De Anda, diei 23 octobris 1771, dimiserint, quamvis decretum istud de Conventibus dimittendis non loqueretur. Nonne enim Candabensis Conventus una simul et paroecia esse poterat? Quod si religiosi, cura animarum privati, bonis etiam fuerunt exspoliati, hoc constituit ***factum,*** quod cum iure non potest confundi: fuit enim consummatum ab auctoritate publica post diuturnas et acerrimas contentiones Augustinianos inter et Delegatos Archiepiscopi Mexicani, et primi Episcopi Salazar,

quorum intererat Religiosos hisce bonis privari. Ideo eorruit fundamentum praetensae existentiae parochiae tempore conditi testamenti.

Quo posito, otiosum est quaerere an Conventus nomine anno 1679 parochia intelligeretur vel potius Familia Regularis; idque tanto magis, quia, cum agatur in casu de vi facienda verborum significatione contraria probatio adeo evidens esse deberet, ut quodlibet dubium removeré!.

Concedi potest cum testibus et documentis allatis, non solum hodie, sed et praeterito tempore, erecta scilicet iam Candabensi paroecia, Prioris nomine parochum, etiam saecularem, designari, et fuisse etiam designatum, nomenque Conventus indicare et indicasse parochiam; sed nihil inde sequitur favore parochi appellantis. Quae enim pro parocho fuerunt allata documenta et testium depositiones, tempus conditi testamenti non respiciunt; immo, depositiones testium quod attinet, hae nec tempus illud possunt respicere (De Luca, ***De indie,*** disc. XXI, n. 45). Sed deinde, dato etiam et non concesso, quod tum documenta, tum testium depositiones tempus illud attingerent, id unum esset admittendum, scilicet vocem « Conventus » aequivocam esse, quae tum de Ente Monastico, tum de Ente Parochiali posset intelligi; idem esset dicendum de voce «Prior». Unde necessitas oriretur investigandi quae vera fuisset testatricis intentio in usu vocis « Conventus » et « Prioris », cum illi bona sua reliquit, et huic Cappellanias erigendi facultatem dedit: quam investigationem actoris patronus ne tentavit quidem. In dubio igitur melior est conditio possidentis, qui, anno 1679, erat Conventus Religiosorum.

Caeterum cum Regularibus, animarum cura privatis, sacerdotes saeculares in parochia fuissent substituti, nil mirum quod in communi usu populi, cum Religiosis agere assueti, eadem nomina retinuerint, ut parochia diceretur conventus et Prior diceretur parochus. Sed vulgi opinio rei veritatem non mutat, praesertim si consideretur relate ad tempus conditi testamenti.

Sed instat ulterius actoris patronus, publico innixus instrumento diei 25 ianuarii 1681, quo Fr. Iosephus a Cruce testatricis dispositionem exequutioni mandavit: ex quo plura deducit in sui favorem, quae tamen nec possunt, nec debent admitti.

Sane in dicto instrumento legitur: « Innanzi a me notaro e testi -
« moni è comparso il Rev. Padre Fr. Giuseppe della Croce, Priore del
« convento di Candaba,... e con licenza esibita del M. Rev. Padre Diego
« di Gesù, disse che Donna Lucia Guíñamela lasciò disposto nella clau-
« sula 116, che si gravasse sulla chiesa di S. Andrea del detto paese di
« Candaba quarantacinque ***cabalitas*** di terreno pulito,... che con le ren-

« dite e frutti delle dette terre seminative e stagni, si dicano ogni anno « otto messe, quattro cantate ... le altre quattro lette. Quindi nel miglior « modo il Rev. P. Fr. Giuseppe della Croce, del detto paese di Can- « daba, dichiara che, fin da ora, impone, assegna e fonda e per sempre « nella chiesa e convento sotto l'invocazione di Sant'Andrea, che dota « con le quarantacinque ***cabalitas*** con i detti stagni, nella qualifica di « Priore che egli è di questo convento, affinchè come beni di esse siano « conosciuti ed avuti, ed in vista di essi ora e per sempre, abbia l'ob- « bligo il detto R. Padre Priore di detto convento di Candaba, e gli « altri che in avvenire gli succederanno e saranno Priori di esso, di « dire in ciascun anno le dette otto Messe... Ed all'adempimento del « suddetto obbligo, obbliga i beni e le rendite del detto Convento, « perchè riconosce ridondare in pro' ed utilità di esso... Ed a tutto ciò « si obbliga il detto Priore nella surriferita forma e come si può obbli- « gare a seconda delle sue Regole e Costituzioni che... », etc.

Quibus ex verbis patronus praefatus deducit: I° Fr. Iosephum a Cruce, Dominae Luciae Gumamela votis obsequutum, ecclesiam S. Andreae designasse, in qua donatio suum haberet effectum, excluso Conventu; 2° Eumdem P. Iosephum (qui Candabae parochi munere fungebatur, « Priore del paese di Candaba » se dicit) ceu parochum, et non aliter fundatricis mentem explicasse atque in praxim deduxisse « ... fundatio « - ipse dicit - facta fuit ratione officii parochialis, idest officii perpetuo «adnexi Ecclesiae et Conventui»; 3° Cappellaniam dicto instrumento in ecclesia S. Andreae fuisse fundatam, quam ideo una cum bonis assignatis nefas est alio transferri.

Sed, quoad primum, debet observari, in instrumento diei 25 ianuarii 1681 nedum ecclesiae S. Andreae mentionem fieri, sed Conventus etiam, qui, prae ecclesia, saepius nominatur; immo ecclesia et conventus adeo coniunctim nominantur, ut debeant retineri veluti quid unum declaratum : « Il Rev. P. Fr. Giuseppe della Croce,... impone, « assegna e fonda (legatum pium seu cappellaniam) nella Chiesa e Con- « vento di Candaba sotto l'invocazione di S. Andrea ». Quod mirum non est. Nam Regularium Conventus constant non una habitationis domo, in qua servatur vita communis, sed etiam ecclesia sacris peragendis destinata. « Ecclesia dicitur membrum ac pars ipsius Conventus, « pro cuius usu, et conservatione Sacramentorum, illa necessaria videtur, « neque inter claustra, seu recinctum, et ecclesiam ibi adnexam et incor- « poratam adesse videtur notabilis differentia » (De Luca, ***De par.,*** disc. 23, n. 14). Ideo in dicto instrumento ecclesia ***demonstrative*** tantum nominatur, ad innuendum scilicet, Missas, quarum, onus Conventui

incumbebat, ea in ecclesia fore celebrandas; sed insuper Cum testatrix ullo absque dubio Conventui bona sua reliquisset, nulla ecclesiae facta mentione, P. iosephus non potuisset ea ecclesiae assignare si vere hoc voluisset, ius enim ei non erat testatricis mutandi voluntatem (Conc. Trid., Sess. c. 5, ***De Reform.;*** cf. Santi, 1. III, tit. XXVI, n. 76).

Quae vero secundo loco est exposita deductio non solum est amplior quam contextus permittat, sed etiam cum universa P. Iosephi de Cruce agendi ratione non conciliatur. Si enim hic non aliter quam parochus coram notario stetisset et egisset, hoc aliquo modo indicasset, et curae animarum, quam exercebat, certo mentionem fecisset; sed haec siluit omnia. Deinde, in hypothesi praetensa, idem Pater nulla adigebatur necessitate Superiorum Ordinis impetrandi facultatem quam revera obtinuit, et qua usus egit: « Con licenza esibita del M. Rev. Fr. Diego « di Gesù », nec declarasset se velle obligari « a nome delle sue regole « e costituzioni » et, quod gravius est, pro securitate implementi impositae obligationis, bona Conventus non gravasset: « All'adempimento « del suddetto, obbliga i beni e rendite del detto Convento »; nec affirmassct, in huius favorem bonorum utilitatem cedere, « perchè riconosce « ridondare in pro' ed utilità di esso... ». Quae omnia optime explicantur si retineatur, P. Ioannem a Cruce in sua qualitate Prioris Conventus egisse, sicut revera egit, ut ex instrumento apparet. Conventui, enim, ipse, cum esset Prior, controversa bona assignavit, eique Missarum celebrandarum onus imposuit per Priorem perpetuo implendum, Conventus sui bonis oneratis atque reditibus, quia donata bona in eius utilitatem cedebant.

Prima fronte gravior apparet deductio, quae sub numero tertio legitur, sed haec quoque facilem admittit responsionem. Enim vero cappeliania, laicalis ea sit vel ecclesiastica, est ens, ad cuius essentiam, uti innuimus, necessario requiritur ***dos, cappellanus et spirituale aliquod officium;*** unde sequitur, in casu agi non posse de cappeliania laicali, nec de cappeliania ecclesiastica, pro qua defuit etiam canonica erectio. Nam dos non habetur constituta a cappellano utenda;, universa enim bona, in clausula 116 descripta, Conventui de Candaba fuerunt legata sub modo, scilicet cum onere[1] Missarum, nulla omnino eorumdem portione cappellano reservata; quod etiam in instrumento diei 15 ianuarii 1681 fuit recognitum. Neque cappellanus designatur, seu subiectum, quod cappellaniae, praevia investitura, redditus percipiat et onera adimpleat. Et siquidem in hoc instrumento Prior nominatur, hoc ideo factum est ut innueretur Priori, qui Conventum legatarium repraesentabat, onus incumbere susceptas obligationes adimplendi. Quod si ita non esset.

cappellania regularis deberet admitti, a Regularibus scilicet possidenda (Pirhing, i. III, tit. 5, n. 8 et 13 in fin.); quod ne ipse appellans admittit.

Neque obstat vox « cappellanie » a testatrice adhibita, sed in supradicto instrumento non relata; est enim vox generica et indifferenter in facto est in usu tum ad significandam cappellaniam proprie dictam, tum ad exprimendum simplex Missarum legatum (Santi, III, tit. 5, n. 31); aliunde simplex denominatio non immutat essentiam rei (Rota, c. Mohnes, ***Hidruntina-Oappellaniae,*** die 10 maii 1697, § 18).

Cappellania igitur in casu, omnibus ad eius essentiam requisitis deficientibus, non potest retineri ecclesiasticis normis obnoxia, quibus beneficia reguntur (Schmalgr., 1. III, tit. V, n 8); sed simplex legatum est retinendum (Reiff., I. III, tit. V, n. 15-16; Card. De Luca, ***De iur. pair.,*** Disc. XV, n. 4; D'Annibale, loc. cit.; Rota, coram Dunazzotto, ***Melphiten. - Legati pii,*** dec. 101, n. 1-2; Wernz, ***Ius decr.,*** 1. III, p. I, n. 196), quod procedere debet cum regulis suis.

Iam vero, cum huiusmodi legatum, non pro particulari devotione ecclesiae materiali S. Andreae, sed potius respectu Religiosorum ibi commorantium fuerit institutum, non ***taxative sed demonstrative*** volitum retinetur; consequenter Religiosos ipsos sequitur, quocumque hi se conferant, ecclesia S. Andreae relicta. « Ubi ecclesia deseratur per « clericos saeculares vel regulares ibi morari solitos eique inservientes ... « tunc cadit dubitatio circa onera Missarum et anniversariorum, an «remaneant in ipsa ecclesia... vel potius cum dictis clericis vel reli- « giosis eadem onera transeant in aliam ecclesiam ... Et tunc distinctio « est, quod aut constat quod Missarum et anniversariorum legata facta « non sint taxative ***pro particulari devotione illius ecclesiae materialis, « sed potius respectu clericorum, seu religiosorum ibi morantium;*** et, tali « casu, cum eorum corpus, sive universitas, non dissolvatur, sed agatur « tantum de translatione de loco ad locum, praesertim intra eamdem «civitatem, vel dioecesim, verius est ut personae secum trahant haec « bona vel iura cum oneribus, iuxta celebrem decisionem Serafini ... « quoniam ea stare censentur ***demonstrative,*** tamquam illa ecclesia, in « qua moniales missas audiunt atque divinis assistunt » (De Luca, lib. XIV, ***Adnot. ad Conc. Trid.,*** disc. 17, n. 3-4; ***De Legatis,*** disc. 25, n. 4).

Denique actoris patronus praescriptionem opponit, quae, incepta anno 1771, quando, Regularibus remotis, parochi saeculares fuerunt nominati, usque ad annum 1854 se protendit; hoc enim volvente tempore parochus bonorum possessionem pacifice retinuit, quod est plus quam sufficiens ad praescribendum.

Verum hoc non recte asseritur; tempus enim possessionis bonorum

ex parte parochi bifariam dividi debet: pars una incoepta anno 1771 protrahitur usque ad annum 1826, quando Regulares fuerunt in Parochiam restituii ; altera ab anno 1826 se protendit usque ad annum 1854, quando Religiosi in bonorum possessione de facto fuerunt reintegrati. Iamvero in prima temporis periodo de praescriptione loqui non possumus; Religiosi eni n, a publica auctoritate civili bonorum possessione privati, nihil omnino iuridice agere poterant, ut ea recuperarent; et ideo contra ipsos praesciiptio non potuit incipere: « Contra non vaientem « agere non currit praescriptio » (L. 30, ***G. de iur. dot.,*** 1. 1, § ult., c. ***De ann praescr.).*** Et hoc tanto magis quia ex parte parochi possessio bonorum non fuit pacifica: Religiosi enim, usi iuribus, quibus uti licebal, talem possessionem impugnarunt, apud Regem Hispaniarum reclamantes et revocationem invocantes decreti diei 9 novembris 1771 editi a Gubernatore De Anda: quod decretum revera fuit revocatum a Rege die 25 augusti 1774, licet de facto bonorum restitutio sequuta non fuerit ante annum 1854, quamvis impetrata regio decreto diei 8 augusti 1826.

In epistola diei 9 novembris 1774 ab Hispaniarum Rege data ad Provincialem Augustinianorum sic legitur: « Visto ciò nel mio Consiglio « delle Indie, coi ricorsi fatti... dalla vostra Provincia, e dalle altre esì- « stenti in codeste Isole, udito il mio Fiscale, e datomi su di ciò il suo « parere il 20 novembre 1772, ho risoluto tra le altre cose col mio « R. Decreto del 25 agosto di quest'anno che ai Religiosi vostri rimossi, « si restituiscano i beni sequestrati, servendosi per questo dei 34 inven- « tari formati per ordine dello stesso Governatore al tempo della loro « esecuzione e, in mancanza di quelli, di relazioni giurate, che daranno « gli stessi dottrinari rimossi ». Nec de praescriptione agi potest in altera periodo: ab anno enim 1826 ad annum 1854 non habetur tempus sufficiens ad praescribendum a iure statutum, quia ad praescribendum contra ecclesiam et contra entia ecclesiae assimilata, cuiusmodi sunt Conventus, loca religiosa, etc., quadraginta anni requiruntur (cap. 4-6, 8, ***De praesoript.);*** in casu nonnisi spatium 28 annorum habetur. Caeterum cum praescriptio res sit valde odiosa, concludenter debet ab allegante probari (De Luca, ***De iudic,*** disc. XXI, n. 8): hoc in casu non constat probatum.

Ad Augustinianos ergo de Candaba bona utriusque clausulae 115 et 116 testamenti Dominae Gumamela de iure pertinent. Ex quo sequitur, parochum Vincentium Lapus, fructus eorumdem bonorum, qui ad fundorum dominum pertinent, indebite percepisse, et ideo ad eorumdem restitutionem Patribus Augustinianis faciendam teneri (c, 1, n. 4, ***De rest. in integr.,*** c. penult., ***De reb. eccl. non alienand).***

Ideo tenetur restituere scutata 4618,31, vulgo ***pesos,*** quae Patres Augustiniani vi sententiae diei 14 augusti 1908 coacti ei tradiderunt: non enim adest ratio eos sibi legitime retinendi. Sed, quoad fructus perceptos a die nactae dictorum bonorum possessionis, RR. PP., praemissa distinctione inter fructus perceptos ante petitam restitutionem in integrum, et eos, qui postea fuerunt percepti, hos decreverunt esse restituendos, sed deductis expensis: et hoc non solum ob rationem supradictam, sed etiam « quia, inchoato restitutionis processu, possessor « respectu rei, ex quo fructus percipit, censetur fictione iuris, esse in « mala fide arg. L, ***Sed etsi, § Etiam si ante De petit, haer edit.*** Atqui « malae fidei possessor, et quilibet post litis contestationem, tenetur « omnes fructus restituere. L. ***Certum est*** C. ***De rei vindic.*** » (Reiff., lib. I, tit. XLI, n. 131). Sed quoad illos observarunt, non solum non esse restituendos fructus triennali praescriptione acquisitos, prout recte sententia appellata decrevit, sed nec alios, licet adhuc exstantes et non consumptos. Nam quoad istos una non est Doctorum sententia, quae, quamvis sit probabilior et magis iuri conformis pro restitutione, non est tamen certa (Reiff., loc. cit.); in dubio melior est conditio possidentis: ideo Patribus non visus est Vincentius Lapus compellendus ad hos fructus restituendos.

Quibus omnibus in iure et in facto perpensis, Nos, infrascripti Auditores de turno, pro Tribunali sedentes, et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, proposito dubio: ***An sententia rotalis diei 7 februarii 1916 sit confirmanda vel infirmanda,*** respondendo : ***Affirmative quoad primam partem, Negative quoad alteram, seu esse confirmandam :*** et insuper fructus esse restituendos a parocho Lapus Augustinianis Patribus, sicut in expositione sententiae declaratum est. Expensas autem utriusque instantiae inter partes compensatas esse* volumus.

Ita decernimus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium, ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam ***C. I. C,*** praesertim tit. XVII, lib. IV, iis adhibitis exsecutivis et coercitivis mediis, quae magis opportuna et efficacia pro rerum adiunctis exstitura sint.

Romae, in Sede Tribunalis S. R. Rotae, 18 februarii 1919.

P. Rossetti, ***Ponens.***
R. Chimenti.
Maximus Massimi.

L. © S.

Ex Cancellaria S. Romanae Rotae
Sac. T. Tani, ***Notarius.***

II

Citatio edictalis

HARLEMEN.

NULLITATIS MATRIMONII (DE GLABEEK-MASSA AR)

Cum ex actibus processus constet Dñam Elisabeth Mariam Massaart (aut Massaar), hac in causa conventam, reperiri non posse, instante patrono actoris Guilelmi de Glabbeek, per praesens edictum eandem citamus ad comparendum sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, coram Nobis vel nostro a studiis Adiutore, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Palazzo Dataria - Via della Dataria, n. 94, Roma) die 1 iulii 1920, tiora undecima, ad dubium concordandum vel infrascriptum subscribendum, et ad destinandam diem, qua habebitur Turnus Rotalis pro definitione causae de qua agitur.

DUBIUM

An constet de nullitate matrimonii in casu®

Ordinarii locorum, Parochi, Sacerdotes et fideles quicumque, notitiam habentes de domicilio aut commorationis loco praefatae Dominae, curare debent, si et quatenus fieri possit, ut de hac edictali citatione eadem moneatur.

Romae, e Sede Tribunalis S. R. Rotae, 30 martii 1920.

Franciscus Parrillo, ***Ponens.***

Traduction.

TRIBUNAL DE LA SACRÉE ROTE ROMAINE

Citation par édit

HARLEMEN.

NULLITATIS MATRIMONII (DE GLEBEEK-MASSAAR)

Puisqu'il conste des actes du procès que Mme Elisabeth Marie Massaart (ou Massaar) défenderesse en cette cause, ne peut être trouvée, sur l'instance de l'avocat du demandeur Mr Guillaume de Glabbeek, nous citons par le présent édit la même défenderesse à comparaître par propre personne ou par un Procureur légitimement constitué, devant Nous au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma - Palazzo della Dataria - Via della Dataria, n. 94) le 1 juillet 1920, à, 11 heures du matin, pour souscrire le doute ci-dessous rapporté et fixer le jour de la proposition de la cause devant la Rote.

DOUTE

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas présent?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres et les fidèles, ayant connaissance du domicile ou du lieu de la résidence de la dite défenderesse, doivent, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

François Parrillo, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis, 30 martii 1920.

T. Tani, *Notarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RELIGIOSI

AVVISO DI CONCORSO

Viene indetto, per il giorno 20 maggio prossimo, alle ore 8 (legali), un Concorso per un posto di Officiale minore nella Segreteria della Sacra Congregazione dei Religiosi.

Gli ecclesiastici che volessero prendervi parte, rivolgeranno, entro il 12 maggio, analoga domanda all'Emo Signor Cardinale Prefetto, corredata dalle opportune generalità e dal ***nulla osta*** della rispettiva Curia diocesana e dell'Eolo Signor Cardinale Vicario di Sua Santità.

Presenteranno inoltre i documenti dei gradi accademici o studi ecclesiastici compiuti. Sarà pure tenuta in considerazione la conoscenza di lingue straniere.

Dalla Segreteria della Sacra Congregazione dei Religiosi, il 12 aprile 1920.

L. S.

MAURO M. SERAFINI, Ab. O. S. B.
Segretario.

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 20 Aprile 1920, presso l'Emo e Revmo Signor Cardinale Andrea Frühwirth, Ponente della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Venerabile Giovanna Delanone, Fondatrice delle Suore di Sant'Anna, dette della Provvidenza, in Angers, si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti ***Antipreparatoria,*** nella quale i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso e dato il loro voto sopra l'eroismo delle virtù esercitate dalla stessa Venerabile Serva di Dio.

Martedì 27 Aprile 1920, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è tenuta la Congregazione ***Ordinaria*** dei Sacri Riti, nella quale, al giudizio degli Emi e Revmi Signori Cardinali componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

1) Introduzione della Causa di Beatifieazione e Canonizzazione della Serva di Dio Gemma Galgani, vergine di Lucca :

2) intorno alla revisione degli scritti del Venerabile Giuliano Maunoir, Sacerdote professo della Compagnia di Gesù;

3) del Servo di Dio Alfredo Pampalon, Sacerdote professo della Congregazione del Santissimo Redentore;

4) del Servo di Dio Giovanni Merlini, Sacerdote della Congregazione del Preziosissimo Sangue;

5) intorno alla concessione ed approvazione dell'Officio e Messa in onore della Beata Maria Vergine sotto il titolo *de Dunis,* venerata nella diocesi di Lille.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato *dh* nominare: >•

8 aprile 1920. L'Emo sig. Card. Teodoro Valfré di Bonzo, ***Protettore dell'Istituto delle Orsoline.***

10 » » L'Emo sig. Card. Antonio Vico, ***Protettore della Congregazione delle Suore della Sacra Famiglia di Bordeaux.***

» » » L'Emo sig. Card. Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, ***Protettore dell' Istituto dei Piccoli Fratelli di Maria.***

12 » » L'Emo sig. Card. Michele Lega, ***Protettore della Venerabile Arciconfratemita del Santissimo Crocifisso Agonizzante, in S. Nicola dei Prefetti, in Boma.***

15 » » Mons. Francesco Solieri e il Revöio P. Ludovico Nolan, dei PP. Predicatori, ***Consultori della Sacra Congregazione dei Beligiosi.***

» » » Mons. Antonio Farolfi, ***Segretario di Nunziatura di seconda classe.***

24 » » L'Emo sig. Card. Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, ***Protettore dell' Istituto delle Ancelle del Sacro-Cuore di Gesù.***

» » » L'Emo sig. Card. Oreste Giorgi, ***Protettore dell'Ordine dei Frati Minori.***

COD Brevi Apostolici ii Santo Padre si è degnato di nominare

Assistente al Soglio Pontificio:

17 aprile 1920. Mons. Raimondo Iaffei, vescovo di Forlì.

Protonotari apostolici ad instar participantium :

15 aprile 1920. Mons. Nicola Sebastiani, Cancelliere dei Brevi Apostolici.
17 » » Mons. Stefano Faugier, dell'archidiocesi di Lione.

Prelati Domestici di S. S.:

3 gennaio 1920. Mons. Bernardo. Moeller, dell'archidiocesi di Cincinnati.
19 » » Mons. Francesco Leone Roberto Gassler, dell'archidiocesi di New Orleans.
23 » » Mons. Francesco I. Beckmann, dell'archidiocesi di Cincinnati.
» » » Mons. Daniele A. Buckley, della medesima archidiocesi.
» » » Mons. Guglielmo Hichey, della medesima archidiocesi.
27 » » Mons. Giovanni Francesco Prim, dell'archidiocesi di New Orleans.
29 marzo » Mons. Vincenzo Keating, dell'archidiocesi di Birmingham.
7 ***aprile*** » Mons. Giovanni Licitri, dell'archidiocesi di Catania.
14 » » Mons. Antonio Witschko, della diocesi di Sant'Ippolito.
» » » Mons. Luigi Schmöger, della medesima diocesi.
15 » » Mons. Giuseppe Valentino Donnelly, della diocesi di Harbour Grâce.
16 » » Mons. Cataldo De Benedictis, dell'archidiocesi di Trani.
21 » » Mons. Giuseppe Ghanima, del Patriarcato di Babilonia dei Caldei.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

20 aprile 1920. A S. E. il sig. Agosto Leguia, Presidente della Repubblica del Perù.
» » » A S. E. il sig. Giovanni Mariano De Goyeneche y Gamio, conte di Guaqui, Ambasciatore del Perù presso la Santa Sede.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

15 febbraio 1920. Al sig. Giulio Maenhaut, Deputato Belga.
25 aprile » A S. E. il sig. Melitene F. Porras, Ministro degli Affari Esteri della Repubblica del Perù.

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

20 aprile 1920. Al sig. Giacomo Rohner, Deputato al Gran Consiglio di San Gallo, in Svizzera.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

30 marzo 1920. Al sig. Giovanni Gilbert, dell'archidiocesi di Westminster.
7 aprile » Al sig. Fortunato d'Almeida, Professore nell'Università di Coimbra.
14 » » A S. A. Cheïk Khaz'al, Viceré d'Ahwas.
15 » » Al sig. Ludovico Van de Werve, dell'archidiocesi di Malines.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

28 marzo 1920. Al sig. dott. Vincenzo Casapian, residente a Costantinopoli.
29 » » ' Al sig. avv. Leonardo Gargano, dell'archidiocesi di Salerno.
30 » » Al sig. dott. Carlo Precerutti, dell'archidiocesi di Torino.
7 aprile » Al sig. Clodoveo Uriarte, dell'archidiocesi di Sucre, in Bolivia.
10 » » Al sig. Nasri Baccasce, di Aleppo.
» » » Al sig. Giacomo Maro, di Bassorah.
12 » » Al sig. Arturo Dorer-Rotb, di Murg, in Svizzera.
13 » » Al sig. dott. Alfredo Ramoni, Medico-chirurgo dei Sacri Palazzi Apostolici.
14 » » Al sig. Michelangelo Pulieri, di Roma.
21 » » Al sig. dott. Melchiorre Bernaert, della diocesi di Gand.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

30 marzo 1920. Al sig. cav. Giovanni Castelli, residente a Costantinopoli.

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

24 marzo 1920. Al sig. Uberto Gennaro, dell'archidiocesi di Torino.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

21 marzo 1920. Al sig. prof. Camillo Scaccia Scarafoni, della diocesi di Veroli.
26 » » Al sig. lad Allah lacir, cattolico latino di Betlehem.
14 aprile » Al sig. David Yousoufani Bey, del Patriarcato Caldeo di Babilonia.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rina Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnata di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S, :

23 agosto 1918, Mons. Vittorio Steska, della diocesi di Lubiana.
11 gennaio 1919. Mons. Ignazio Ermanno Hergenroether, della diocesi di Erbipoli.
» » » Mons. Federico Roth, della medesima diocesi.
2 marzo 1920. Mons. Leone Gromier, di Roma.
6 » » Mons. Francesco Huber, della diocesi di S. Ippolito.
» » » Mons. Giuseppe Aichinger, della medesima diocesi. -
11 » » Mons. Giuseppe Peyretti, dell'archidiocesi di Torino.
26 » » Mons. Enrico Giuseppe Uberto Wonters, della diocesi di Ruremonda.
27 » » Mons. Alessandro Glimati, dell'archidiocesi di Benevento.
» » » Mons. Michele Mossotto, dell'archidiocesi di Torino.
29 » » Mons. Giuseppe Macho, della diocesi di S. Ippolito.
» » » Mons. Francesco Saverio Gleiss, della medesima diocesi.
» » » Mons. Michele Masiello, della diocesi di Irsina.
30 » » Mons. Lorenzo Solak, della diocesi di Cracovia.
16 aprile » Mons. Giacomo Boggio, della diocesi di Ivrea.
» » » Mons. Giulio Didaco, della medesima diocesi.
19 » » Mons. Giovanni Damasceno da Silva Fiadeiro, del patriarcato di Lisbona.
» » » Mons. Giuseppe Gregorio d'Oliveira Tavares, del medesimo patriarcato.
» » » Mons. Giuseppe Vyhnánek, dell'archidiocesi di Olmütz.
» » » Mons. Maurizio Rùzicka, della medesima archidiocesi.
20 » » Mons. Ettore Castelli, rettore del seminario regionale di: Fano, dell'archidiocesi di Milano.
21 » » Mons. David Rammo, del patriarcato Caldeo di Babilonia.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa Sopr. di S. S. :

8 aprile 1920. Il cav. Filippo dei marchesi Paterno Landolina, dell'archidiocesi di Catania.
12 » » Il conte Tommaso Garagnani, dell'archidiocesi di Bologna..

Cameriere d'onore in abito paonazzo di S. S. :

30 marzo 1920. Mons. Giovanni Ganzio Fiedor, della diocesi di Cracovia.

Cameriere d'onore di Spada e Cappa soprannumerario di S. S. :

29 marzo 1920. Il sig. Renato Berga, della diocesi di Metz.

Cappellano Segreto d'onore di S. S.:

17 aprile 1920. Mons. Michele Epifani, della diocesi di Subiaco.

NECROLOGIO

5 marzo 1920. Mons. Edoardo Solar y Vicuña, vescovo titolare di Selge, ausiliare del vescovo di La Serena.

26 » » Mons. Carlo Taccetti, vescovo di Gubbio.

27 » » Mons. Ludovico Rajner, vescovo titolare di Cidiesso, ausiliare del cardinale arcivescovo di Strigonia.

12 aprile » Mons. Ludovico Giovanni Déchelette, vescovo di Evreux.

19 » » Mons. Francesco di Paola Mas y Oliver, vescovo di Gerona.

20 » » Mons. Francesco Bonnefoy, arcivescovo di Aix-en-Provence.

21 » » Mons. Giuseppe Dallepiane, vescovo di Iglesias.

Annus XII - Vol. XII 1 Iunii 1920 Num. 6

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

EPISTOLA ENCYCLICA

AB PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES: DE PACIS RECONCILIATIONE CHRISTIANA.

BENEDICTUS PP. XV

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Pacem, Dei munus pulcherrimum, « quo, ut Augustinus ait, etiam in rebus terrenis atque mortalibus nihil gratius soleat audiri, nihil desiderabilius concupisci, nihil postremo possit melius inveniri » ;[1] pacem quadriennio amplius tantis et bonorum votis et piorum precibus et matrum lacrimis imploratam, tandem coepisse affulgere populis Nos equidem ante omnes gaudemus vehementerque laetamur. At vero hanc ipsam paterno conceptam animo laetitiam nimis multa eademque acerbissima perturbant ; nam si fere ubique bellum aliqua ratione compositum est, et pacis quaedam conventiones subscriptae, reliqua sunt tamen antiquarum semina inimicitiarum ; vosque probe tenetis, Venerabiles Fratres, nullam pacem consistere, nulla pacis foedera posse vigere, quamvis diutinis laboriosisque consultationibus

[1] ***De Civitate Dei,*** lib. XIX, c. XI.

constituta sancteque firmata, nisi per caritatis mutuae reconciliationem odia simul inimicitiaeque conquiescant. De hac re igitur, quae maximi sane momenti est ad commune bonum, vobiscum, Venerabiles Fratres, colloqui placet ac populos item vestros diligentius commonere.

Nos enimvero, ex quo ad huius Cathedrae dignitatem arcano Dei consilio evecti sumus, numquam, dum bellum conf agravit, cessavimus, quacumque potuimus ope, contendere, ut quamprimum omnes orbis terrarum populi fraternam inter se officiorum vicissitudinem répétèrent. Itaque instare precibus, hortationes iterare, amicitiae reconciliandae vias proponere, denique omnia tentare, si liceret, favente Deo, ad pacem, quae iusta quidem et honesta futura esset et stabilis, hominibus aditum iamiamque patefacere ; interea studiosam paterno pectore dare operam, ut maximis omne genus doloribus et aerumnis, quae immanem dimicationem consequebantur, aliquid usque quaque levationis afíerremus. Iam vero quae Nos ab initio tam difficili Nostri Pontificatus impulit Iesu Christi caritas vel ad elaborandum pro pacis reditu, vel ad horrores belli mitigandos, eadem hodie, cum pax aliqua tandem aliquando convenit, urget nos ut omnes Ecclesiae filios atque adeo hominum universitatem hortemur, velint diuturniora iam odia abiicere ex animis, concor» diamque suscipere mutuumque amorem.

Nec sane est cur multis demonstremus generis humani societatem maximis affectum, iri detrimentis si, pace conventa, obscurae tamen gentium inter gentes inimicitiam simultatesque persévéraient. Mittimus damna earum rerum omnium, quibus civilis vitae, progressio alitur et promovetur, ut mercatoris, ut opificiis, ut artibus, ut litteris, quae quidem communi populorum consuetudine ac tranquillitate vigent. At, quod maius est, gravissimum vulnus acceptura esset christianae vitae ratio ac fórma, cuius vis omnis in caritate consistit, cum ipsa christianae legis praedicatio *Evangelium pacis* appelletur. [1]

[1] ***Eph.,*** VI, 15.

Etenim, ut scitis et ut Nos pluribus alias commemoravimus, nihil tam saepe tamque vehementer a Iesu Domino inculcatum, est discipulorum auribus, quam hoc de mutua caritate praeceptum, utpote quod cetera complecteretur omnia; idque et novum Christus ipse nominavit et suum, et christianorum tamquam insigne voluit esse, unde internosci ab aliis facile possent. Denique iam moriens id ipsum suis testatus est, rogavitque ut inter se diligerent ac diligendo eam ineffabîlem unitatem imitari; contenderent, quae divinis Personis est in Trinitate : « Ut omnes unum sint... sicut et nos unum sumus ... ut sint consummati in unum ».[1]

Ergo divini Magistri vestigia sectantes Apostoli, eiusque voce ac praeceptis probe conformati, mirificae sedulitatis erant, ad fideles ita cohortandos : « Ante omnia autem mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes ».[2] « Supra omnia autem haec charitatem habete, quod est vinculum perfectionis • ».[3] ((diarissimi, diligamus nos invicem : quia charitas ex . Deo est ».[4] Bene autem monitis exsequebantur et Christi et Apostolorum illi priscorum temporum fratres nostri: qui quidem, etsi alii ex aliis contrariisque inter se nationibus erant,., tamen discordiarum memoriam voluntaria oblivione delentes, concordissime vivebant. Et vere cum mortalibus inimicitiis, in societatis humanae sinu tum flagrantibus, mirandum in modum tanta mentium animorumque consensio discrepabat.

Iam quae modo allata sunt ad praeceptum mutui amoris nr gendum, eadem ipsa valent ad oblivionem iniuriarum : nec minus affirmate id praecipit Dominus : « Ego autem dico vobis : Dico ligite inimicos vestros : benef acite his qui oderunt vos : et orate « pro persequentibus et calumniantibus vos : ut sitis filii Patris « vestri qui in caelis est : qui solem suum oriri facit super bonos

[1] IOAN., XVII, 21-23.

[2] I PETR., IV, 8.

[3] ***Coloss.*, III,** 14.

[4] I IOAN., IV, 7.

«et malos ».[1] Hinc illud gravissimum Ioannis Apostoli: « Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et -scitis quoniam « omnis homicida non habet vitam aeternam in semetipso ma-ce nentem ».[2] Denique sic a Christo Domino instituti sumus ad Deum orandum, ut profiteamur ita nos nobis velle ignosci, si aliis ignoscamus: « Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos « dimittimus debitoribus nostris ».[3] Quod si huic obtemperare legi nimis aliquando est arduum et difficile, adest ad omnem submovendam difficultatem divinus humani generis Redemptor non solum opportuno suae gratiae auxilio, sed etiam suo ipsius exemplo, qui cum in cruce penderet, eos, a quibus tam iniuste indigneque torquebatur, Patri excusans : « Pater, *inquit,* « dimitte illis : non enim sciunt quid faciunt ».[4] Nos igitur, cum misericordiam benignitatemque Iesu Christi, cuius, quamvis nullo merito, vicem gerimus, sequi ante omnes debeamus, ipsius exemplo, inimicis Nostris quicumque, scientes imprudentesve, personam operamve Nostram quibusvis contumeliarum aculéis vel lacerarunt vel lacérant, universis et singulis toto pectore véniam damus, omnesque summo studio ac benevolentia complectimur, nullum etiam praetermittentes locum eosdem benefactis pro Nostra facultate cumulanda Quod ipsum christiani homines, qui hac sint appellatione digni, faciant oportet erga eos qui se, tenente bello, iniuriis affecerint.

Neque enim eo contenta est christiana caritas ut non inimicos oderimus atque ut eos fratrum loco dirigamus, vult quoque ut benigne eisdem faciamus, vestigiis insistentes Redemptoris nostri, qui « pertransiit benefaciendo et sanando omnes oppressos « a diabolo »,[5] et mortalis vitae cursum, quem totum maximis in homines beneficiis emensus erat, profuso pro iisdem sanguine consummavit. Quare Ioannes : « In hoc cognovimus charitatem

[1] MATTH., V, 44-45.
[2] I IOAN., III, 15.
[3] MATTH., VI, 12.
[4] Luc, XXIII. 34.
[5] *Act,* X, 38.

« Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit: et nos debe- « mus pro fratribus animam ponere. Qui habuerit substantiam « huius mundi et vident fratrem suum necessitatem habere et « cïauserit viscera sua ab eo : quomodo charitas Dei manet in eo ? « Filioli mei, non diligamus verbo neque lingua, sed opere et ve- te rítate)).[1] Numquam vero amplius « dilatanda spatia charita « tis » visa sunt, quam hisce ipsis diebus, in summis nempe angustiis quibus premimur omnes ac laboramus : neque alias fortasse unquam hominum generi tam opus fuit, quam hodie communis beneficentia, quae a sincero aliorum amore nascatur plenaque sit devotionis et alacritatis. Etenim si circumspiciamus quacumque pervagatus est bellicus furor, immensi terrarum tractus obiciuntur ubi solitudo et vastitas, ubi inculta et relicta omnia; redactae usque eo plebes ut victu vestitu tectisque ipsis careant; viduae orphanique innumerabiles, qui cuiuslibet opis indigent; incredibilis multitudo debilium, infantium potissimum ac puerorum, in affectis corporibus testantium belli huius atrocitatem.

Has tantas miserias contemplanti, quibus premitur humanum genus, sponte venit in mentem viator ille evangelicus,[2] qui, descendens ab Ierusalem in lericho, incidit in latrones, a quibus despoliatus, plagisque impositis, est semivivus relictus. Magna enim est inter utrumque similitudo ; et quemadmodum ad illum, misericordia motus, Samaritanus accessit, qui, alligatis vulneribus, infusoque oleo et vino, duxit eum in stabulum, et curam eius egit : ita ad sananda humanae societatis vulnera manum suam adhibeat oportet Iesus Christus, cuius quidem Samaritanus ille personam sustinebat.

Iam hoc opus et munus tamquam proprium sibi Ecclesia vindicat, quae Iesu Christi spiritum custodit, ut haeres; Ecclesia, inquimus, cuius omnis vita mirabili beneficiorum varietate contexitur : ipsa enim « mater christianorum verissima, proximi « dilectionem atque charitatem ita complectitur ut variorum « morborum, quibus pro peccatis suis animae aegrotant, omnis

[1] I IOAN., III, 16-18.
[2] Luc, X, 30 sqq.

« apud ipsam medicina praepollèat » : unde « pueriliter pueros, « fortiter iuvenes, quiete senes, prout cuiusque non corporis tan- ce tum, sed et animi aetas est, exercet ac docet » \ - Haec autem christianae beneficentiae officia animos permulcendo, incredibile est **quam sint tranquillitati publicae restituendae conducibilia.**

Quare,, Venerabiles Fratres, oramus et obsecramus in visceribus caritatis Christi, omni studio ac diligentia in hoc incumbite ut, quotquot habetis vestrae mandatos curae, eos non "moderad odia deponenda iniuriasque condonandas excitetis, sed eificacius etiam ad ea omnia christianae beneficentiae instituta provehenda impellatis, quae sint subsidio egenis, solatio maerentibus, munimento infirmis, denique omnibus qui bello maximas iacturas fecerint, opportunam varii generis opem afferant. Praecipue vero volumus sacerdotes hortemini, administri qui sunt **christianae pacis,** ut **in hac re, quae vitam christianam maxime continet, assidui sint, id est in amore erga proximos vel 'inimicos commendando: atque « omnibus omnia facti »**[2] **adeo** ut **ceteros antecedant exemplo, odio inimicitiaequë bellum indicant, acriterque gerant usque quaque, gratissimum facientes** et **amantissimo Iesu Cordi, et ei, qui vices ipsius iii terris, quamvis non digne, sustinet. Quo loco admonendi sunt etiam vehementerque rogandi catholici homines, qui scribendis vel libris vel commentariis vel diariis dant operam, velint « sicut electi Dei, sancti et dilecti, viscera misericordiae, benignitatem »**[3] **induere, eamque scribendo exprimere, non modo a falsis vanisque criminationibus abstinentes, sed etiam ab omni violentia contumeliaque verborum, quae quidem cum christianae legi contraria est, tum male obductas refricare cicatrices dumtaxat potestj cum praesertim recens a vulnere animus sit vel levissimi attactus iniuriarum impatientior.**

Quae vero hic de colendae caritatis officio singulos admonemus, eadem ad populos diutina belli contentione perfunctus vo^-

[1] Cf. AUGUSTINUS, ***De moribus Ecclesiae catholicae,*** lib. 1, c. XXX.

[2] I ***Cor.,*** ix, 22.

[3] ***Coloss.,*** III, 12.

iünius pertinere » ut, amotis, quantum fieri potest, dissidiorum causis, - ei salvis utique iustitiae rationibus - amicitiam inter se et coniunctionem redintegrant. Nec enim alia est evangelica lex caritatis in singulis hominibus, alia in ipsis civitatibus et populis, qui demum omnes e singulis hominibus confluantur et constant. Exacto autem bello, non ratione tantum caritatis, sed quadam etiam necessitate in universalem quandam populorum inter populos conciliationem inclinare res videntur,, cum gentes naturali vinculo mutuae et indigentiae simul et benevolentiae inter se nunc maxime copulentur, hoc exquisitiore humanitatis cultu et commerciorum aucta mirum in modum facilitate.

Hanc igitur oblivionem offensionum fraternamque populorum reconciliationem quam Christi Iesu lex sanctissima iubet ac rationes ipsae humani civilisque convictus flagitant, haec Apostolica Sedes, cum, saeviente bello, ut supra docuimus, nunquam urgere praetermiserit, nec passa sit unquam quibusvis simultatibus odiisve obliteran, multo nunc magis, pacis constitutis f oederibus, fovet ac praedicat, ut litteris datis haud ita pridem **ad omnes Germaniae episcopos,[1] alterisque ad Cardinalem Archiepiscopum Parisiensem.[2] Quoniam vero hanc excultorum gentium concordiam tuetur multumque promovet ea, quae hodie increbruit, consuetudo ut ad maiora negotia expedienda inter se visitent conveniantque civitatum gubernatores ac principes, Nos, omnia reputantes et mutata rerum adiuncta et magnas communium temporum inclinationes, eiusdem concordiae adiuvandae causa, ne ab eo quidem consilio alieni essemus aliquid remittendi de illarum severitate conditionum, quas, ob eversum Apostolicae Sedis civilem principatum, iure Decessores Nostri statuerunt, ut catholicorum principum solemniores ad Urbem adventus cohiberent. Apertissime autem profitemur hanc Nostrae rationis indulgentiam, quam humanae societatis gravissima praeter modum tempora suadere atque adeo postulare videntur, nequaquam interpretandam esse tanquam Apostolicae Sedis**

[1] Litterae apostolicae ***Diuturni,*** die XV iulii MCMXIX.

[2] Epist. ***Amor ille singularis,*** die VII octobris MCMXIX.

abdicationem tacitam iurium sanctissimorum, quasi in praesenti, quo utitur, abnormi statu ea tandem acquieverit. Quin potius hanc ipsam Nos occasionem nacti « quas Decessores Nostri plu- ((ries expostulationes fecerunt, non quidem humanis rationibus, « sed officii sanctitate adducti, ut videlicet iura ac dignitatem « Apostolicae Sedis defenderent, easdem Nos iisdem de causis /< hic renovamus », denuo graviusque postulantes ut, pace inter gentes composita* etiam « Ecclesiae Caput in hac desinat absona « conditione versari, quae ipsi tranquillitati populorum, non uno « nomine, vehementer nocet ».[1]

Ita igitur restitutis rebus, iustitiae et caritatis ordine revocato, reconciliatisque inter se populis, optandum sane est, Venerabiles Fratres, cunctas civitates, quavis ultro citroque suspicione remota, in unam tamquam consociationem seu potius quandam quasi familiam coalescere cum ad propriam uniuscuiusque libertatem tuendam, tum ad ordinem conservandum humanae societatis. Ad quam gentium consociationem contrahendam hortatur, ut alia multa praetereamus, ipsa vulgo explorata necessitas omnem dandi operam ut, sublatis vel imminutis rei militaris sumptibus, quorum immane pondus iam sustinere respublicae non possunt, nulla posthac existant tam exitiosa bella, vel certe quam longissime eiusmodi periculum avertatur, et unicuique populo, cum libera potestate, sua territorii, iustis quidem terminati finibus, integritas conservetur.

Foederatis autem christiana lege nationibus, quicquid iustitiae et caritatis causa susceperint, non studium operamque suam desiderari sinet Ecclesia, quae cum absolutissimum sit societatis universalis exemplar, tum ex sua ipsius temperatione suisque institutis mirifica virtute pollet ad homines copulandos non modo in aeternam eorum salutem, sed etiam in huius vitae commoditatem, sic eos nempe deducens per bona temporalia ut non amittant aeterna. Itaque, historia teste, cognovimus, veteres Europae gentes immanitate barbaras, ex quo in easdem Ecclesiae spiritus penetraverit, extenúate sensim ipsarum inter ipsas multiplici maxi-

[1] Litterae encyclicae ***Ad beatissimi,*** datae die i novembris MCMXIV.

moque discrimine sublatisque discordiis, coivisse tandem in unam eiusdem generis societatem, natamque esse Europam christianam, quae, ductu auspicioque Ecclesiae, nationum varietatem retinens, tamen ad unitatem quamdam prosperitatis fautricem gloriaeque niteretur. Praeclare ad rem ita Augustinus : « Haec « caelestis civitas dum peregrinatur in terra, ex omnibus genti- « bus cives evocat atque in omnibus linguis peregrinam colligit « societatem, non curans quidquid in moribus, legibus institu- ée tisque diversum est, quibus pax terrena vel conquiritur vel te- ((netur, nihil eorum rescindens vel destruens, immo etiam ser- « vans ac sequens, quod licet diversum sit in diversis nationibus, « ad unum tamen ^eundemque finem terrenae pacis intenditur, « si religionem qua unus summus et verus Deus colendus doce- te tur, non impedit ».[1] Sic igitur idem sanctus Doctor Ecclesiam alloquitur : <e Tu cives civibus, gentes gentibus et prorsus homi- ee nes, primorum parentum recordatione, non societate solum, ee sed quadam etiam fraternitate coniungis ».[2]

Quare Nos, ut eo redeamus unde initium scribendi fecimus, primum filios Nostros, quotquot sunt, amplectentes, in nomine Domini Nostri Iesu Christi rogamus iterum et obsecramus inducant animum mutuas simultates offensionesque omnes voluntaria oblivione conterere, et christianae caritatis, cui nemo extraneus est aut alienus, sanctissimo inter se cohaerere vinculo ; tum nationes universas magnopere hortamur, ut veram inter se pacem christianae benevolentiae spiritu componere velint, coeuntes in unum foedus, auspice iustitia, mansurum; denique cunctos homines populosque appellamus, ut mentibus et animis Ecclesiae Catholicae, et per Ecclesiam Christo humani generis Redemptori sese adiungant : atque ita quibus verbis Paulus Ephesios, iisdem Nos alioqui omnes ferissime possimus: <e Nunc autem in Christo Iesu vos, qui aliquando eratis longe, fa- <e cti estis prope in sanguine Christi. Ipse enim est pax nostra, qui ee fecit utraque unum, et medium parietem maceriae solvens, ...

[1] ***De Civitate Dei, lib.*** XIX, c. XVII.

[2] ***De moribus Eccelesia catholicae,*** I, c. XXX.

« interficiens inimicitias in semetipso. Et veniens evangelizavit « pacem vobis, qui longe fuistis, et pacem iis qui prope ».[1] Nec minus apte cadunt quae idem Apostolus habet ad Colossenses: « Nolite mentili invicem, expoliantes vos veterem hominem cum « actibus suis, et induentes novum, eum qui renovatur in agnitio- « nem, secundum imaginem eius, qui creavit illum: ubi non est « Gèntilis et Iudaeus, circumcisio et praeputium, Barbaras et « Scytha, servus et liber: sed omnia, et in omnibus Christus ».[2]

Interea Spiritum Sanctum Paraclitum, - patrocinio confisi Mariae Virginis Immaculatae, quam *Reginae pacis* titulo ab omnibus invocari nuper iussimus, itemque trium beatorum caelitum quibus sanctorum honores proxime decrevimus - humilibus precibus exoramus, ut « Ecclesiae suae unitatis et pacis propitius dona concedat »,[3] et faciem orbis terrarum nova suae caritatis effusione renovet ad communem salutem.

Huius auspicem divini muneris benevolentiaeque Nostrae testem, apostolicam benedictionem vobis, Venerabiles Fratres, et Clero populoque vestro amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die xxin maii, in festo Pentecostes, MCMxx, Pontificatus Nostri anno sexto.

BENEDICTUS PP. XV

[1] ***Eph.,*** II, 13 sqq.
[2] ***Coloss.,*** III, 9-11.
[3] Secreta in Solemnitate Corporis Christi.

SACRUM CONSISTORIUM

Die 7 maii 1920

I. - CONSISTORIUM SECRETUM

Sanctissimus Dominus Noster Benedictus Pp. XV has, quae sequuntur, ecclesias de proprio pastore providit, nempe:

Titulari archiepiscopali ecclesiae Apamensi praefecit R. D. Clementem Micara, Nuntium apostolicum in Republica Cechoslavica.

Cathedrali ecclesiae Augustanae, R. D. Iosephum Calabrese, canonicum theologum cathedralis Segusiensis.

Cathedrali ecclesiae Brentwoodensi, R. D. Arthurum Doubleday, antistitem urbanum, canonicum eiusdem cathedralis Brentwoodensis.

Cathedrali ecclesiae Lausanensi, cui annexus est titulus Genevensis, R. D. Marium Besson, professorem in maiore Friburgensi seminario.

Cathedrali ecclesiae Zamboangensi, R. P. Iosephum Clos, e Societate Iesu.

Cathedrali ecclesiae Loianae, R. D. Guilelmum Harris, canonicum eiusdem cathedralis Loianae et seminarii episcopalis rectorem.

Titulari episcopali ecclesiae Eeniensi, R. D. Florentium Du Bois De la Villerabel, vicarium generalem Ambianensem, deputatum in auxiliarem cum iure futurae successionis Rmi Archiepiscopi Turonensis.

Insuper Beatissimus Pater alium etiam, iam renunciatum per Apostolicas sub plumbo Litteras, Sacrorum Antistitem publicavit, scilicet:

Lucerinum, R. D. Iosephum Di Girolamo, officialem S. Congregationis Concilii.

II. - CONSISTORIUM SEMIPUBLICUM DE CANONIZATIONE BB. GABRIELIS A VIRGINE PERDOLENTE, MARGARITAE MARIAE ALACOQUE ET IOANNAE DE ARC.

Sanctissimus Dominus Noster Benedictus Pp. XV, Eminentissimorum Patrum Cardinalium et Reverendissimorum Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum et Abbatum suffragia excepturusj haec praefatus est.

VENERABILES FRATRES,

Ex iis quae in duobus Consistoriis proximis rite ad vos relata sunt, itemque ex legitimis commentariis quos his diebus pervolutastis, de beato Gabriele a Virgine Perdolente, deque beatis virginibus Margarita Maria Alacoque et Ioanna de Arc, equidem arbitramur nihil iam vobis esse dubii quin ii, quoad terrestre domicilium incoluere, insignibus omnium virtutum eluxerint, cumque hinc ad caelestem patriam evola vissent, iisdem apud Deum deprecatoribus, plura rerum miracula evenerint. Superest igitur ut de augenda consecrandaque eorumdem beatorum caelitum apud Ecclesiam militantem gloria vobiscum "hodierno die consultemus. Res sane est magni consilii, utpote quae intimam cum ipsa Fidei sanctitate coniunctionem habeat; agitur enim ut, pro Apostolici magisterii auctoritate, cives ii caelestis Hierusalem a Nobis declarentur, simulque, velut recte vivendi exempla, populo christiano ad imitandum proponantur. Quod si in munere obeundo tam gravi plane Nos Iesu Christi promissio fidesque confirmat, non eo minus optabile est vestram quoque Nobis suffragari prudentiam. Itaque de proposita causa vos singillatim, Venerabiles Fratres, sententiam rogamus.

Exceptis praesentium suffragiis, Beatissimus Pater haec addidit verba:

Idem placere vobis, Venerabiles Fratres, videmus quod Nobismet ipsis, ut hi tres beati caelites in sanctorum numerum, more institutoque huius Apostolicae Sedis, referantur. Certum.

igitur deliberatumque Nobis est rem propediem ad Sancti Petri in Vaticano peragere, solemnibus caeremoniis : et canonizationi quidem beatorum Gabrielis a Virgine Perdolente et Margaritae Mariae Alacoque diem dicimus huius mensis tertium decimum, sacrum ob memoriam Iesu Christi in caelum ascendentis, beatae vero Ioannae de Arc diem dominicum proxime subsequentem, id est mensis sextum decimum. - Interea vos Nostrae voluntatis propositum supplices commendare Deo, quaesumus, ne cessetis.

IN SOLEMNI CANONIZATIONE

BB. GABRIELIS A VIRGINE PERDOLENTE ET MARGARITAE MARIAE ALACOQUE, HABITA IN BASILICA VATICANA, DIE XIII MAII MCMXX, FESTO ASCENSIONIS DOMINI.

Ad triplicem postulationem, instanter, instantius, instantissime, ***factam per Advocatum consistorialem D. Augustum Milani a Viro Eminentissimo Antonio Vico Cardinali, Praefecto S. Rituum Congregationi, Canonisatioms Postulatore, Rmus D. Aurelius Galli, Secretarius Litterarum ad Principes, nomine Sanctitatis Suae ita respondit :***

i. Licere sibi nobilissimum par beatorum caelitum summis Ecclesiae honoribus afficere, pergratum sane sanctissimo Domino Nostro perque iucundum contingit. Primum enim prospicit animo secutura communis pietatis incrementa ex aucto eorum cultu et gloria, cum Gabriel quidem, studio Virginis Perdolentis evectus in caelum, ad cordis cruciatus divinae Matris consolandos alliciat, Margarita autem, quae Cordis Iesu alumna existit et ministra peculiaris, ad ipsum penitus cognoscendum et deligendum vehementer invitet. Quod utrumque praeclarae quoque videt esse opportunitatis ad haec tempora, cum humanum genus iis aegrotat ex vulneribus quae Mariae maternam manum et caritatis Iesu medicinam omnino requirant ad sanandum. Omnium siquidem miseriarum quibus nunc publice privatimque laboratur, caput est discessus a Christo : redeundum igitur ad Cor eius et, Maria duce, redeundum, per quam hominibus Salvator illuxit. Accedit quod facultas sibi percupienti datur ut magnam desiderii exspectationem expleat Ecclesiae sanctae, cuius lectissimam partem mirifice gaudet in hac loci maiestate praesentem conspicere. At vero solemnem ritum ingrediens, sedium supernarum assistricem sapientiam eo studiosius, ut par est, implorat; ob eamque rem, quotquot hic adsunt, universos cupit Deo secum esse supplices, patrocinium adhibentes Mariae Virginis Immaculatae, castissimi Sponsi eius Iosephi, Petri et Pauli, Apostolorum principum, totiusque Curiae caelestis.

II. Paullum etiamnunc morae videtur beatissimo Patri ad solemne decretum pronuntiandum interponere. Interim ab omnibus postulat ut, preces iterando, invocare sibi velint Spiritum Sanctum.

III. Servatis diligenter iis quae, more institutoque huius Apostolicae Sedis, servanda erant, nihil iam esse causae beatissimus Pater autumat, quare decretoriam amplius differat sententiam. Erigite ergo animos ad audiendum, et Petri in Benedicto viventis oraculum excipite.

HOMILIA SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

VENERABILES FRATRES, DILECTI FILII,

Triumphalem recolentibus hodierno die reditum Iesu Domini ad Patrem, magna et iustissima nobis, quotquot Liberatorem nostrum diligimus, est causa exsultandi, cum in sublimitate caelestis gloriae constitutam humani generis naturam videamus, et quo Caput Ecclesiae sanctae processerit, eodem corpus venturum non dubitamus. Ab hac vero tanta exsultatione laetitiae minime segreganda est recordatio dominicae Passionis, quando ipse Dominus et crucis, de qua pro nobis pependerat, voluit in sui aeternitate triumphi retinere stigmata, neque aditum in caelos cuiquam post se, nisi via regia crucis, patere permittit. Ad salutiferam autem considerationem Iesu patientis, praeterquam solemni adscensionis eius memoria, etiam huius diei propria celebritate revocamur, idque praeclaro Dei beneficio, qui cum omnem rerum cursum inscrutabili sapientia gubernat, tum vero de Sanctis suis providentissime disponit, et quo quisque tempore in Ecclesiae bonum oriatur, et quo in terris, postquam ad superos abierit, glorificetur.

Sane¿ quod Iesus Christus, mandatu Patris, habuit, ante suum in caelos adscensum exsequi opus humanae Redemptio^ nis, Sicut I ab ineffabili erat Dei erga homines amore profectum, sic, tamquam ad finem, huc spectabat, ut homines ad Deum dirigendum inflammaret. Ex ipso enim sanctissimo eius ore, vel potius corde, exiit ea vox, *Sic Deusdilexit mundum, ut Filium suum Unigenitum daret;* itemque *Ignem veni mittere in terram, et quid volo, nisi ut accendatur?* Ergo ex quo aeternus Dei Filius humilitatem nostrae carnis assumpsit, usque dum ad

Patris dexteram victor collocavit, omnia in eo quidem plena infinitae caritatis, ut, qui Dominum Nostrum Iesum Christum non amet, anathema eum esse iubeat Apostolus : sed, quoniam maiorem hac dilectionem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis, nihil est profecto quod tam spiret amorem tamque ad redamandum alliciat quam Iesus Crucifixus, de quo illud est verissime dictum : « vidimus sapientiam amoris nimietate infatuatam »*.

Quod si fuit unquam tempus ullum, in quo homines Redemptorem suum negligere viderentur, hoc certe est, cum licet affirmari eos, sempiternae fere salutis immemores, omnes suas curas cogitationesque in terrenis rebus habere defixas. Quare valde laudanda atque efferenda est divina benignitas, cuius providentia nutuque accidit ut aucti duobus caelitibus honores ad Iesu Christi Passionem hodie hominum mentes animosque convertant.

Etenim Margaritae Mariae assignatum munus a Deo, quod sit, apparet: Cordis Iesu omnibus hominibus, quas ipso revelante didicisset, praedicare divitias. Ostendit igitur illa mundo Sacratissimum Cor, at Cruce imposita ornatum ostendit, spinis redimitum vulneratumque lancea, nimirum ut significet visum esse in Passione maxime amore flammescere. Eminet atque exstat in Gabriele singularis erga Virginem Perdolentem pietas, unde et cognomen accepit. Verum hic pietatis affectus cum incredibili Iesu Christi Crucifixi studio cohaeret, ut facile possis dignum Pauli a Cruce filium agnoscere. Sed enim haec duo intimo necessitatis vinculo continentur inter se : cruciatibus Iesu compati et Mariae doloribus. Nam ut Adam primus feminam habuit in praevaricatione sociam, sic alter in salutis nostrae reparatione participem voluit eam, quam de Cruce *mulie-* strae reparatione participem voluit eam, quam de Cruce *mulierem* appellando, Evam alteram declaravit, idest Matrem ineffabiliter dolentem omnium hominum, quibus ipse ut vitam acquireret, moriebatur.

His itaque auspicibus quos celebramus, iure exspectandum est, ut largior quaedam ex vulneribus Christi per Mariam exsi-

stat iam effusio divinae caritatis. Neque eo minus requiritur vel ad excitandos qui vulgo iacent, christianos spiritus, vel ad reparandas maximorum bonorum iacturas quas fecit, recedens magnam partem a Deo, genus humanum. Id autem omnibus precibus petat oportet, cuicumque vere cordi est amplificari cum animarum salute regnum Christi. Nos vero, quotquot sumus, quibus semper adhaerere Deo bonum est, in Sanctos novensiles studiose intueamur, eorum et virtutum sequamur exempla et patrocinium imploremus, ut, cum dies nobis aeternitatis illuxerit, et ipsi, eorumdem consortes, regnare possimus cum Christo Iesu, cui sit laus et honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

IN SOLEMNI CANONIZATIONE

B. IOANNAE DE ARC, HABTTA IN BASILICA VATICANA, DIE XVI MAII MCMXX, DOMINICA INFRA OCTAVAM ASCENSIONIS DOMINI.

Ad triplicem postulationem, instanter, instantius, instantissime, ***factam per Advocatum consistorialem D. Virginium lacoucci, ab Eminentissimo Viro Antonio Vico, S. R. Congregationi Praefecto, canonizationis Procuratore, Rmus D. Aurelius Calli, Secretarius Litterarum ad Principes, nomine Sanctitatis Suae ita respondit :***

I. Solemnem ritum auspicatur beatissimus Pater summa cum voluntate gratissimoque animo erga Deum, cuius beneficio non solum huius diei* faustitatem videt, sed eius celebrandae obtinet ipse principatum. Namque id hodie agitur ut qui constitutus est a Iesu Christo magister veritatis ac iustitiae vindex, fortissimae post hominum memoriam innocentissimaeque virginis consecret immutabili sententia virtutes, maximosque eidem honores decernendo, aeterna simul oblivione iniquae damnationis dedecus obruat. In quo divinae Providentiae licet mirari consilium. Cum enim iniusto iudicio opprimeretur Ioanna, plus semel audita est Romanum appellare Pontificem; et ea quidem appellatio, etsi minime valuit ad crudele supplicium prohibendum, vim tamen et effectum habitura erat opinione maiorem. Ergo, recenti re, Gallistus ab omni criminatione Puellae Aurelianensis nomen vindicavit; nunc autem, quinque fere saeculorum intervallo, auctoritate nutuque Dei, beatissimus Dominus noster, in augustissimo orbis terrarum consessu, eam ipsam Puellam exemplar edicit esse sanctitatis, eandemque universi tati christianorum proponit ad colendum, ad imitandum. Atque in hac incolarum et hospitum celebritate, praecipue aspectu et praesentia delectatur Galliae, cuius clarissimum civem, qui eius personam publice gerit, frequentesque sacrorum antistites intuetur; nec vero dubitat quin tanta generosae nationis alacritas ad Ioannam de Arc, patriae servatricem honorandam, magnopere futura sit ei salutaris. Interea, ut in re sane maxima, vult omnes qui adsunt, sibi Deum exorent, deprecatoribus adhibendis Maria Deipara Immaculata, Ioseph beatissimo eius Sponso, Petro et Paulo, principibus Apostolorum, ceterisque caelitibus universis.

IL Antequam solemne decretum beatissimus Pater pronuntiet, iudicans paulo amplius esse in petitione supplici divini luminis immorandum, enixius invocari iubet, sapientiae auctorem, Spiritum Sanctum.

III. En adest tam diu exspectatam bonis horae momentum ut ioannae de Arc excellens in omni genere virtus Petri auctoritate sanciatur. Audiat catholicus orbis, et cuius demirari consuevit fortia facta in salutem patriae, eandem splendidissimum lumen Ecclesiae triumphantis iam nunc veneretur.

HOMILIA SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

VENERABILES FRATRES, DILECTI FILII,

Mirabilis Deus in sanctis suis, quandoquidem « quae stulta sunt mundi elegit ut confundat sapientes et infirma mundi ut confundat fortia » singulare et eximium propriae tum virtutis tum sapientiae specimen nobis exhibet in femina, cuius dum apud homines summis effertur laudibus immortale nomen, Nos hodierno die caelestem gloriam gratulando celebramus. Etenim cum ex iis qui splendore sanctitatis eminent, ut ceteris recte vivendi sint documento, nonnulli maxime in signum et in portentum, quemadmodum Scriptura loquitur, dati videantur, Ioannae quidem vita, in illustri quodam flexu saeculorum apparet iis abundans atque affluens gestorum miraculis, quae omnes, quicumque sunt, veritatis amicos ad agnitionem venerationemque divini .Auctoris inducant. Nam quod simplex rudisque rerum puellula, arcanae vocis invitatu, ex timida repente animosior effecta, alacris ad opus aggressa est ex humanis longe difficillimum maximeque arduum ; quod quietem paterni ruris laboribus castrorum, et colum atque fusum hasta gladioque secura mutavit; quod, ovicularum assuefa custodiae, magnis et bellicosis copiis solertissime imperitavit, easque ex aliis in alias victorias sine ulla dubitatione rapuit; quod denique regem suum, praeter omnium spem exspectationemque, Aurelianensi obsidione soluta, rite consecrandum curavit; quod etiam secreta mentium aperuit, futura praedixit, similia supra naturae vires gessit : haec omnia profecto luce clarius indicant adfuisse hic *Digitum Dei.* Sunt quidem, atque utinam pauci, qui eam secuti sapientiam carnis

quam damnat Apostolus, - cum quidquid humanae naturae modulum superat, praeiudicata opinione reiiciant, - haec ipsa admi rabilia ita conantur explicare, ut nullo prorsus divino instinctu afflatuque facta esse contendant. Sed « evanuerunt in cogitationibus, suis »: tam certis tamque illustribus monumentis testatae res, si ab illis remotus sit Deus, continuo fiunt quiddam humanae rationi omnino inextricabile.

Quamquam autem de hac honorum celebritate quibus afficitur fortissima civis, iure meritoque Gallia gloriatur, est sane, cur eo magis in virtutum commendatione inditae filiae triumphet mater Ecclesia : nam, si patriae maxime necessario tempore adfuit Ioanna, verissimeque in eius salutem nata divinitus esse dicitur; at simul exploratissimum est, quaecumque admirabiliter gesserit, omnia eam gessisse, ut Iesu Christi regnum in suis praesertim civibus confirmaret. Neque aliam rem ullam studiosius visa est aut vehementius quaerere, vel cum, caelestem opem in primis, quodcumque susceptura erat, magnis precibus imploraret, vel cum insigne Crucifixi imagine vexillum sibi ad praeliandum praeferri iuberet, vel cum, ut victrix evaserat, victoriam non sibi, sed rerum omnium (arbitro referret acceptam. Accedebat, ut militarem peccandi licentiam in castris suo ipsius conspectu cohiberet, et si quid peccatum esse intellexisset, in sontes severissime animadverteret. Iam quae tam diligens erat ad imperium Dei propagandum, quid mirum si obsequii erga divinam voluntatem ipsa se praeberet exemplum % Id vero, si unquam alias, in huius innocentissimae vitae exitu praeclare patuit. Quam magno, quam forti animo, ut caeleste sibi mandatum munus comprobaret, iniustissimum subiit acerbissimumque supplicium! Flammis iam circa virgineum corpus crepitantibus, Domini sui de cruce pendentis effigiem amantissime deosculata, animam causamque suam in manus eius, cui vitam omnem vixerat, monens commendavit.

Ecce autem, quinque saeculorum interiecto spatio, virtutes Ioannae de Arc, apud sacratos Petri cineres, magnificentissime consecrantur, maximique nomini eius decernuntur honores, e

quibus elucet illa, qua iam diu apud Dominum in caelis perimitur, gloria sempiterna. Non id fortuito aut sine consilio accidit hoc tempore, cum homines vulgo nolunt in administrandis rebus publicis regnare super se Christum. Atqui *Oportet illum regnare,* - *quem* (Pater) *constituit haeredem universorum, per quem fecit et saecula.*

Itaque hoc « reges intelligant et erudiantur qui iudicant terram » : potentem et imperiosam nationem a summo periculo et discrimine per manum feminae qui liberavit, eum esse cuius arbitrio nutuque omnis humanarum rerum cursus dirigatur. Quando igitur eius voluntati frustra aut cèrte non impune resistitur, obtemperare et obsequi ne recusent. Nos vero Sanctae Ioannae de Arc et exempla secuti et patrocinio subnixi, omnibus in rebus Iesu Christo Deo mente animoque serviamus, cui servire regnare est nunc et in perpetuum. Amen.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

VENERABILI DEI FAMULAE LODOVIGAE DE MARILLAG, VIDUAE LE GRAS, CONFUNDATRICi CONGREGATIONIS PUELLARUM A CARITATE, BEATORUM HONORES DECERNUNTUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Religiosas inter familias quas longo saeculorum cursu Deus excitare visus est, non modo pro Ecclesiae suae praesidio atque ornamento, sed etiam pro humanae societatis aedificatione atque utilitate, praecipuum profecto locum obtinet celeberrima illa puellarum Sodalitas, quibus a Caritate factum est nomen. Et re quidem vera ad triginta septem millia numerantur huius societatis sorores eaeque in omnes catholici orbis regiones mirifice diffusae, in cönlegiis, orphanotrophiis, brephotrophiis, nosocomiis, carceribus, et in castris etiam inter pugnantes milites christianae caritatis officiis funguntur, admirationem omnium sibi merito vindicantes. Quem ad modum contigit nonnullis aliis religiosarum mulierum institutis, Benedictinis nempe, Clarissis et monialibus a Visitatione, quae praeter fundatores suos Benedictum, Franciscum Assisiensem et Franciscum Salesium, confundatricibus respectivis gloriantur, videlicet Scholastica, Clara et Ioanna de Chantal, ita bini recurrunt etiam huic frugiferae Societati institutores. Ex his alter fuit insignis sanctimonia vir, cuius nomini nullum par elogium, Vincentius a Paulo; alter praeclara eius discipula vitaeque spiritualis filia, operum consors et socia laborum, venerabilis Dei Famula Lodovica de Manilae, vidua Le Gras. Parisiis orta die xii mensis augusti, anno MDLXXXXI, ex Lodovico de Marillac et Margarita Le Camus, piis ac nobilibus parentibus, diligenter quidem mentem bonarum artium et philosophiae studiis excoluit, sed multo diligentius animum pietatis flore et virtutum omnium custode pudicitia. Etsi venustissimae ac summo in loco natae puellae regia quoque aula pateret, a corrupti tamen saeculi oblectamentis adeo abstinuit, ut in monialium Capulatarum asceterio se Deo devovere cooptaverit. Alia tamen de Ancilla sua praeordinaverat Omnipotens. Patre enim orbata, auctore consilii confessario illiusque dicto audiens, anno MDCXIII, nupsit Antonio Le Gras, nobili viro, filiumque edidit unicum, Michaelem Antonium, quem ad bonos mores accuratissime instituit. In coniugali statu plus quam duodecim per annos optime se gessit ac prudentissime, et domestici quoque eius praeclaram matris familias virtutem experti sunt. Quum diuturno et gravi morbo

perculsus deeubuit Antonius, assidens lectulo mitissima uxor, morosi atque iracundi viri obiurgationes et convicia humiliter pertulit: patientia vicit pervicaciam et pietate sua obtinuit ut christiano et quidem placidissimo exitu vitam concluderet. Coniugii vinculis soluta, rursumque venerabilis Dei Famula libertatem adepta, viduitatis votum nuncupavit et quod semper ipsi cordi fuerat, pauperum calamitatibus sublevandis totam se addixit; seque ultro commisit in disciplinam divi Vincentii a Paulo, qui tunc temporis caritatis segetem uberrimam metiebatur. Apostolicus hic vir, ut nulla siue levamine necessitas, nulla sjne auxilió egestas, nulla sine solatio maneret miseria, notissima instituerat caritatis Sodalitia, quae Parisiis et extra brevi multiplicata, opportuna omnimodis malis remedia comparabant. Horum coetuum quasi spiritus vivificans Dei famula fuit, quae magistri vestigiis insistens, in illius virtutum imitationem adeo exarsit, ut non modo magno eidem praesidio fuerit, sed eum in exantlandis laboribus pene aequiparaverit. Non itinerum asperitas, non caeli inclementia, non cibi potusque defectus, non tenuis valetudo ab assidua caritatis operum exercitatione Dei Famulam avertere potuerunt. At per duplicem matrimonii et viduitatis statum cunctas edocta hominum miserias, ut sodalitia caritatis proposito fini responderent plenius, cogitare coepit de institutione religiosae Congregationis puellarum et mulierum, quae naturalis familiae vinculis nequaquam obligatae, sed clausurae legibus non obstrictae, certis tamen sub regulis, in mediis illis ipsis miseriis versarentur, quas ad levandas essent vocatae. Animum venerabilis Dei ancilla divo Vincentio aperuit, qui, rei novitate perculsus, utpote quia per illud temporis, quotquot erant moniales, cunctas inclusas coenobii septis manere oportebat ex Synodi Tridentini expressa lege, et mulierum ordo extra claustra vagantium ne concipiebatur quidem, diu anceps immoratus est, caeleste lumen fervida prece implorans. Verum quum Sanctus vir propositae institutionis opportunitatem novit, futurosque uberrimos fructus in Domino praesensit, ultro commisit Lodovicae ut fundamenta pararet huius novae societatis Filiarum Caritatis, regulasque exararet. Qua prudentia has leges tulerit, qua diligentia venerabilis Dei Famula ineuntis Societatis incremento prospexerit, id argui facile potest ex miranda instituti eiusdem diffusione. Ut Filiae Caritatis pauperum servae essent, iisque omnibus praesto essent officiis, studio atque amore pari praecepit. Ut tum domi, tum in nosocomiis assisterent infirmis, derelictos vel orbatos parentibus infantes alerent, senes aetate imbecillos sustentarent, detentos in vinculis publicis solarentur, consuluit. Voluit denique ut hae mites non minus quam fortes puellae nullos

detrectarent labores, nulla pericula, sed, urgente caritate Christi, mortem ipsam oppetere paratae, non damnatorum remigio convicia, non contagia morborum, non ignearum ballistarum ictus pavèrent. Exeunte anno reparatae salutis MDCXXXVIII, ad simplicia paupertatis, castitatis et obedientiae vota emittenda venerabilis Dei Famula admissa est; eademque una cum primis quatuor sororibus, die Beatae Mariae Virginis Deiparae Annuntiationi sacro, anno MDCXXXXII, renovavit. Quod vitae reliquum ei fuit totum impendit in religiosa familia, quam instituerat, firmanda atque amplificanda. Continuo novae domus apertae, novae fundationes habitae, et adhuc vivente legifera matre Lodovica, non modo in universas Galliae provincias, sed in Poloniam quoque Caritatis Filiae migrarunt. Ad extremos usque mortalis aevi dies, quamvis saepe adversa valetudine uteretur, Congregationi praefuit actuose, Consueta opera numquam praetermisit, alumnasque suas verbo atque exemplo ad pietatis studia informavit. Tandem cum annum ageret aetatis suae sexagesimum nonum, mense februario anno MDCLX morbo graviter conflictata, et mortem sibi imminentem sentiens, misit qui amantissimum Patrem S. Vincentium advocaret. Sed sanctus vir, octuagenario maior et senio morboque confectus, cum ne gradum quidem facere posset, ea verba protulit, quae tum magistri, tum discipulae singularem virtutem produnt: « Die Lodovicae: quod ad te attinet, nunc abi; mox te sequar in caelum». Idibus martiis Sacra per Viaticum recreata Synaxi, infirmorum oleo communita, postquam Serva Dei collacrimantibus filiabus suis, quae circum aderant, benedixit easque ad regulas religiose servandas hortata fuit, sanctissimo fine in Domino obdormivit. Sex circiter per menses praeclarae suae discipulae vitaeque spiritualis filiae superstes fuit Sanctus Vincentius. Hic in duabus quas ante novae Praesidis electionem habuit concionibus, coram Societatis Caritatis puellis defunctae matris Lodovicae, prouti Sanctorum est, exercitas virtutes concelebravit; nihilominus sibi religioni duxit caute eas esse monendas, quanta de famula Dei Lodovica foret hominum opinio, nullam tamen erga ipsam publici et ecclesiastici cultus exhiberi! posse significationem. Uti par erat, sancti Patris monitis plane obsequentes usque sese praebuerunt a Caritate puellae et bina per saecula in propriis tantum aedibus, humilitatis spiritu ductae, piissimae fundatricis memoriam servarunt et coluerunt. Sed aucta iugiter fama sanctitatis et miraculorum splendore accedente, Lutetiae Parisiorum, unde Dei famula biscentum viginti ante annos ad caelites convolaverat, super eiusdem fama sanctitatis, virtutum et miraculorum auctoritate Ordinaria processus conditus est, et probationibus legitime

sumptis, a Leone XIII rec. me. Decessore Nostro, die x mensis iunii anno MDCCCLXXXXV, Introductionis Causae decretum editum. Postea de virtutibus in gradum heroicum exercitis agitari quaestio coepta est,, ceterisque ad normam iuris exactis, Decessor Noster s. m. Pius PP. X, die XIX mensis iulii anno MDCCCCXI, venerabilis Dei famulae Lodoviçae de Manilae virtutes heroicum attigisse culmen sollemni decreto sanxit. Continuo inita est actio de miraculis quae Dei famula deprecante patrata divinitus ferebantur. Nosque, die ix mensis martii superioris anni MDCCCCXIX, edito decreto, de tribus miraculis enunciatae Dei famulae intercessione patratis, suprema Nostra auctoritate constare declaravimus. Ad haec cum, pro indole probationum quibus haec Causa fulciebatur, duplican necesse fuerit miraculorum numerum, ut quod humano deerat divino compensaretur iudicio, quumque de tribus tantum miraculis constare non ita pridem fuisset pronuntiatam, hoc unum, quod officiebat, obstaculum, Nos de medio auferre, interposita Apostolica auctoritate, maturavimus. Decessorum itaque Nostrorum exempla sequuti, qui eadem usi sunt indulgentia' in Causis Fundatorum religiosorum Ordinum vel Familiarum, dispensationem super quarto miraculo ultra largiti sumus. Quum igitur de virtutibus heroicis ac de triplici miraculo iam esset probatum iudicium, illud supererat ut Patres rogarentur, num venerabilis Dei famula tuto foret inter Beatos caelites recensenda. Quod praestitit Ven. Frater Noster Vincentius Vannutelli, S. R. E. Cardinalis, Episcopus Ostiensis ac Praenestinus, Sacri Collegii Decanus et Causae Relator, in generali conventu, coram Nobis in Vaticanis aedibus habito, die XVII mensis iunii anni superioris; omnesque tum Cardinales Sacris tuendis Ritibus praepositi, tum qui aderant Patres Consultores, unanimi suffragio affirmative responderunt. Nos vero Nostram aperire mentem distulimus in tanti momenti re, donec ferventi prece a Patre luminum subsidium posceremus. Quod cum impense fecissemus, tandem, Dominica post Pentecosten quarta, idest pridie nonas iulias eiusdem anni MDCCCCXIX, Eucharistico Sacro rite prius litato, accitis ad Vaticanas aedes Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Antonio Vico, Episcopo Portuensi ac S. Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, et Vincentio Vannutelli, Episcopo Ostiensi ac Praenestino, Sacri Conlegii Decano, Causaeque Relatore, nec non dilectis filiis Angelo Mariani, Fidei Promotore Generali, atque Alexandro Verde, Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, iisdemque adstantibus, tuto procedi posse decrevimus ad venerabilis Servae Dei Lodovicae de Marillac, viduae Le Gras, Societatis Puellarum Caritatis confundatricis, sollemnem Beatificationem. Equidem non sine provido sapientique Dei consilio contigisse arbitra-

mur, ut hac nostra aetate, qua teterrimum in universa Europa exarsit bellum, cuius insanus furor praesertim Galliae provincias vastavit carissime, haec filia catholicae Galliae et praenobilis illius nationis ornamentum ac decus, haec caritatis mutuique inter homines amoris apostola ad supremos Altarium honores evehatur. Quae cum ita sint, supplicationibus quoque permoti tum Congregationis Missionum, quae institutore gaudet Vincentio a Paulo, tum universae Societatis Puellarum Caritatis, Apostolica Nostra Auctoritate, praesentium Literarum vi, facultatem facimus, ut venerabilis ancilla Dei Lodovica de Manilae, vidua Le Gras, Beatae nomine in posterum nuncupetur, eiusque lypsaha sive reliiquiae, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferendae, publicae fidelium venerationi proponantur, et imagines radiis decoren tur. Praeterea eadem auctoritate Nostra concedimus, ut de illa recitetur quotannis officium et Missa de communi nec Virginum nec Martyrum cum orationibus propriis per Nos approbatis, iuxta Rubricas Missalis et Breviarii Romani. Hanc vero Officii recitationem et Missae celebrationem dumtaxat concedimus in Civitate atque Archidioecesi Parisiensi, necnon in omnibus templis et religiosis domibus ad Congregationem Missionis et ad Societatem Puellarum Caritatis, ubique terrarum pertinentibus, vel in quibus iidem Missionarii et Puellae Caritatis inserviunt, ab omnibus Christifidelibus qui horas canonicas recitare teneantur, et, quod ad Missas attinet, ab omnibus Sacerdotibus, tam saecularibus quam regularibus, ad Ecclesias confluentibus, in quibus festum, die decimo quinto mensis martii quotannis agendum, celebratur. Denique concedimus, ut sollemnia Beatificationis venerabilis Dei Famulae Lodovicae de Marillac viduae Le Gras, in templis supradictis Societatis Missionis et Congregationis Puellarum a Caritate necnon in Archidioecesi Parisiensi, celebrentur, cum Officio et Missis duplicis maioris ritus; quod quidem fieri praecipimus, die per Ordinarium praeficiendo, intra primum annum postquam eadem sollemnia in Basilica Vaticana per Nos celebrata fuerint. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ac Decretis de non cultu editis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut harum Literarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Congregationis a Sacris Ritibus tuendis subscripta sint, et sigillo Praefecti munita, eadem prorsus fides in disceptationibus etiam iudicialibus habeatur, quae Nostrae voluntatis significationi, hisce Literis ostensis, haberetur.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die ix mensis maii MCMXX, Pontificatus Nostri anno sexto.

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Status-.***

II

VENERABILI DEI FAMULO OLIVERIO PLUNKET, ARCHIEPISCOPO ARMACANO ET HYBERNIAE PRIMATI, MARTÌRI, BEATORUM CAELITUM HONORES DECERNUNTUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Ex quo Ecclesia Christi regnum Dei inter homines propagare coepit eorumque fallaciis atque cupiditatibus doctrinam de fide et moribus, sibi divinitus traditam, obiicere atque opponere, necesse fuit invidiae flammam, ut Divinus Magister praedixerat, in eam excitari. Unde factum est ut, prioribus christiani aevi saeculis, fideles ex omni aetate, sexu atque ordine civium, ad tormenta et ad mortem ingenti numero rapti, sanguine effuso, inlustre pro divinitate Christi Ecclesiaque ab ipso instituta testimonium ediderint, idque tam eloquens, tam firmum atque prodigiis tam mirabilibus fultum, ut dici merito licuerit martyrum sanguinem fuisse semen christianorum. Neque, procedente tempore, divina vis atque virtus Ecclesiae eiusmodi caruit testimonio; nunquam enim defuerunt, qui catholicam fidem adorirentur, nec, contra, qui pro Christo et Ecclesia sanguinem et vitam libenter sancteque profunderent. Id quidem septimo decimo saeculo evenisse constat, cum haeresis in Anglia fureret, et rei publicae gubernatores fidei Hybernorum praestantissimae, sub specie civitatis tuendae, insidiarentur, et continentis Hyberniae regiones populosque vastitate, caedibus everterent atque excruciarent. Quo tempore, cum morum sanctitate et studiosa gregis cura, tum martyrio fortiter facto, divinae Providentiae consilio, Hyberniae Ecclesiae, quae merito Sanctorum insula appellata est, venerabilis Dei Famulus Oliverius Prunket, archiepiscopus Armacanus et Hyberniae Primas, illuxit. Natus anno reparatae salutis MDCXXTX in oppido ***Loughcrew*** nuncupato, e nobili ac vetusta gente, et commissus, adhuc puer, Patritio Plunket, tunc abbati sanctae Mariae Dublinensis, postea vero episcopo ecclesiarum Ardaehadensis et Midensis, consanguinei sui curae et diligentiae adeo respondit, ut, prorsus adolescentulus, iam omnibus virtutibus ornatus et a iuvenilibus ludis alienus, insignia pietatis ederet exempla et salutis animarum studio flagraret. Quod vero iam tunc vocari se ad sacra ministeria animadverteret, cum Petro Francisco Scarampo, qui, pontificia functus legatione, anno MDCXLVII ex Hybernia revertebatur, et quibusdam

aliis ex eadem regione adolescentulis, venerabilis Dei famulus, sextum ac decimum aetatis suae annum agens, Romam petiit, et, postquam rethoricae annum vacavit, in Ludovisianum Hybernorum Conlegium receptus est. Quam optimarum virtutum sedem ita animi ingeniique laudibus inde ab initio inlustravit, ut a condiscipulis praeceptoribusque suis tamquam conspicuum religionis, pietatis ac diligentiae exemplar celebraretur. Cum vero perdiligenter philosophiae et theologiae studiis vacasset, pari cum sedulitate canonici civilisque iuris disciplinae in romano athenaeo, quod vulgo ***Sapientia*** vocabatur, operam dedit. Integritate ac sanctitate morum praeibat sodalibus, cum iisque tam urbane humaniterque agebat ut omnium ad se animos alliceret. Studiorum curriculo absoluto, anno MDCLIV sacerdotio est auctus, sed, ob Cromwellianam catholicorum vexationem, qua impediebatur, quominus in Hy bernia in ad sacerdotalia officia explenda reverteretur, moderatorum iussu, Romae aliquot annos moratus est; quo tempore, non modo apud Oratorium sancti Hieronymi a Caritate sacri ministerii muniis se dedidit et totus erat in caritatis operibus erga proximum exercendis, sed etiam, sacrae theologiae in Conlegio Urbaniano de Propaganda Fide tradendae doctor renuntiatus, officio sibi commisso, cum alumnorum profectu et plausu, perfunctus est. Eodem fere tempore inter Consultores sacrae Congregationis Indicis est cooptatus, et, anno MDCLXVIH, ad munus Procuratoris Episcoporum Hyberniae apud Sanctam Sedem obeundum ab iisdem Hyberniae Praesulibus delectus, tam laudabiliter apud Romanam Curiam egit, ut complurium Antistitum admirationem ac benevolentiam sibi conciliaverit, quos inter commemorare placet Benedictum Odescalchi, qui postea, nomine Innocentii XI, hanc summam Petri Cathedram feliciter sanctissimeque tenuit. Quod vero ipsi detulerant munus Hyberniae Episcopi, id innumerabilibus difficultatibus implicabatur ob miserrimam in Hy bernia rei catholicae condicionem; at viriliter prudenterque Oliverius patriae suae malis ac necessitatibus occurrit, tum efficiendo ut pastores optimi episcopalibus sedibus, perdurante Cromwellii insectatione, viduatis, praeficerentur, tum hybernos abalienando a falsis fratribus, qui quandam ***Remonstrantiam hybernorum,*** pontificiae auctoritati penitus refragantem haereticaque lue infectam, vulgandam curabant. Cum autem interea Armachanus Antistes se ab archiepiscopatu abdicasset, fel. rec. Decessor Noster Clemens PP. IX, qui egregias Dei Famuli virtutes noverat eundemque prae ceteris aptum ad episcopatum gerendum habebat, ***motu proprio,*** anno MDCLXIX, die ix mensis iunii, illum archiepiscopum Armacanum itemque Hyberniae Primatem elegit. Cuius nuntius electionis mira ab

omnibus laetitia exceptus est, et Praesulibus et clero totius Hyberniae pergratus accidit, uti ex gravissimorum eiusdem temporis testium epistolis comperitur. Eodem anno, die mensis novembris tricesimo, Oliverius est Gandavi, in episcopali sacello, ab illius civitatis Antistite, adstante hyberno Praesule Fernensi, episcopus sollemni ritu consecratus; statim vero ac consecrationem accepit, e Belgio primo in Angliam profectus est, postea in Hyberniam, quo mense martio anni MDCLXX tandem pervenit et, dioecesis suae fines ingressus, de pastorali munere rectissime obeundo sollicitum se summopere ostendit. Neque in Armachana tantummodo Ecclesia regenda et pascenda acquievit, sed ad bonam disciplinam, fere ubique in Hybernia collapsam, instaurandam et clerum ad sanctioris vitae normam revocandum sic proficiebat, ut ad id divinitus vocatus videretur. Plura igitur venerabilis Dei Famulus cum dioecesana tum provincialia concilia multis laboribus vigiliisque parare, summaque prudentia ac sollertia ad felicem exitum perducere; Concilii Oecumenici Tridentini decreta in Hybernia curare promulganda; curas cogitationesque in reverentia Romanae Cathedrae provehenda collocare; monita, mandata, epistolas, documenta cuiusvis generis, quae ad officium pastorale attinerent, incredibili sollertia edere. Quia vero in altissimo munere exercendo nec laboribus pepercit nec pericula metuit, nil mirum si acatholici omnes, et nonnulli etiam ex hybernis mali catholici, piissimo Pastori adversi atque intensissimi fuerunt, eiusque necem anhelantes, nullam insidiam, nullum conatum perdendi hominis praetermittebant. Quapropter, cum anno MDCLXXVIII, simulata ab haereticis catholicorum in regem coniuratione, rursus catholici divexarentur et, novis legibus latis, Episcopi et sacerdotes exilio mulctarentur, poenis praeterea in eos statutis, qui praestare récusassent iusiurandum quo regem dominum haberent in rebus quoque Fidei, acerrimi Servi Dei inimici facilem hanc occasionem nacti sunt eum perdendi, quamvis ipse, ad haereticos vexatores effugiendos, tutis in recessibus suae dioecesis prudenter lateret. At cum, accepto nuncio infirmitatis Midensis Episcopi, consanguinei sui, caritate permotus, clam Dublinum se contulisset, ut quem adolescens habuerat institutorem, eum inviseret extremusque morientem reficeret sacramentis, praetereaque, cum, eo vita functo, sacris operatus esset atque episcopalem iurisdictionem exercuisset, in ipsum carcerem Dublinensem coniectus est. Unde, septimo post mense, in ius ad urbem ***Dundalk*** nuncupatam vocatus, cum accusatores ausi non sint palam contra eum testimonium dicere, nullo crimine argui potuit; immo ipsi haeretici iudices eum condemnare noluerunt. Quare antea Dublinum, postea Londinum, contra mores leges

regni, ductus, inibi, die III mensis novembris anni MDCLXXX, sub arctiore custodia, in carcere ***Newgate,*** hieme rigente, est detentus. Die autem III maii et VIII iunii anni MDCLXXXI iudicium Londini iteratum est, in quo, etsi solita iudicialis forma servata est, quoquo tamen modo iustitiae defensionisque iura violata sunt. Iudices enim, odio catholicae Fidei flagrantes atque Archiepiscopo infensissimi, non modo venerabili Dei Famulo patronum, qui eius causam ageret, atque inducias ad testes ex Hybernia arcessendos denegarunt, verum etiam hostili animo testes quoque ex officio productos subornarunt, virosque iuratos, fraudibus adhibitis excitatoque in religionem odio, ad iniustam prorsus sententiam ferendam impulerunt. Ex ipsius quidem processus tabulis apertissime patet non perduellione vel alio eiusmodi crimine, cum nullo id fundamento veritatis niteretur nullamque veri similitudinem prae se ferret, Famulum Dei reapse condemnatum esse; sed propter episcopalem et primatialem in Hybernia dignitatem Fideique catholicae firmissimam professionem, quam ceterum fictione tantum iuris Anglicani proditionem voeabant. Morte damnatus die xv mensis iunii anni MDCLXXXI, Dei Servus Deo gratias egit quod martyrio pro Fide coronaretur: et ad crudelissimum supplicium paravit se tranquillo invictoque animo. Ex quibusdam epistolis e carcere datis colligitur quam heroicis animi affectionibus et qua constantia ad patiendum pro Christo intenderet; scribebat enim: «Fortem servo animum mortis terrore carentem»; «Cupio dissolvi et « esse cum Christo »; « quod alios in Hybernia hortatus sum verbo, « aequum est ut eosdem firmem exemplo ». Ecclesiae refectus Sacramentis e supplicii loco ingentem populi multitudinem allocutus est, omnesque acatholicos quoque commovit, declaravitque sese, perduellionis seu proditionis culpa vacuum, gratias iudicibus agere, veniam a Deo pro inimicis suis exposcere, catholicam Fidem firmiter constanterque retinere. Calendis iuliis anni MDCLXXXI dirissimum facit martyrium; suspenditur enim, vivens adhuc exenteratur, in quatuor partes tandem dissecatur. Post mortem, regis venia, venerabilis Dei Famuli disiecta membra, ut iam ipse exoptaverat, composita sunt in coemeterio sancti Giles Londini; postea vero ad theutonicum coenobium Ordinis sancti Benedicti in ***Lambspring*** delata, inibi anno MDCXCIII in monumento condita sunt, quod in hypogaeo exstructum erat. At corpus in coenobium anglicum benedictinum civitatis ***Downside*** nuncupatae anno MDCCCLXXXIII translatum est; caput vero iam ab anno MDCCXI Droghedae in Hybernia incorruptum asservabatur apud moniales sancti Dominici. Catholicorum ex Hybernia et Anglia pietas erga venerabilis Dei Famuli reliquias statim exarsit, nec unquam deferbuit: vix enim tertio post anno ab eius morte, rogaverunt liceret lumen

incendere ad Servi Dei sepulchrum, et, usque ab anno MDCLXXXIV, sacra Congregatio de Propaganda Fide hybernis archiepiscopis Casheliensi atque Armacano mandavit ut de causa mortis Famuli Dei rite inquirerent. Cum autem veneratio erga venerabilem Dei Famulum Oliverium Plunket temporis decursu magis magisque percrebresceret, apud sacrorum Rituum Congregationem illius Beatificationis et Canonizationis causa est instituta; absolutisque iis omnibus quae in huiusmodi iudicio erant necessario pertractanda, disceptari coeptum est super martyrio et causa martyrii venerabilis Servi Dei, nec non de signis seu miraculis. Quod, ut rite fieret, die xiv mensis iulii anni MCMXIV Congregatio antepraeparatoria, die xix mensis iunii anni MCMXVII Congregatio praeparatoria, et tandem die v mensis februarii anni MGMXVIII Congregatio generalis habita est, rebusque omnibus acerrimo iudicio investigatis, Nosmetipsi, die xvn mensis martii anni MCMXVIIT, edito decreto, de martyrio et causa martyrii venerabilis Dei Famuli Oliverii Plunket constare sollemniter declaravimus ulteriusque proinde in casu procedi posse. Cum vero nihil, secundum sacri fori instituta, iam superesset, nisi ut Patres Cardinales Sacrae Rituum Congregationi praepositi, ceterique de more consulendi rogarentur num tuto procedi posse censerent ad sollemnem venerabilis Servi Dei beatificationem, in generali conventu die XVI mensis aprilis anni MCMXVIII, coram Nobis habito, tum iidem S. R. E. Cardinales, tum qui aderant Praelati et Consultores, unanimi consensu tuto procedi posse responderunt. Nos vero in re tanti momenti Nostram aperire mentem cunctati sumus, ut enixis precibus supernum antea lumen posceremus. Quod quidem cum fecissemus, Dominico intra Octavam Ascensionis die, idest xn mensis maii eodem anno, religiosissime litato Eucharistico Sacrificio, adstantibus venerabilibus fratribus Nostris Antonio S. R. E. Card. Vico, Episcopo Portuensi et S. Rufinae, Sacrae Rituum Congregationi Praefecto, et Vincentio S. R. E. Card. Vannutelli, Episcopo Ostiensi et Praenestino, Sacri Conlegii Decano causaeque relatore, et Reverendis Dominis Alexandro Verde, eiusdem S. Rituum Congregationis a secretis, et Angelo Mariani, Fidei promotore, sollemniter ediximus tuto procedi posse ad sollemnem venerabilis Servi Dei Oliverii Plunket beatificationem. Quae cum ita sint, precibus permoti venerabilium fratrum Episcoporum Hyberniae et Australasiae, auctoritate Nostra apostolica, concedimus ut idem venerabilis Oliverius Plunket beati nomine in posterum nuncupetur, eiusque corpus et lypsana seu reliquiae publicae venerationi proponantur, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferendae; itemque permittimus, ut imagines eiusdem Servi Dei radiis decorentur.

Praeterea, eadem auctoritate Nostra, concedimus, ut de eo quotannis recitetur Officium de Communi unius Martyris, cum lectionibus propriis per Nos adprobatis et Missa propria pariter per nos adprobata celebretur, servatis rubricis, dumtaxat tamen in dioecesibus Hyberniae atque Australasiae nec non in Ecclesiis atque Oratoriis Conlegii aliorumque Institutorum Hybernorum in hac Alma Urbe Nostra exsistentium. Denique largimur ut sollemnia beatificationis venerabilis Dei Famuli Oliverii Plunket, servatis servandis, in dioecesibus supradictis Hyberniae atque Australasiae celebrentur, nec non in templo Conlegii Ludovisiani Hybernorum intra annum ab iisdem sollemnibus in Basilica Vaticana rite peractis. Non obstantibus constitutionibus atque ordinationibus apostolicis ac decretis de non cultu editis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut praesentium Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta ,sint et sigillo Cardinalis Praefecti obsignata, eadem prorsus fides in disceptationibus, iudicialibus quoque, habeatur, quae voluntatis Nostrae significatione hisce Litteris ostensis, haberetur.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub anulo Piscatoris, die xxm tnensis maii, anno MCMXX, Pontificatus Nostri sexto.

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Status.***

III

VENERABILI DEI FAMULAE ANNAE MARIAE TAIGI, MATRIFAMILIAS, E TERTIO ORDINE SANCTISSIMAE TRINITATIS REDEMPTIONIS CAPTIVORUM, BEATORUM CAELITUM HONORES DECERNUNTUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Quod habetur in Sacris Litteris: « Mulierem fortem quis inveniet? procul et de ultimis finibus pretium « eius. Fortitudo et decor indumentum eius : os suum aperuit sapien- « tiae et lex dementiae in lingua eius. Surrexerunt filii et beatissimam « praedicaverunt, vir eius et laudavit eam », id merito referri potest ad venerabilem Dei famulam Annam Mariam Taigi, matrem familias. Et sane haec ancilla Dei a divina Sapientia exhibitam absolutissimam hanc fortis mulieris imaginem ad amussim expressit, probavitque •«exemplo suo nullam esse vitae conditionem, in qua ad christianam

perfectionem praecludatur iter. Ecclesiae Dei Sponsae floribus « nec « rosae desunt, nec lilia », sed dum eiusdem Ecclesiae fasti virginum nominibus abundant, multo minori coniugatarum numero pollent. Ex hoc facile argui potest, quo rarius in matrimonio occurrit absolutae sanctitatis exemplar, eo etiam pretiosius esse omnino existimandum. Quoniam vero christianum matrimonium Christi coniunctionem cum Ecclesia sua refert, dictumque propterea est ab Apostolo « Sacramentum magnum », haud raro Deus ostendere voluit, positum esse in hominis arbitrio, gratiae caelestis ope, pervenire ad fastigium perfectionis hac etiam in conditione, non obstante qualibet obiecta difficultate. Id praeteritis aetatibus ostendit per Elisabethas, Hedviges aliasque principes foeminas; id, nuper elapso saeculo, portendere voluit Altissimus per humilem mulierem, quae, licet matrimonii curis circumsepta et manuum labore sibi suisque victum comparare coacta, pretiosissima tamen edidit consummatae sanctitatis exempla. Senis, in Hetruriae urbe nobilissima, in lucem edita fuit serva Dei,die vicesimo nono mensis maii annoMDCCLXix e piis atque honestis parentibus Aloisio Giannetti, qui pharmacopolam agebat, et Maria Sancta Masi, eique, sequenti die, salutari aqua ablutae, Annae Mariae Antoniae Iesualdae nomina indita sunt. Pater, ex mediocri fortuna ad egestatem cum de venisset, una cum uxore et puellula, relicta patria, Romam petiit, et vix sexennis Anna longum iter pedes emehsa est. Hic dum pia mater in famulatu degit penes honestam familiam, puella instituenda traditur magistris nomine Piis ad Sanctae Agathae Gothorum. In earum disciplina, bonis imbuta moribus atque in domesticis officiis, quae ad tenuis conditionis mulieres spectant, versata, grandiuscula iam effecta, parentibus suis suppetias ferendi desiderio acta, apud conspicuam dominam ancillae munus obire coepit. At venusta iuvenis continuo pericula experta est, quibus honestas obiicitur, ideoque nuptias ineundi consilium coepit, Deumque fervida prece rogavit ut virum sibi designaret propriae indoli respondentem, quocum in timore Domini atque in honesta paupertate vitam traduceret. Parentibus annuentibus conciliatae nuptiae, seque matrimonio coniunxit cum Dominico Taigi, iuveni e famulatu domus Chisiorum, patria Mediolanensi, pio quidem et probo, rudibus tamen incultisque moribus atque ingenio moroso. Quemadmodum de sancta Monica matre sua divus Augustinus scripsit, ita Anna Maria pudice ac sobrie viro suo obtemperavit sicuti Domino, eumque studuit lucrari Deo. Primis matrimonii annis, quod florentissima viginti annorum aetate inierat, ut viro satisfaceret, saeculi vanitatibus aliquantisper indulsit, nec renuit elegantes vestes induere comptoque crine incedere. Mox,

intimas animadvertere coepit voces atque anxietates animo concipere, ex quibus persensit, se, dimissis rerum fluxarum blandimentis, ad perfectionis semitam decurrendam a Deo compelían. Et re vera, cum quodam die, concinnis ornata vestibus, Basilicam Vaticanam adivisset, sacerdos quidam ex Ordine- Servorum Mariae mulierem conspiciens, interna voce se moneri sensit, ut vultum foeminae illius adnotaret, utpote quae brevi ad piacularem exedram ipsius foret accessura, bre. vique ad fastigium sanctitatis perventura. Anna autem, cum compescere minime posset stimulos conscientiae seque ad Deum trahi vividius experiretur, ut animi sui latebras Dei ministro aperiret, ad sancti Marcelli templum venit, ibique in illum ipsum sacerdotem, virtute ac vitae sanctimonia spectatissimum, incidit, qui prope Basilicam Vaticanam superno lumine fuerat praemonitus. Hic, simul atque exspectatam conspexit, paterna ancillam Dei caritate excepit, proditaque mirabili divina illustratione, dubium erexit animum, susceptum probavit consilium, eique calcaría addidit ad arduum atque asperum virtutis iter firmo pede terendum. Quare, quidquid in ornatu aut vestibus fastum redoleret a se penitus reiecit ancilla Dei et, consentiente viro atque annuente confessario, habitum recepit Tertii Ordinis SSmae Trinitatis Redemptionis Captivorum atque in sacra aede sancti Caroli in Monte Quirinali, cum ingenti sui cordis laetitia, in enunciatum Tertium Ordinem rite adiecta fuit. Religioso habitu induta, ieiuniis, cilicio, flagellis compescere coepit carnem, vitamque ad Christi Crucifixi exemplar componere; rigidamque vivendi rationem aggressa, cunctas edomuit cupiditates,quae, nisi parent, imperant. Saepenumero, quum in praeteritae vitae Ievitates detestandas ac defiendas nimio rigore raperetur, faciem in terram offendere, donec sanguis afflueret, consuevit; at confessarius, ne huiusmodi poenitentiae genere uteretur, vetuit, dictoque audiens Dei famula illico obtemperavit. Interea, optimae uxoris ac diligentissimae matris familias muneribus tam religiose perfuncta est, ut merito cunctis uxoribus ac matribus perfectum ac nitidissimum exstiterit exemplum. Summo mane e lecto surgebat, proximamque domui ecclesiam adibat, ut pietatem suam foveret, seque eucharistica recrearet mensa; sed vix illucescebat, se inter domesticos recipiebat parietes, ut familiaribus negotiis operam sedulam daret et proprii status officia impleret. Septem suscepit liberos, quatuor mares et tres foeminas; ex his, qui superfuerunt, nonnulli enim adhuc infantes occubuerunt, honestate vitae morumque, quamnam religiosam aptamque suae conditioni institutionem accepissent, ostenderunt. At, licet esset domesticis intenta laboribus, ut manuum opera filios aleret suos, venerabilis serva Dei assiduo studio superna meditabatur;

et memoriae proditam est, eandem, dum oraret, caelesti delectatione ac iucunditate a Deo fuisse perfusam. Virtutes omnes tam theologicas quam morales coluit, atque in uniuscuiusque ex illis exercitatione adeo excelluit, ac si, reliquis posthabitis, illam unam toto corde adamasset. Coniugali tecto quasi in coenobium converso, venerabili ancillae Dei nec contumeliae defuerunt, neque calumniae; has vero pro Christo sustinuit intrepido animo, parcens obtrectatoribus, quibus pro malo bonum reddere studuit. Tanto in Deum aestuabat amore, ut ipsum vehementer cohibere cogeretur. Nec tamen, etsi caelesti illa flamma erat absumpta et latebat abdita in Christo, minus de proximis ac de civili societate meruisse dicenda est. Licet enim inopia rerum laboraret, nullam occasionem venerabilis Dei famula praetermisit, quominus egenorum necessitatibus opitularetur; eademque vel in publicis vel in privatis calamitatibus, superno lumine illustrata, divinae ultioni se victimam obtulit praeclaram, studens non intermissa prece impendentia aliorum cervicibus infortunia propulsare. Caelestibus signis ac divinis charismatibus ditata, in exstasim saepissime rapiebatur; Eucharistiae sedem per olfactum agnoscebat; sacras'Species a non consecratis gusta distinguebat. Sed inter cetera dona illud sane mirabile quadraginta septem per annos experta est quasi solis ob oculos positi, qua in luce intueretur praesentia non minus quam absentia, eventura prospiceret, mentium latebras scrutaretur, quaelibet arcana, licet occultissima, significaret. Tot ac tantis gratiae thesauris cumulata, etiam cum in vivis ageret, summa sanctitatis fama enituit. Ut in spiritualibus aut in temporalibus negotiis consilium ab ea quaererent, ad venerabilem Dei servam omnis conditionis homines confluebant: nosque excipiebat comiter, domesticis intenta pensis, suoque tantum adspectu recreatos dimittebat. Saepe conclamatos a medicis infirmos ad sanitatem revocavit: saepe obstinatos peccatores ad bonam frugem reduxit. Principes viri, Praesules in ecclesiastica dignitate constituti, Sanctae etiam Romanae Ecclesiae Cardinales gravissimis in adiunctis ad se illam accire non dubitarunt: saepenumero humilis femella exterarum nationum Legatos arcana Status edocuit. Multis aerumnis iactata, infirmaque iam pridem valetudine, extremi morbi doloribus invicta patientia toleratis, tandem anno aetatis suae sexagesimo octavo, « cupiens dissolvi et esse cum Christo », tranquillissimo exitu in Ipso obdormivit v idus iunias anno MDCCCXXXVII, prouti ipsa praedixerat. Fama sanctitatis, qua vivens floruit, post obitum percrebuit, miraculorum splendore roborata. Corpus in Agro Verano primum sepultum, decem et octo post annos a romano clero honoris causa petitum incorruptumque repertum, ad sanctae Mariae Paciferae

elatum est, ibique iacuit ad annum usque MDCCCLXV, donec, ut Ordinis SSmae Trinitatis votis satisfieret, eo quod ipsa venerabilis Dei famula vivens optaverat se in aliqua Ecclesia Ordinis sepeliri, in basilica sancti Chrysogoni conditum fuit, ubi in praesens singulari devotione asservatur. Hae sacri corporis translationes, ob frequentem civium Romanorum concursum, triumpho simillimae visae sunt. Quamobrem, collectis testimoniis et iuridicis inquisitionibus Ordinaria auctoritate rite absolutis, causa agitari coepta est penes sacrorum Rituum Congregationem de beatorum Caelitum honoribus venerabili servae Dei decernendis, et rec. me. Pius PP. IX, Praedecessor Noster, per decretum die VIII mensis ianuarii anno MDCCCLXIII datum, introductionis causae Commissionem signavit. Postea actum est auctoritate apostolica de virtutibus, quibus venerabilis Dei serva, dum mortalem vitam ageret, excelluit et, probationibus omnibus legitime sumptis, Pius PP. X, fel. rec, Noster Praedecessor, per decretum iv nonas martias anno MCMVI obsignatum, venerabilis servae Dei Annae Mariae Taigi virtutes heroicum fastigium attigisse sanxit. Inita dein actio est de miraculis quae, ea deprecante, divinitus patrata ferebantur, et, iuridicis disceptationibus rite peractis, Nos sollemni decreto VIII idus ianuarias anno MCMXIX edito, de duobus miraculis constare ediximus. Cum igitur esset de virtutibus in gradu heroico ac de duobus miraculis prolatum iudicium, unum illud supererat ut rogarentur Patres num venerabilis Dei famula inter beatos Caelites tuto foret accensenda. Hoc praestitit venerabilis frater Noster Antonius S. R. E. Cardinalis Vico, Episcopus Portuensis et Sanctae Rufinae, sacrorum Rituum Congregationi Praefectus et Causae Relator, in generali conventu coram Nobis in Vaticanis aedibus habito, die xi mensis februarii anno MCMXIX, omnesque tum S. R. E. Cardinales Ritibus sacris tuendis praepositi, tum qui aderant Patres Consultores, unanimi suffragio affirmative responderunt. Nos vero ab aperienda mente Nostra supersedimus, rati iterandas Deo esse preces ante edendum supremum in re tam gravi iudicium. Quod cum impense fecissemus, tandem Dominica prima Quadragesimae, idest VII idus martias eodem anno MCMXIX, Eucharistico litato Sacrificio, accitis adstantibusque praedicto venerabili fratre Nostro Antonio S. R. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, sacrorum Rituum Congregationi Praefecto et Causae Relatore, nec non dilectis filiis Angelo Mariani, sanctae Fidei Promotore generali, et Alexandro Verde, enunciatae sacrorum Rituum Congregationis Secretario, sollemni decreto sanximus procedi tuto posse ad venerabilis Dei famulae Annae Mariae Taigi beatificationem. Quae cum ita sint, Nos, etiam permoti precibus universi Ordinis SSmae Trinitatis Redemptionis Captivorum, auctoritate

Nostra Apostolica, harum Litterarum vi, facultatem facimus ut venerabilis Dei famula Anna Maria Taigi, mater familias, e Tertio Ordine SSmae Trinitatis Redemptionis Captivorum, Beatae nomine in posterum nuncupetur, eiusque corpus et lypsana, seu relliquiae, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferendae, publicae fidelium venerationi proponantur, atque imagines radiis decorentur. Praeterea eadem auctoritate Nostra Apostolica concedimus, ut de. illa recitetur Officium et Missa celebretur singulis annis de communi nec Virginum nec Martyrum, cum orationibus propriis per Nos approbatis iuxta rubricas Missalis ac Breviarii Romani. Eiusmodi vero Missae celebrationem et Officii recitationem fieri dumtaxat concedimus in hac alma Urbe eiusque districtu, nec non in templis omnibus atque oratoriis quibus ubique terrarum utitur Ordo SSmae Trinitatis Redemptionis Captivorum, ab omnibus fidelibus tam saecularibus, quam regularibus, qui horas canonicas recitare teneantur, et, quod ad Missas attinet, ab omnibus sacerdotibus ad tempia in quibus festum agitur confluentibus. Denique volumus, ut sollemnia beatificationis venerabilis Dei famulae Annae Mariae Taigi in hac alma Urbe eiusque districtu, nec non in templis supradictis, celebrentur cum Officio et Missa duplicis maioris ritus, quod quidem fieri praecipimus diebus ordinaria auctoritate designandis, intra annum postquam eadem sollemnia in Patriarchali Basilica Vaticana rite fuerint celebrata. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ac decretis de non cultu editis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate vel officio constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die XXX mensis maii, anno MGMXX, Pontificatus Nostri sexto.

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Status.***

EPISTOLA

AD R. P. D. ALFREDUM EPISCOPUM WINNIPEGENSIÜM, DE LITTERIS OFFICIOSISSIMA GRATIAS PERSOLVENS.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Pastoralem epistolam, qua dioecesis tuae fideles ea diligenter edocuisti, quae de sacris Missionibus, non ita pridem, Apostolicis Nos Litteris catholici orbis Episcopis commendavimus, libentissime legimus. Fluit in ea ut ros eloquium tuum sive multam atque albescentem messem et evangelicorum operariorum non una ab re inopiam commémoras, sive hortans ad semen eis dandum seminantibus ac praemia extollis misericordibus promissa, sive demum adiutores ac socios iisdem comparandos curas. Enimvero pleno de pectore manant verba tua ex iisque te eum agnovimus qui, ut allatum est, in agenda sacrorum Missionum caussa es totus. Propositum sanctum vel strenue persequenti Nos commendantes iterum, tibi, venerabilis frater, et gratulamur ex animo et uberes a Deo precamur laborum fructus et horum auspicem unaque caelestium con-, ciliatricem munerum ac Nostrae testem benevolentiae, apostolicam benedictionem peramanter in Domino elargimur.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xix martii MCMXX, Pontificatus Nostri anno sexto.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SS. CONGREGATIONUM

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

DECRETUM

SUPER ADPROBATIONE OPERIS S. PETRI APOSTOLI

Ut Missionum apud exteras gentes semel inchoatarum progressui atque stabilitati prospiciatur, nihil magis profecto confert quam apta indigenae cleri efformatio; id quod saepius non solum ab hoc S. Consilio, sed ab ipsis Summis Pontificibus solemniter proclamatum est. Ad opportuna vero subsidia in tam nobilem finem paranda, inde ab anno 1889, exorta primum in Gallia est peculiaris Consociatio, cui nomen ***Opus S. Petri Apostoli.*** Quae quidem Consociatio, translata postea in Helvetiam sede, pluribus Episcopis atque hac S. Congregatione faventibus, non mediocres protulit in bonum Missionum fructus. Ut autem praecellenti huic Operi, iam nunc firmiter constituto, novum robur accedat, ac laetiora, in tam urgentibus Missionum necessitatibus, incrementa suscipiat, Emi Patres Sacrae huius Congregationis Fidei Propagandae, in plenariis comitiis, habitis die 29 superioris mensis martii, vota excipientes, a Moderatoribus dictae Consociationis inde ab eius ortu saepius iterata, censuerunt idem S. Petri Apostoli Opus S. Congregationis adprobatione munire illudque sub immediata eiusdem S. Congregationis dependentia collocare; eius vero statuta, iuxta adnexum exemplar, ad triennium, experimenti causa, adprobare.

Hanc vero Emorum Patrum sententiam, in audientia diei 12 vertentis aprilis, Sanctissimo D. N. Benedicto PP. XV ab infrascripto S. Congregationis Secretario relatam, Sanctitas Sua benigne in omnibus adprobavit, ratamque habuit; ac praesens ea super re decretum confici iussit.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 26 aprilis anno Domini 1920.

G. M. CARD. VAN ROSSUM, ***Praefectus.***

L. © S.

C. Laurenti, ***Secretarius.***

II

NOMINATIONES

Brevibus Apostolicis nominati sunt:

22 aprilis 1920. — Vicarius apostolicus de Tanganika in Africa centrali R. P. Ioseph Maria Birraux, e Societate Missionariorum Africae.

23 aprilis. — Vicarius apostolicus Senegambiae R. P. Aloysius Le Hunsec, e Congregatione Spiritus Sancti.

4 ***maii. — Coadiutor cum iure successionis Vicarii apostolici Birmaniae meridionalis*** R. P. Felix Perroy, e Congregatione Parisiensi a Missionibus exteris.

— Vicarius apostolicus de Shiu-kow R. D. Aloisius Versiglia, e Congregatione S. Francisci Salesii Ven. Bosco.

SACRI CONGREGATIO RITUUM

LUGANA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI GEMMAE GALGANI, VIRGINIS

Camiliani in oppido, intra fines Lucanae archidioecesis, quae e nobili Hetruriae regione non minus humanitate morum ac suavitate quam animi fideique constantia praestat, e piis honestisque coniugibus Henrico Galgani et Aurelia Landi, die 12 martii anno 1878, in lucem edita fuit infantula, cui die sequenti in parochiali S. Michaelis Archangeli ecclesia sacramentum baptismatis collatum est, atque impositum nomen Gemma, quasi praelucens virtuti et integritati vitae, qua in posterum ipsa claresceret. Revera a prima aetate, sicut in eius animo continens cupiditatum moderatio erat admirabilis., ita in locutione, incessu, vestitu et ornatu respondebat modestia ac temperantia. Solitudinis amore illecta, suo in cubiculo foemineis incumbebat operibus, simulque suae devotionis fervori, verae reJigionis studio, rerumque caelestium desiderio satisfacere satagebat. Quam vivendi et agendi rationem ab optima matre et magistra Aurelia se accepisse fassa est. In praefata Sancti Michaelis ecclesia, die 26 maii anni 1885, sacro chrismate Unita et in fide confirmata, qua-

tuor fere post menses dilectam genitricem, diro morbo correptam et in aetate trigintanovem annorum pie defunctam, amisit, animo quidem moerenti et afflicto sed demisso et humili in divino beneplacito. Quum puella novem annos ageret, valde optans ad sacram accedere mensam, hoc enixe postulavit et obtinuit. Quare religiosam domum ingressa est, ibique per decem dies exercitiis spiritualibus vaca vit, atque ita bene parata, dominica die 27 iunii anni 1887, sanctissimo Eucharistiae sacramento primitus refecta est, ingenti gaudio et laetitia. Quos fidei sensus quosque amoris affectus innocens virgo illa die experta sit, suavissimis litteris, supra aetatem, patefecit dilecto genitori et pietatis magistro, inter alia haec et similia scribens: « Tunc agnovi vim promissionis « Christi : ***Qui manducat me et ipse vivet propter me.*** Tunc perspexi « caelestes delicias longe abesse a mundanis oblectamentis. Tunc ardên-« tius concupivi adhaerere Deo et iungi Iesu Christo meo. Tunc excla-« mavi: " O me beatam! Dilectus meus mihi et ego illi! Deus cordis mei « et pars mea Deus in aeternum „ ». Proposita insuper aperuit de congruis dispositionibus ad sacramenta suscipienda, de frequenti visitatione eucharistica, praesertim in afflictionibus et angustiis, de actibus suis coram Deo et in gloriam Dei dirigendis, ac demum de invocando, ad sonitum horae, ***Iesu, miserere mei.*** Succrescente aetate, Gemma in domo patrui avique, eisque demortuis, in aede paterna sub binis egregiis amitis, ferventem duxit vitam in variis christianae religionis officiis. Exinde ab ipso patre tradita est prius quibusdam honestis foeminis, ut in privato earum ludo bonis artibus et moribus esset instituta, deinceps monialibus S. Zitae, ut in studiis et virtutibus perficeretur. Inter alumnas doctrina et disciplina praestantior, sub annum aetatis decimum quintum, gravi morbo afflicta, ad suos redire coacta est; et, sanitate instaurata, domesticis vacavit negotiis, dumque consilio et exemplo fratribus et sororibus praesto erat, egenorum et pauperum necessitates, suis industriis, etiam stipe a patre obtenta, sublevabat. Ineunte anno 1896 ob lentum morbum, rei familiaris angustias, dilectique patris obitum fere derelicta, apud amitam in loco ***Gamaiore*** degentem se recepit, ubi labore, oratione aliisque pietatis et caritatis operibus tranquillam agebat vitam et in Deo absconditam. Interim accidit, ut vir nobilis et dives, Gemmae specie et venustate captus, eam in sponsam petierit, ipsa tamen, quum se totam Deo devovisset, oblatas nuptias prudenter abnuit et, ad occasionem effugiendam, in paternam domum, licet in miserum statum reductam, apud alteram amitam reversa est. Deinceps, recrudescente morbo et vitae periculo perdurante, novendiales preces pro infirma institutae sunt: quo tempore ferunt beatum Gabrielem a Virgine Perdo-

lente eidem aegrotanti et in lecto decumbenti apparaisse ac dixisse a Sanctissimo Corde Iesu, beata Margarita Maria Alacoque suffragante, sanitatem esse impetrandam, sicut factum est, et, expletis novendialibus et sacramentis confessionis et communionis rite susceptis, adolescentula illico convaluisse visa est. Addunt etiam, ea occasione, Christum Iesum ipsi sanatae se exhibuisse uti patrem, et Beatissimam Virginem Perdolentem uti matrem novasque curas novosque favores, uti dilectae filiae praestandos, summa cum benignitate promisisse. Revera divina Providentia Gemmae inopia laboranti mox succurrit. Quaedam enim pia foemina, quum eam vidisset frequentem in ecclesia, modestam ac devotam, admiratione atque amore permota, ipsam in amplam et honestam familiam suam recepit, in qua Dei famula'per quatuor circiter annos vixit. Illic sacris quotidie adstans et ad eucharisticam mensam accedens, suae dominae parens, rebus familiaribus incumbens, de cura et salute infirmorum sollicita ac demum obsequio, comitate et sermone, omnium animos ita sibi conciliabat, ut veluti donum Dei, angelus in carne et familiae solatium aestimaretur. Vertente anno 1899, ad statum vitae perfectiorem se vocatam sensit et apud Moniales Salesianas per tres hebdomadas mansit, virtutis suae efflans odorem; sed medicorum consilio domum, licet invita, redire debuit. Paulo post una cum tribus sociis ad Moniales Passionistas, in urbe Cornetana degentes, se convertit, atque in earum monasterium ingressum petiit; sed illarum antistita tres socias admisit, non tamen Gemmam, fortasse ob tenuem aut nullam valetudinem. Neque huius humiles enixaeque preces dimovere potuerunt ipsam antistitam neque suum pietatis magistrum, cui scribebat agi de negotio urgenti statim expediendo. Quum vero in civitate Lucana condendum esset earumdem religiosarum monasterium, ipsa pressius instare coepit, ut quantocius fieret, assignato, ad initium operis, termino sex mensium, quibus transactis absque opere incoepto, ipsa, uti asserebat, e vita discederet. Hoc quidem accidit, nam Gemma, corpore et valetudine debilis et infirma, sed fide et virtute fortis et dives, privatim emissis tantum votis, sanctissimo Viatico et Extrema Unctione roborata, devotissime aspiciens sanctissimi Crucifixi effigiem eamque ponens super cor suum, ut signaculum ferventissimi sui amoris, obdormivit in Domino, in pervigilio dominicae Resurrectionis, die 11 aprilis anno 1903, quinto aetatis lustro vix emenso. Illico post eius obitum, studium aedificandi Lucae monasterium revixit, quod incoeptum et absolutum est, Summi Pontificis Pii X auspicio et approbatione, Episcopis Hetruriae consensum et auxilium suppeditantbus; eiusque regimini ab ipso Pontifice praeposita fuit religiosa illa quam famula Dei futuram antistitam praedixerat.

Hinc pia virgo, Gemma Galgani, sin minus habitu et professione, haud dubie desiderio et affectu, inter religiosas filias Sancti Pauli a Cruce merito recensetur. Solemnibus exsequiis in ecclesia peractis, eius corpus in coemeterio, selecto in tumulo, conditum est, superposita funebri inscriptione quae concludit: « Anima dulcis te in pace cum Angelis ». - Interim fama sanctitatis Servae Dei, quae in vita erat circumscripta, post obitum magis in dies clara, etiam in exteras regiones diffusa est. Quatuor post annos ab obitu, nempe anno 1907, mense octobri, in ecclesiastica curia Lucana, de praedicta fama inquiri coeptum est; atque acta processualia anno 1910 expleta et Romam transmissa, ad sacrorum rituum Congregationem pervenerunt; ex quibus actis et documentis authenticis excerpta est vitae Gemmae synopsis superius relata. Denique, instante hodierno Causae Postulatore Rmo P. Aloisio a S. Francisco de Paula, generali consultore Congregationis a Christi Passione, quum, servato iuris ordine, omnia in promptu sint et nihil obstet quominus ad ulteriora procedi possit, attentis quoque litteris postulatoriis quorumdam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium Rmorum Archiepiscoporum et Episcoporum necnon Abbatum ac Praepositorum generalium Ordinum et Congregationum regularium, Emus et Rmus Dominus Cardinalis Ianuarius Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopus Albanensis et eiusdem Causae Ponens seu Relator, in ordinariis sacrae rituum Congregationis comitiis, subsignata die, ad Vaticanas aedes coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: ***An sit signanda Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum, de quo agitur?*** Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem eiusdem Cardinalis Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Angelo Mariani, Fidei promotore generali, omnibusque accurate perpensis, rescribendum censuerunt : ***Affirmative, seu signandam esse Commissionem introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.*** Die 27 aprilis 1920.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papae XV per infrascriptum Cardinalem, sacrae rituum Congregationi Praefectum, relatione, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem sacrae Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem introductionis Causae beatificationis et canonizationis Servae Dei Gemmae Galgani, virginis, die 28 eisdem mense et anno.

A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. ***R. C. Praefectus.***

L. © S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

ACTA TRIBUNALIUM

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

DE MANILA

NULLITATIS ET RESTITUTIONIS IN INTEGRUM SEU LEGATI PII

Inter S. Provinciam SSmi Nominis Iesu, Ordinis Eremitarum S. Augustini, repraesentatam per legitimum procuratorem Thomam Ambrosetti, advocatum, resistentem; ***et sac. Vincentium Lapus, interim parochum oppidi de Candaba, archidioecesis Manilen. repraesentatum per legitimos procuratores Christophorum Astorri et Felicem Santi, advocatos,*** recurrentem ; ***interveniente et disceptante in causa Promotore Iustitiae ex officio deputato.***

1. Insulis Philippinis primi, uti videtur, evangelii lumen attulerunt Fratres Ordinis Eremitarum S. Augustini, qui anno ineunte 1565 easdem adierunt omnibus ad rem facultatibus praediti, inter quas explicite illa recensebatur « condendi domus et monasteria Ordinis », sicut etiam « ad « administrationem quorumcumque sacramentorum » et universim « omni- *. moda Apostolica auctoritas, tanta quanta ad neo-christianorum conversionem et manutentionem videbitur expedire » ***(Bulla Hadriani VI, 9 maii 1522).*** Candabae in oppido, quod ab urbe principe Manilensi quindecim leucis distat, ***doctrinam*** quae dicebatur, - i. e. centrum missionis cum cura animarum - domumque fundarunt a. 1575, quae paulo post, anno 1578 formaliter in Conventum erecta est. Subinde vero, die 21 decembris 1585, vi Litterarum Apostolicarum de die 13 februarii 1578, instituta est ipsa dioecesis Manilen. quin tamen aliquid innovaretur de conditione iuridica praefati Conventus, id prohibente bulla Sancti P. Pii V, die 24 mart. 1567, ***Exponi nobis,*** § 3: « Ne in locis illa- « rum partium [Indiarum] in quibus sunt Monasteria Religiosorum ali- « quid per praedictos Episcopos innovetur, eadem auctoritate et tenore < statuimus ». Effectus vero huiusce Bullae Pii V demum cessavit, saltem de iure, vi Constitutionum Benedicti PP. XIV, ***Quamvis ad confirman-***

dam, die 27 februarii 1746, ***ei G um nuper,*** die 8 novembris 1751, ut ipse ibidem recolit laudatus Pontifex, dum ad eas Insulas extensam voluit celebrem const. ***Firmandis,*** 6 novembris 1744 editam. Hinc est, ut acta docent, quod Prioris Gandabensis electio, qui curam gerebat animarum in loco, inde ab anno 1750, appareat prorsus approbationi et confirmationi Archiepiscopi Manilensis subiecta.

2. Longe tamen antequam hae Constitutiones vulgarentur, pia femina Lucia Gumamila, cum sine heredibus, ut ipsa asserit, decessisse!, « perchè non ho -nè figlio, nè fratello, ne nipote prossimo, che « possa esser mio erede nelle terre di Marinila alte e basse, e dei miei « schiavi e della mia mobilia », omnia disponere voluit in favorem animae suae et suorum: « al presente, ciò che ordino si è che tutto lascio per « limosina dell'anima mia e di quelle dei miei genitori ». Ad rem, testamento condito die 16 decembris 1679, postquam de singulis bonis mobilibus longa clausularum serie disposuisset, de immobilibus hanc voluntatem suam tabulis consignan iussit: claus. 115. «Le terre del « monte Masin... dichiaro che le dono per limosina alla Provincia del << SSmo Nome di Gesù del Nostro Santo Padre Agostino, a elezione « del nostro R. P. Provinciale resta farne cappeliania e applicare Messe « pei miei genitori, per i miei fratelli, come di diritto, e per me. Ma « la parte che ha il sig. Gaspare Balactas non si computi, perchè è « mio condomino. Faccia questo il mio esecutore perchè tale è la mia « volontà. - 116. Dichiaro parimenti che tutti i miei seminativi i quali non « avessero altro padrone che là limosina per l'anima mia, e quanto rima- « nesse dopo pagati i debiti miei e di mia madre, lascio in limosina al « Convento del beato Sant'Andrea qui di Candaba; ad arbitrio del padre « Priore fra Giuseppe della Croce resti fondarne cappeliania perchè «godano di Messe le anime dei miei genitori e io, e i miei fratelli. « Faccia quanto comando ». Exsecutores piae suae voluntatis in clausula 125 detegit tum ipsum Priorem Provincialem eius temporis, fr. Ioannem Xeres, tum illius praedecessorem fr. Iosephum Duque, ambos ex O. E. S. A., « che restano in mio luogo... come se io fossi loro». Post testatricis obitum Defmitorium plenarium SSmi Nominis Iesu, eiusdem Ordinis, in sessione diei 14 maii 1680 utrumque legatum acceptavit hisce verbis: « Diamo autorizzazione al nostro Padre Provinciale perchè col « suo Definitorio possa accettare le cappellanie che fondò donna Lucia « Gumamila per questa Provincia e per il nostro Convento di Candaba, « facendo a ciò le pratiche necessarie di cui abbiamo avuto comunica- « zione », atque in vim huius facultatis, de scripta licentia et mandato sui Provincialis, fr. Iosephus a Cruce, Prior Conventus Gandabensis,

coram notario instrumentum confici iussit, die 25 ianuarii 1681, in executionem clausulae 116. Iuxta istud instrumentum « disse che avendo « D. Lucia Gumamila... lasciato disposto nella clausola 116 che si inseri- , «vesserò alla chiesa di S. Andrea nel detto paese di Candaba 45 caba- « litas di terreno che sono situate, etc.... perchè con le rendite, frutti e « proventi delle dette terre seminative e stagni, si dicano ogni anno otto « Messe, etc.; che in esecuzione della volontà di detta testatrice il « M. R. fr. Giuseppe Duque lo ha sollecitato a tale iscrizione a seconda « del citato testamento e clausola. Quindi nel miglior modo... il Rev. « P. fr. Giuseppe della Croce dichiara che fin da ora e per sempre « assegna e fonda nella chiesa e convento sotto F invocazione di S. An- « drea, che dota con te dette 45 cabalitas... nella qualifica di Priore « ch'egli è di questo Convento, affinchè come beni di esso siano cono- « sciuti e avuti, **e** per essi, da ora e per sempre, abbia l'obbligo il detto « R. P. Priore di detto Convento di Candaba e gli altri che in avvenire « gli succederanno e saranno Priori di esso, di dire, ciascun anno, le « dette Messe... per le rendite, frutti **e** proventi che daranno i detti ter- « reni... i quali resteranno perpetuamente come beni del detto Convento... « dei quali se ne dichiara già preso il possesso per essere i relativi titoli « presso di lui dichiarante. E a tutto ciò si obbliga il detto Padre nella « surriferita forma, come si può obbligare a seconda delle sue regole e « Costituzioni, ecc. ».

3. Controversiae quae super hisce bonis et actis hodie agitatur occasio et ratio haec fuit. Anno 1898 quum indigenae Insularum Philippinarum adversus dominationem Hispanicam vi et armis insurrexissent, Religiosi quoque inde discedere coacti sunt. Rebus postea compositis, Insulisque sub auctoritatem Statuum Foederatorum Americae Septemtrionalis translatis, in eam Provinciam redeuntes Religiosi, minime restitui valuerunt in conventum et ecclesiam loci Candabae, ubi interim parochus « come parroco interino » constitutus fuerat ab Archiepiscopo sac. Vincentius Lapus. Hic autem, exeunte anno 1904, contendens ***cappellaniam*** Gumamila eiusque bona ad paroeciam spectare, praedia ab Augustinianis adhuc possessa sibi adiudicari, causa in Ordinem dicta, postulavit et obtinuit sententia Curiae Manilensis, die 4 augusti 1908. Appellantibus quidem Religiosis, sed ipsorum Procuratore fatalia ad prosequendam appellationem negligente, sententiam in rem iudicatam transiisse declaratum fuit per decretum eiusdem Curiae, die 21 octobris 1908, adversus quod ad Sedem Apostolicam fuit a Religiosis provocatum. Urgente tamen interea Curia Archiepiscopali rei iudicatae exsecutionem, nova causa provocandi ad S. Sedem suborta est. Enimvero, quamvis

semel et iterum, tum in libello introductionis, tum in ipsa sententia, legatur actorem coarctasse suam intentionem ad bona claus. 116 (« Ri-« sultando - ita sententia - che l'attore allegò... che i terreni in que-« tione sono quelli del legato contenuto nella clausola 116 del testa-« mento »), attamen in exsecutionem sententiae nullos limites praefinientis nisi hos: «terreni racchiusi nel territorio di Delayap », idem sac. Lapus postulavit et per novum decretum Curiae die 5 iunii 1909 obtinuit sese in possessionem immitti totius latifundii, seu « Azienda di « Candaba, situata nelle contrade di Delayap e Talang, nel territorio di « Candaba, della superficie di ettari 2153, 48 », licet in eodem continerentur quoque bona, quae respicit clausula praecedens, seu 115. Res itaque omnis coram S. R. Rotae Auditorio proposita fuit sub his dubiorum formulis: «An sit locus restitutioni in integrum a sententia Curiae». Et quatenus affirmative: « Ad quem pertineat dominium controversorum « bonorum (cum fructibus) legatorum a pia femina Lucia Gumamila in « casu»; ad quae dubia, ponente R. P. D. bo. me. Sebastianeiii, Decano, responsum est, die 7 februarii 1916: «Ad I Affirmative; ad II Perti-« nere ad Fratres Augustinianos Provinciae Ssmi Nominis Iesu » (Cf. ***Acta Ap. Sedis,*** VIII, p. 275). Ad alterum turnum appellavit victus, qui etiam incassum instituit penes Supremum hoc Tribunal, ut revocaretur decretum de interim exsequenda primi Turni sententia; nam decretum illud, extensa per me decisione, confirmatum fuit ***(Ibid.,*** X, p. 39) plenumque in praesenti robur et effectum obtinuit, restitutis nempe Religiosis in provisoria possessione bonorum controversorum sub consuetis cautionibus. Sententia alterius Turni, ponente R. P. D. Rossetti, lata die 18 februarii 1919 praecedentem plene confirmavit ***(Ibid.,*** XII, p. 183): quamobrem pars vieta, ut sese tueretur adversus rem iudicatam ad normam can. 1902, I°, exsurgentem, recursum interposuit apud Supremum Hoc Tribunal, coram quo res acta fuit interveniente et disceptante Promotore Iustitiae ex officio, super duobus dubiis ad tramites can. 1603, § 1, n. 3 et 4, 1604, § 3 consuetis : « /. ***An constet de nullitate sententiae «rotalis in casu,*** et, quatenus negative: ***II. An sit locus restitutioni in « integrum in casu ».*** Causa itaque funditus pertractata, omnibusque rite paratis, in plenario Emorum ac Rmorum Patrum conventu habito die sabbati, sexta martii 1920, in Palatio Apostolico Vaticano, Emi Patres, ad relationem Emi ac Rmi Dñi D. Orestis Card. Giorgi, causae Ponentis, propositis dubiis rescripserunt:

Ad I: Negative;

Ad II: Affirmative; expensis inter partes compensatis, iniunctoque mihi exarandae decisionis munere.

4. Et merito quidem reiectam fuisse querelam nullitatis a recurrente promotam, non est cur multis ego prosequar. Nullatenus enim probabat recurrens sententiam incidisse in aliquod vitium sanabile aut insanabile nullitatis, quod in can. 1892 et 1894 recenseretur, neve defectum praeseferre alicuius ***essentialis*** elementi ad normam can. 1680. Suaderi ceterum nequaquam potuit Emis Patribus quod recurrens conabatur obtendere, in testamento sive in instrumento exsecutorio quorum tenorem late recitavimus, ubicumque vox ***Conventus*** et vox ***Prior*** occurreret, intelligenda esse parochiam et parochum; falsumque apparuit vel inspecto capite testamentariae tabulae, ubi explicitis verbis ***Doctrinae*** et ***ministri*** mentio occurrit, quod a recurrente subdebatur, testatrici nulla praeterea verba quam ***Conventum*** et ***Priorem*** prostitisse ad designandum officium curae animarum eiusque subiectum. Supervacanea igitur meritoque a Turno Rotali reiecta evadebat petitio ad obtinendum, ut super praesenti usu loquendi incolarum in hac re, nova fieret inquisitio. - Itemque coram apertissimis tabulis tum testamenti tum instrumenti, unde bona legata et tributa apparebant Conventui, ab eodemque recepta, frustra connitebatur obtendi in nonnullis rerum adiunctis Religiosos non agnovisse praedicta bona uti sua, dum constat omnino, etiam ex ipso facto contestatae litis, ipsorum bonorum possessionem Religiosos vel a. 1904 retinuisse. - Observatum quidem fuit in ipso sententiae textu, nonnulla occurrere, quae, primo saltem obtutu, non recte prolata viderentur: ut ex. gr., quod ab initio sententiae minus exacte libellus a recurrente oblatus Curiae Manilensi repraesentaretur; quod passim mera ***facultas*** dicatur facta a testatrice fundandi capellaniam; quod dilemma coarctaverit sententia inter parochiam veri nominis et conventum, praetermissis videlicet « doctri- « nis, aliisque muniis et officiis ad curam pertinentibus animarum » quae recolit Benedictus XIV, in cit. const. ***Cum nuper,*** praesertim § 4, quaeque datus nuper Codex nomine ***quasi-paroeciae*** comprehendit; quod non satis evicerit eadem sententia, in casu, nec regularem aut laicalem cappellaniam, ad normam can. **1412, 2°** et **1544** ss., fuisse a testatrice intentam. Sed haec aliaque id genus, in primis omnia et singula congruam explicationem suscipere poterant; atqui «in materia circumscri- **bi** ptionis odiosissima, quaelibet benigna interpretatio pro actorum vali- « ditate sumenda est, ut, ad doctrinam Iuliani, **1. 15 ff.** ***de reb. dub.*** actus « potius valeat quam pereat » ***(Decis. Signat,*** typis ed., II ser. **1845-1854** decis. **9, § 5; 279, § 3,** etc.); ac secundo ea quae accusabantur, quin ad ***essentialia*** elementa sententiae pertingerent, nullius plane momenti erant ad partes sententiae dispositivas, ex quibus dumtaxat res iudicata aestimatur: « Haud enim rationes quae iudicibus sententiam latam suasere

« rem iudicatam constituunt, sed res iudicata eadem ex partibus dispo-
« sitivis sententiae exsurgit » ***(Decis. Signat, cit.,*** dec. 14, § 2).

5. Omni- ergo fundamento carebat circumscriptionis postulatio. At non ita dicendum de restitutione in integrum. Aperta est enim Codicis quo utimur littera (can. 1905, § 2, n. 4) huiuscemodi extraordinarium remedium concedendum esse iubens, si claris univocisque probationibus demonstretur « legis praescriptum evidenter ***neglectum*** fuisse » ; enimvero « beneficium istud legis potius quam litigantium favore inductum est » ut constans tenuit Ordinis Nostri disciplina (cfr. ***Decis, cit.,*** 70, § 2; 204, § 22). Nec nomine ***legis*** solummodo generale praescriptum Codicis heic intelligendum; verum etiam peculiaria praescripta et statuta, quibus a partibus contra venire non liceat - ut sunt fundationis tabulae, ultimae voluntates, pacta conventa, ceteraque id genus - ad effectum restitutionis in integrum ex hoc capite neglecti praescripti legis concedendae, comprehendi, id innumeris Signaturae decisionibus firmatum est (cfr. v. g. ex cit., dec. 204, ubi nonnisi de nuptialibus tabulis res est). Notissimum enim illud est principium, posse in contrahendo partes quam sibi libuerit ***legem*** edicere; cfr. Reg. CLXXXV in VI: « contractus ex « conventione ***legem*** accipere dignoscuntur ».

At vero in casu luce meridiana patebat rem iudicatam ad hoc tantum inquisitionem coarctasse circa mentem testatricis, ut demonstrare! in casu legatum fuisse ***conventui*** seu domui, non autem paroeciae aut quasi-paroeciae. Atqui ulterius profecto progrediendum erat : lege enim iubebatur inquirere, ut etiam constat ex can. 533 § 1, n. 3, utrum « fundi ***« domui*** tributi legative sint ad ***Dei cultum*** beneficentiamve ***eo ipso loco*** « impendendae! »; et n. 4 non solum « si pecunia data sit paroeciae vel « missioni », sed etiam « aut ***religiosis intuitu paroeciae vel missionis »*** tradita donatave fuerit; quae praescriptiones non noviter tantum datae leges sunt, sed immo, vel sola ratione dictante, deducuntur ex firmo illo inconcussoque principio, spectandum apprime oportere quid demum testator ipse voluerit.

6. Apertissima huius ulterioris inquisitionis necessitas facile in casu demonstrabatur: primum, ex eo quod, testatrix ipsa, vel procul dubio exsecutor voluntatis ipsius, qui agebat, ut vidimus, tamquam ***alter ego*** testatricis, « come se io fossi loro », Missas ex claus. 116 (quae sola in quaestionem nostram venire potest) dicendas determinaverit ***eo ipso loco,*** i. e. in ecclesia sancti Andreae Candabae, ubi parentum testatricis corpora quiescebant et ipsa sepeliri se iussit. Id ***enarrat,*** ut in publico instrumento vidimus (n. 2), exsecutor: « che D. Lucia Gumamila . . . lasciò « disposto che... nella chiesa di s. Andrea di Candaba... si dicano ogni

« anno otto Messe, ecc. »; id religiose exsecutioni ***demandât*** ipse: « in «esecuzione di tale volontà... nel miglior modo... ***per sempre...*** nella « chiesa e nel convento sotto l'invocazione di s. Andrea... da ora e ***« sempre*** abbia l'obbligo di dire ciascun anno le dette Messe, ecc. ». - Quo posito, sane difficilis evadit applicatio quam sententia (p. 198) facit, doctrinae card. De Luca (ibid. cit.), procedentis e contrario dumtaxat « quando ***« constat*** quod Missarum et anniversariorum legata facta ***non*** sint taxa- « tive pro particulari devotione illius loci materialis, sed potius respectu « clericorum aut religiosorum ibidem commorantium ». - Immo ex imposita lege forsan a testatrice, vel certe ab exsecutore, eas Missas persolvendi perpetuo ***da ora e sempre*** in praefata ecclesia, potius contrarium constare videtur, nec posse ea onera alibi, quocumque Religiosi ierint, ecclesia s. Andreae relicta, persolvi, absque peculiari indulto S. Sedis ad normam can. 1551, § 1.

7. Nec satis; necessitas enim ulterius inquirendi utrum eadem bona clausulae 116 (quae sententia demonstravit donata legata ve fuisse Conventui seu domui regulari), essent regularibus qua talibus seu reduplicative, non autem, domui quidem, sed intuitu paroeciae aut missionis, donata, scatebat manifestissime, ex eo quod nisi hoc probetur, ***contraria*** praesumptio vigeat, ad normam can. 1636, § 1 : « Nisi contrarium probe- « tur, praesumendum est ea quae donantur rectoribus ecclesiarum, ***etiam « religiosorum,*** esse ecclesiae donata »: ubi facile animadvertitur ***ecclesiam*** heic latissime patere, nec ad solam veri nominis paroeciam coactari; ac ulterius, non posse hoc nomine intelligi monasterium vel conventum, nisi inutilem iterationem fìngere velimus can. 580, § 2 et 582, quasi non sufficeret tritum illud: « Quidquid monachus acquirit, monasterio acquirit». Sensus itaque is est: ubi ecclesia habeatur, ut in casu nostro, cuius rector sit monachus vel conventus, quidquid ***huic*** rectori donatur, nisi contrarium probetur, praesumendum ***ecclesiae*** donatum. Sensus huiusmodi manifesto edicitur ex notissima const. Leonis XIII ***Romanos Pontifices*** 8 maii 1881 (cfr. ***Act. Ap. Sed.,*** II, 267 ss.) unde canon est exceptus, quae, si ad insulas Philippinas extensa est dumtaxat a die 1 ianuarii 1910 (cfr. ***Act. Ap. Sed.,*** VIII, 296) attamen, in hac re, non novae legis, sed communis iuris declaratoriae vim habet, ut in ipsa notatur: ibi « Nihil enimvero in his « decernendis est actum, quod ***iuris communis doctrinis vulgatissimis*** « apprime non congruat. Nam quaevis oblatio parocho aut alteri ecclesiae « Rectori data, cuiusvis causae piae intuitu, ipsimet causae piae acquiri- « tur ». Praesumptionem autem iuris quam diximus luculenter eadem Constitutio hisce conficit: « Tandem ne quis obrepat error aut dissensus... « definiendum censemus, quae pecuniae, quaeque res viris religiosis

« oblatae intuitu missionis intelligantur. Namque receptum est, hanc « in re spectari primum oportere quid testator aut oblator voluerit; ***quod* « si *non apparet,*** placuit [nonnullis, olim] parocho vel rectori ecclesiae « collatam donationem praesumi. ***At multum ab hac regula recessum est,*** « propter consuetudinem quam quidam ecclesiastici iuris periti, ***fere « communem*** evasisse testantur, cuius vi hodie, ***pene solae*** oblationes quae « in ecclesia in Missis ad altare fiunt, et quae pro administratione sacra- « mentorum, pro benedicendis nuptiis aut mulieribus post partum, pro « exsequiis et sepulturis, aut aliis similibus functionibus specialiter offe- « runtur, ad parochum spectant; ***consuetudine reliquas ferme omnes eccle- « siis ipsis*** aut sacellis aut aliis certe finibus applicante (Reiftenst., 1. III, « tit. 30, n. 193; Van Espen, ***lus eccl. univ.,*** p. II, sect, IV, tit. 11, cap. 10, « nn. 20, 21). Praeterea, si in parochum rectoremve, a quibus spiritualia « adiumenta fideles accipiunt, haud inconcinne praesumi potest collata « liberalitas, ubi ecclesia bonis praedita sit, per quae religionis decori et « ministrorum tuitioni prospiciatur, ***longe aliud iudicium esse debet ubi « eam bonorum copiam ecclesia non habeat, ac liberalitate fidelis populi « unice, aut potissimum sustentetur. Tunc enim largitores putandi forent « voluisse consulere cultus divini splendori et religionis dignitati ».***

Quantum haec perspicua legis doctrina in rem nostram quadret, nemo est profecto qui non videat: et quum eadem, nihilominus, praetermissa, vel certe non satis considerata a reiudicata appareret, ad eiusdem doctrinae normam circa legatum claus. 116 iterum iudicium fieri debere constabat, ac propterea adversus rem iudicatam procul dubio restitutionem in integrum ex explicito praecepto legis concedere oportebat.

Atque ita editum est, pronunciatum, decretum, declaratum, mandatumque ut haec definitiva sententia publici iuris fieret, et ab omnibus ad quos spectat exsequutioni mandaretur; non solum, etc.; sed et omni, etc.

Datum Romae, ex aedibus Supremi Tribunalis, die 6 aprilis 1920.

Ubaldus Mannucci, ***Signaturae Votans,***

L. © S.

VISA

Evaristus Lucidi, ***S. A. S. T. a Secretis.***

Josephus adv. Fornari, ***Notarius.***

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 18 Maggio 1920, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Eoli e Revmi Signori Cardinali e col voto dei Revmi Prelati Officiali e dei Consultori Teologi componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione ***Nuova-Preparatoria,*** per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dal Venerabile Servo di Dio Andrea Uberto Fournet, Prete secolare, Fondatore della Congregazione delle Figlie della Croce, dette volgarmente ***Suore di Sant'Andrea.***

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnalo di nominare:

1 maggio 1920. L'Emo sig. Card. Michele Lega, ***Protettore del Santuario di Polsi in Aspromonte Calabro.***

10 » » L'Emo sig. Card. Oreste Giorgi, ***fra gli Emi Protettori della Pontificia Accademia Teologica.***

11 » » L'Emo sig. Card. Guglielmo van Rossum, ***Protettore della Congregazione di S. Carlo Borromeo, avente la Casa-Madre a Trebnitz.***

» » » .L'Emo sig. Card. Oreste Giorgi, ***Protettore dell'Istituto delle Suore di Carità dell'Imm. Concezione d'Ivrea.***

14 » » L'fEmo sig. Card. Gaetano Bisleti, ***Protettore delle Daine di Carità di Montpellier.***

16 » » L'Emo sig. Card. Guglielmo van Rossum, ***Protettore degli Oblati di Maria Immacolata.***

19 » » L'Emo sig. Card. Oreste Giorgi, ***Delegato Pontificio della Chiesa e del Monastero di S. Chiara in Napoli.***

21 » » Mons. Francesco Marchetti Selvaggiani, ***Nunzio Apostolico nella Repubblica del Venezuela.***

24 » » Mons. Filippo Mauri, ***Prelato Votante del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.***

27 » » L'Emo sig. Card. Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, ***Protettore degli Eremitani di Sant'Agostmo.***

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistenti al Soglio Pontificio:

29 aprile 1920. Mons. Emilio Ferrais, ausiliare del card, arcivescovo di Catania.
12 maggio » Mons;> Francesco Moretti, vescovo di Narni e Terni.

Protonotari apostolici ad instar participantium :

25 aprile 1920. Mons. Felice Sznarbackowski, della diocesi di Lueeoria.
30 » » Mons. Donato Venditti, dell'archidiocesi di Taranto.
8 maggio » Mons. Eugenio Caulle, dell'archidiocesi di Rouen.
9 » » Mons. Antonio Müller, della diocesi di S. Gallo.
11 » » Mons. Alessandro Baczynskyj, dell'archidiocesi di Leopoli dei Ruteni.
17 » » Mons. Giulio Baudriller, della diocesi di Angers.
20 » » Mons. Edoardo Thomas, dell'archidiocesi di Parigi.
» » » Mons. Enrico Debout, della diocesi di Arras.
» » » Mons. Giacomo Giuseppe Ryan, dell'archidiocesi di Cashel.
21 » » Mons. Enrico Maria Massimiliano d'Allaines, della diocesi di Orléans.

Prelati Domestici di S. S.:

16 marzo 1920. Mons. Donaldo Mac Dougal, della dioc. di Argyll ed Isole.
24 aprile » Mons. Arturo M amoli, della diocesi di Reggio Emilia.
8 maggio » Mons. Giovanni Marino Van Oers, della diocesi di Breda.
9 » » Mons. Giuseppe Fietta, della diocesi d'Ivrea.
» » » Mons. Francesco Saverio Fritschi, della diocesi di S. Gallo.
U » » Mons. Tito Wojnarowski, dell'archidiocesi di Leopoli dei Ruteni.
». » » Mons. Alessio Piasecki, della medesima archidiocesi.
12 » » Mons. Raffaele Ruggiero, della diocesi di S. Agata dei Goti.
14 » » Mons. Carlo de Boismarmin, dell'archidiocesi di Bourges.
» » » Mons. Giovanni Girbeau, della medesima archidiocesi.
15 » » Mons. Giovanni Gaire, dell'archidiocesi di Regina.
» » » Mons. Zeffirino Marois, della medesima archidiocesi.
» » » Mons. Giorgio Stefano Grandbois, della medesima archidiocesi.
» » » Mons. Emanuele Bechetoille, dell'archidiocesi di Lione.
17 » » Mons. Leone Thibault, della diocesi di Angers.
18 » » Mons. Domenico Amato, della diocesi di Télese e Cerreto Sannita.
» » » Mons. Guido Anichini, dell'archidiocesi di Palermo.

20 maggio 1920. Mons. Mose' Cagnac, dell'archidiocesi di Bourges.
21 » » Mons. Giuseppe Emilio Borrel, della diocesi di Tarentaise.
» » » Mons. Eugenio Maria Filiol, della diocesi di Orléans.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

25 aprile 1920. Al sig. ing. Leopoldo Candiani, dell'archidiocesi di Milano.
13 maggio » Al sig. barone Tommaso Carizzi, della diocesi di Télese e Cerreto Sannita.
15 » » Al sig. cav. Gastone Lepercq, dell'archidiocesi di Lione.
» » » Al sig. cav. Renato Mouterde, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Alfonso Turgeon, dell'archidiocesi di Regina.
21 » » Al sig. cav. Giovanni de Cessac, della diocesi di Limoges.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

3 maggio 1920. Al sig. avv. Lodovico Renato Sallé, della dioc. di Bayeux.
12 » » Al sig. conte Emanuele de Las Cases, senatore francese.
14 » » Al sig. Giorgio Mairot, presidente dell'Unione regionale della gioventù cattolica francese in Borgogna.
» » » Al sig. Alfredo Douard, vicepresidente dell' Unione regionale della gioventù cattolica francese nella Franche-Comté.
» » » Al sig. Enrico Jarry, vicepresidente generale della Gioventù cattolica francese.
15 » » Al sig. Stefano Berne, dell'archidiocesi di Lione.
» » » Al sig. Giacomo Brac de La Perrière, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Andrea Bellin, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Beniamino Chomel, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Augusto Deriard, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Giuseppe Fichet, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Emilio Paillard Metty, della diocesi di Châlons.
» » » Al sig. Alessandro Souriac, presidente generale della Gioventù cattolica francese.
17 » » Al sig. Nicola Dekker, della diocesi di Harlem.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

6 maggio 1920. Al sig. Carlo Nîmes Teixeira, del Patriarcato di Lisbona.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

28 aprile 1920. Al sig. Galileo Giobbe, di Roma.
13 maggio » Al sig. Carlo Dumortier, dell'archidiocesi di Malines.

MAGGIORDOMATO DI SUA. SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rina Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

26 marzo 1920. Mons. Salvatore Gangarelli, dell'archidiocesi di Catania.
13 aprile » Mons. Guglielmo Enrico Völker, della diocesi di Bois-le-Duc.
16 » » Mons. Alessio Apuzzo, dell'archidiocesi di Amalfi.
29 » » Mons. Luigi Di Meo, della diocesi di Sessa Aurunca.
1 maggio » Mons. Zenobio Pâclisan, della diocesi di Alba Giulia e Fogaras.
20 » » Mons. Ettore Baranzini, dell'archidiocesi di Palermo.
22 » » Mons. Giorgio Coote, dell'archidiocesi di Westminster.
» » » Mons. Lionello Evans, della medesima archidiocesi.
» » » Mons. Giovanni Cauley, della diocesi di Monterey e Los Angeles.
» » . » Mons. Ildefonso Montero Diaz, dell'archidiocesi di Siviglia.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa Sopr. di S. S. :

4 febbraio 1920. II sig. Fermin Carlos de Yeregui, dell'archidiocesi di Montevideo.
6 maggio » Il conte Prospero Keller, dell'archidiocesi di Parigi.
22- » » II conte Giuseppe Ignazio Caverò y Alcibar, della diocesi di Saragozza.
25 » » Il sig. Daniele Girona y Llogostera, della dioc. di Barcellona.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.

20 aprile 1920. Mons. Palmerino Mastrojacono, della diocesi di Trivento.
1 maggio » Mons. Ottavio Platau, della diocesi di Cambrai.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :

24 aprile 1920. Il sig. Francesco Çeballos y Gonzales, della diocesi di Cadice.
» » » 11 sig. Pasquale Pinto, della diocesi di Capaccio Vallo.
6 maggio » Il sig. Alfonso Schelstraete, della diocesi di Bruges.
22 » » Il sig. Giovanni Lane Mullins, dell'archidiocesi di Sydney.

NECROLOGIO

8 maggio 1920. Mons. Francesco Ferreira da Silva, vescovo titolare di Siene e prelato di Mozambico.
15 » » L'Eolo sig. Card. Giulio Boschi, vescovo di Frascati.
27 » » Mons. Pietro Luigi Péchenard, vescovo di Soissons.

Annus XII - Vol. XII 1 Iulii 1920 Num. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

CARDIFFENSIS

ERECTIO NOVAE ABBATIAE

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Praeclara gesta Benedictini Ordinis ad Ecclesiae gloriam augendam, cum aliis Europae regionibus etiam Britannia Insula experta est, in quam sancti Benedicti filii, una cum christiana religione humanum civilemque cultum introduxerunt. Haec monachorum sollicitudo non defuit, quum nobilissima illa natio e sinu Romanae Ecclesiae avulsa fuit, immo in dies crevit, praesertim hac nostra aetate. Eiusdem itaque Ordinis operae et studio non modica ex parte recte ascribendum est, si tot tantaque in Anglia incrementa catholica Fides hisce temporibus assequuta est, ut ibi, plurimis in locis, sacra hierarchia denuo constitui visum esset.

Haec Benedictini Ordinis merita prae oculis habentes, Nos Apostolicis Litteris ***Cambrici Celtica,*** die septima mensis februarii, anni millesimi nongentesimi decimi sexti, Pontificatus Nostri anno secundo, datis, episcopali sede Neoportensi in urbem Cardiffensem translata et ad Metropolitanae dignitatem evecta, simulque hoc ipso nova ecclesiastica provincia in Walliae principatu constituta, decrevimus « ut monasticum

« capitulum in loco Belmont penes Hereford et episcopalis cathedra ibi « erecta in suo statu servarentur... adeo ut archiepiscopus Cardiffensis « duo haberet capitula, 'alterum saeculare, alterum regulare, duasque « cathedrales ecclesias ».

Dum, vero, Apostolicae Litterae ad exsecutionem demandabantur et de regulis agebatur utrique capitulo statuendis, dilectus filius Cuthbertus Butler, Abbas, Congregationis Anglo-ßenedictinae Praeses, una cum aliis Abbatibus ipsius Congregationis, bonum atque utile Ecclesiae se facturum existimavit, si cathedralis privilegio et capituli cathedralis, quod Belmontensi conventui concessum fuerat, renunciaret. Quamobrem, habito tum praedictorum Abbatum, tum Belmontensis Monasterii consensu, litteris die vigesima quarta ianuarii huius anni millesimi nongentesimi vigesimi datis, Nobis declaravit paratum se esse, si Apostolicae Sedi placeret, memoratis privilegiis sese abdicare, illud tamen addens gratum sibi fore, ad dimissae cathedralitatis dignitatis memoriam retinendam, ut Belmontense Monasterium in propriam veramque Benedictini Ordinis Abbatiam erigeretur.

Nos autem, deprehendentes Abbatis memoratae Congregationis Praesidis consilium iustis innixum causis, preces ab eodem exhibitas admittendas decrevimus atque admisimus.

Hisce itaque Apostolicis sub plumbo Litteris, dimissionem praefati privilegii cathedralitatis et capituli, praedictae ecclesiae monasticae et religiosorum domui iam concessi, acceptam habemus, simulque vero Benedictinum Belmontense Monasterium in veram, propriam atque independentem, iuxta preces, Abbatiam erigimus et constituimus, sicut ceterae omnes Anglo-Benedictinae Abbatiae, cum universis iuribus, privilegiis et obligationibus, quae ad eas, iuxta canonicas leges et constitutiones a Sancta Sede adprobatas, ac memorati Ordinis, pertinent, cum familia insuper sui iuris, sub Abbate ab eadem familia ad normam Constitutionum dictae Congregationis eligendo.

Noscentes insuper quae et quanta Benedicimus Ordo, iam a tempore Magni Gregorii, Decessoris Nostri, de Ecclesia et de religione in Anglia sit meritus, simulque recogitantes hodiernam ipsam renunciationem nonnisi hac mente peractam esse, scilicet ad maius Ecclesiae bonum assequendum, declaramus Apostolicam Sedem tot Benedictini Ordinis promeritorum nunquam obliturum, atque in tot beneficiorum memoriam, quantum humana permittant adiuncta, libenter curaturam, ne unquam desit inter Angliae Praesules unus ex sancti Benedicti alumnis, qui aliquam regendam suscipiat dioecesim, eamque, ut per elapsa tempora, scientia ac virtute illustret.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum interest, vel interesse praesumant, auditi non fuerint, ac praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus.

Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque conciliis editis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis, ac sigillo alicuius in ecclesiastica dignitate constituti munitis, adhibeatur eadem prorsus fides, in iudicio et extra illud, quae eisdem praesentibus litteris adhiberetur, si originaliter forent exhibitae, vel ostensae.

Nemini ergo liceat quae hisce Litteris Nostris statuta sunt infringere vel eis ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo, die vigesima prima mensis martii, Pontificatus Nostri anno sexto.

© C. CARD. DE LAI
Episcopus Sabinensis
Secret. S. Congr. Consistorialis.

P. CARD. GASPARRI
a Secretis Status.

Iulius Campori, ***Protonotarius Apostolicus.***
Raphael Virili, ***Protonotarius Apostolicus.***

Loco ***ffr*** plumbi

Reg. in Can. Ap., vol. XX, n. 22.

Ii

MOHILOVIENSIS

DIVISIONIS ET ERECTIONIS NOVI VICARIATUS APOSTOLICI « DE FINLANDIA »

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Inter alias supremi Pastoris sollicitudines, ea semper fuit, ut dioeceses nimis amplae pro aptiori animarum cura et administratione dividerentur, praesertim quum vel ipsa temporum locorumve adiuncta id suadere, aut postulare viderentur.

Quum vero ad consulendum utiliori ecclesiastico regimini Finlandiae regionis, quae usque nunc ad Archidioecesim Mohiloviensem pertinuit, expediat maxime, et tempora modo permittant, ut haec regio a praedicta Archidioecesi seiungatur; Nos, omnibus mature perpensis, habitis secundis suffragiis venerabilium fratrum Achillis Ratti, archiepiscopi titularis Naupactensis, Nuncii Apostolici in Polonia, atque hodierni Metropolitae Mohiloviensis, nec non de consulto Sacrae Congregationis Consistorialis, memoratum territorium Finlandicum per praesentes litteras ab archidioecesi Mohiloviensi Apostolica auctoritate separamus et in novum distinctum Vicariatum Apostolicum erigimus, ***de Finlandia*** nuncupandum, qui Sacrae Congregationi de Propaganda Fide plane subiicietur.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum interest, vel sua interesse praesumant, auditi non fuerint, ac praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo umquam tempore de subreptionis aut obreptionis, vel nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus.

Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis, ac sigillo alicuius in ecclesiastica dignitate constituti munitis, adhibeatur eadem prorsus fides in iudicio et extra illud, quae eisdem praesentibus litteris adhiberetur, si originaliter forent exhibitae, vel ostensae.

Nemini ergo liceat quae hisce Litteris Nostris statuta sunt infringere vel eis ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctum Petrum, anno Domini millesimo nonnongentesimo vigesimo, die octava mensis iunii, Pontificatus Nostri anno sexto.

O. CARD. CAGIANO
S. B. E. Cancellarius.

© C. CARD. DE LAI
Episcopus Sabinensis
S. C. *Consistorialis Secretarius.*

Raphaël Virili, ***Protonotarius Apostolicus.***
Lodovicus Schüller, ***Protonotarius Apostolicus.***

Loco plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. XX, n. 38.

III

SAMOGITIENSIS ET RIGENSIS

DE FINIUM DIOECESANORUM COMMUTATIONE

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Maxime interest dioecesum fines cum statuum civilium finibus coincidere, ut fideles cum suis Ordinariis expeditius et absque ulla difficultate communicare valeant.

Quum autem, post novam politicam constitutionem statuum Lituaniae et Latviae seu Lettoniae, acciderit ut pars praecipua provinciae civilis Curlandiae, quae ad Episcopatum Samogitiensem et ad aliam rempublicam hucusque pertinebat, inclusa manserit intra fines reipublicae Lettoniae, rogavit civile huius Reipublicae gubernium ut haec Curlandiae pars abstraheretur a dioecesi Samogitiensi, et uniretur dioecesi Rigensi, nuper in Lettonia restituta.

Quum vero huic postulationi accesserit favorabile votum venerabilium fratrum Nostrorum Francisci Karevié, hodierni episcopi Samogitiensis, atque Achillis Ratti, archiepiscopi titularis Naupactensis et Nuntii Apostolici in Polonia, Nos, re mature considerata, oblatis precibus annuendum censuimus.

Quamobrem per praesentes Litteras apostolica auctoritate statuimus, ut, quae pars territorii Curlandiae ad statum Lettoniae seti Latviae adscripta est, a dioecesi Samogitiensi separetur ac dioecesi Rigensi perpetuo et in omnibus uniatur.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum interest, vel sua interesse praesumant auditi non fuerint, ac praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab

omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus.

Hisce itaque ut supra constitutis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda, deputamus dilectum filium Antonium Springovicz, electum episcopum Rigensem, eidem tribuentes necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet in ecclesiastica dignitate constitutum, imposito praeterea eidem onere mittendi infra sex menses, a data praesentium litterarum computandos, ad Sacram Congregationem Consistorialem authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque conciliis editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis et alicuius in ecclesiastica dignitate constituti munitis, adhibeatur eadem prorsus fides, in iudicio et extra illud, quae eisdem praesentibus litteris adhiberetur, si originalster forent exhibitae, vel ostensae.

Nemini ergo liceat quae hisce Litteris Nostris statuta sunt infringere, vel eis ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo, die nona mensis iunii, Pontificatus Nostri anno sexto.

O. CARD. CAGIANO
S. B. E. Cancellarius.

© C. CARD. DE LAI
Episcopus Sabinensis
S. C. *Consistorialis Secretarius.*

Raphaël Virili, ***Protonotarius Apostolicus.***
Ludovicus Schüller, ***Protonotarius Apostolicus.***

Loco plumbi.

Beg. in Cane. Ap., vol. XX, n. 89.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

VENERABILIBUS DEI FAMULIS CAROLO LWANGA, MATTHIAE MURUMBA ET SOCIIS EORUM, VULGO « DB UGANDA », MARTYRIBUS, BEATORUM HONORES DECERNUNTUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — In Africam quisnam christianam fidem primus invexerit, disceptatur adhuc; constat tamen, inde ab aevo apostolico religionem ibidem eftloruisse ac viguisse, et, quam puram Christifideles Afri vitam agerent, Tertullianus ita describit, ut legentium animos vehementer commoveat. Quae quidem regio nulli cedere videtur inlustrium virorum martyrumque copia. Ex his vero martyres Scillitanos commemorare placet, qui Carthagine, Publio Vigellio Saturnino proconsule, sanguinem pro Christo profuderunt; e conscriptis autem iudicii quaestionibus, quae hodie quoque feliciter exstant, colligitur qua constantia, quam generosa animi simplicitate proconsuli responderint fidemque suam professi sint. Recolere item libet Potamienas, Perpetuas, Félicitâtes, Cyprianos et « multos fratres martyres », quos Acta generatim percensent; Uticenses praeterea, nomine ***etiam Massae Gandidae*** idcirco nuncupatos, aut quod calce viva obruti sint, ut hymno XIII enarrat Aurelius Prudentius, aut ***ob causae fulgorem,*** uti Augustinus opinari videtur. Haud ita multo post, primo haeretici, deinde Vandali, postremo mahumetani Africam christianam adeo vastarunt atque everterunt, ut, quae tot ínclitos heroas Christo pepererat, quae sedibus episcopalibus plus trecentis gloriabatur et Concilia tam multa fidei disciplinaeque tuendae congregaverat, ea, christiano sensu deleto, paene omnem gradatim exuerit humanitatem et ad barbariam desciverit. Recentiore tamen aetate, quemadmodum non defuerunt qui, scientiae cupiditate incensi, interiores explorare regiones ausi sint, ita, nec minore sane studio, Missionales, spiritibus plene imbuti quibus Apostoli animabantur, nullis armis nisi Cruce instructi, nulla arte nisi invicta in Deum fide confisi, in abditos illos tractus pervaserunt. Eos inter evangelicae sapientiae praecones, honorificehtissimum sane obtinent locum Missionarii Africae, qui, ***Patres*** quoque ***Albi*** vulgo nuncupati, conditorem patremque legiferum habuerunt fel. rec. Carolum Martialem Lavigerie, primum restitutae Carthaginiensis Sedis Archiepiscopum et S.R.E. Cardinalem. Quibus, in ipsis Instituti sui primor-

diis, id auspicato contigit, ut, Vicariatu Nili Superioris sibi ab Apostolica Sede commisso, anno MDCCCLXXVIII in Ugandae regnum, in media Africa situm, ingrederentur, ubi, octavo post anno, nigritae duo et viginti, quorum plerique adhuc adulescentes, tam admirabile martyrium fecerunt, ut merito dici queat, eos non modo priscis Africae christianae heroibus aemulatos esse, sed etiam, duplici pudoris et religionis martyrio, suavissimam beatae Agnetis memoriam revocasse. Sed rem praestat ordine exponere, et eventus narratione delibare, qui Ecclesiae Christi gloriam, eandemque ob rerum condiciones novam ac splendidam, peperere. Cum igitur Missionales, quos memoravimus, stationem Sanctae Mariae de Rubaga constituassent et rex Ugandae Mtesa christianae fidei provehendae minime refragaretur, is animorum ardor excitatus est, tot centena catechumenorum se divini verbi satoribus instituendos tradiderunt, ut laetam tota illa regio uberrimorum fructuum spem atque exspectationem de se cottimo veret. Verumtamen, paulo post, rex Mtesa, mahumetanis impulsoribus, qui, si christiana religio plus valuisset, metuebant ne quid mercatura servorum detrimenti caperet, quam libere agere consueverant, commutata sensim voluntate atque opinione, id animo denique intendit, ut fidei propagatione vi quoque illata, si opus esset, Obsistere! Qua rerum condicione prudenter perpensa, missionales interim cessere loco; sed cum, brevi post, rex vita functus esset, Muanga eius filius, quo familiari ac benevolo utebantur, vix regno potitus, iis institit, ut in urbem principem regrederentur. Idem vero, cum reversos benigne excepisset, palam spopondit, quandoquidem in patris locum, Deo christianorum precibus conciliato, suffectus erat, fore ut non modo ex hisce optimos ad se arcesseret atque ad regni dignitates eveheret, sed etiam ethnicos omnes imperio suo obnoxios ad religionem amplectendam ipsemet inci taret. Iussit sane complures ex christianis vel catechumenis in regia aula circumsistere, et quidem non sine sua ipsius utilitate; cum enim optimates, rebus novis adversi, de rege interimendo clam decrevissent, nonnulli ex christianis aulicis, re cognita, Muanga occulte monuerunt ut sibi caveret, addideruntque, posse ipsum, cum christianis omnibus, tum hominibus qui in eorum dicione essent, idest duobus armatorum millibus, plene confidere. Primus interea regis administer, idemque praecipuus coniurationis auctor, etsi veniam sibi sociisque a Muanga impetravit, vehementiore tamen, quam antea, odio in christianos exarsit; quid, quod audivit, se magistratu destituendum, et in sui locum Iosephum Mkasa, christianum, subrogatum iri? Itaque, omnes nanctus occasiones, insusurrare ille regi, qui Christi religionem profiteantur, eos capitales hostes habendos esse; fidem regi utique servaturos, donec parvo essent

numero; at, si quando ceteris numero praestitissent, eum de medio sublaturos ut aliquem e suis ad regiam dignitatem proveherent. Sed alia huc accessit, eaque potior, invidiae caussa, qua rex Muanga ad christianos insectandos impelleretur; cum enim, detestabili mahumetanorum opera, vitiis contra naturam indulgere coepisset, quod conatus omni contentione est, id nunquam consequi potuit, ut christiani ex aula regia pueri morem sibi gererent. Ita, quod religioni in honorem verti debuit, facessivit religioni periculum. Ventum denique est ad caedes, et Muanga primo administro denuntiavit, velle se omnibus qui orarent mortem inferri: qua pulcherrima verborum figura nostri designabantur. Quot hac in persecutione hostiae Deo gratae immolatae sint, haud satis constat; inlustre vero prae ceteris fecere martyrium, uti ante diximus, nigritae duo et viginti, quos, pro mortis genere, in duo agmina distinguere iuvat: alterum eorum, numero tredecim, qui vivi combusti; alterum eorum, numero novem, qui vario suppliciorum genere interempti sunt. E priore agmine, aulici seu pueri regii fere omnes, sunt Carolus Lwanga, Mbaga Tuzindé, Bruno Séron Kuma, Iacobus Buzabaliao, Kizito, Ambrosius Kibuka, Mgagga, Gyavira, Aehilles Kiwanuka, Adulphus Ludigo Mkasa, Mukasa Kiriwanvu, Anatolius Kiriggwajjo, Lucas Banabakintu. - Carolus Lwanga, in oppido Bulimu ortus et die xv mensis novembris anno MDCCCLXXXV baptismo ablutus, ob egregias animi laudes omnium admirationem ac benevolentiam sibi conciliavit; quem Muanga ipse magni habebat, quod munera a se commissa perdiligenter expleret. Cum autem pueris regiis praeesset, eos ad fidem et castitatem servandam, contemptis impii atque impudici regis illecebris, confirmavit; vinculis constrictus, catechumenos quoque, ut in religionis studio perseverarent, palam hortatus est et ad supplicii locum admirabili animi fortitudine contendit, cum annum ageret vicesimum. - Mbaga Tuzindé, puer regius, filius Mkadjanga, praecipui et crudelissimi ex carnificibus, adhuc catechumenus cum persecutio exarsit, a Carolo Lwanga paulo ante communem condemnationem baptismo ablutus est. Quem pater cum quoquo pacto a morte eripere vellet, iterum iterumque deprecatus est, ut religionem catholicam eiuraret, aut saltem se abdi pateretur et promitteret se orare desiturum. Verum magnanimus adulescens respondit, se caussam mortis suae nosse et probare, regis autem iram in patrem conflare nolle: rogavit, ne sibi parceretur. Tunc Mkadjanga, ut filium, vix annorum sedecim, ignis cruciatibus subduceret, uni ex minoribus carnificibus imperavit, ut caput eius fuste percuteret et exanime corpus igni tradendum cum aliis componeret. - Bruno Séron Kuma, in pago Mbalé natus et die xv mensis novembris anno MDCCCLXXXV baptizatus, e fra-

tris sui contubernio discessit, quod hic acatholicam sectam sequeretur. Regi Mtesa famulatus, postquam Muanga patri successit, officium abdicavit ut stipendia mereret. Cum christianis aulicis comprehensus, sex et viginti annos natus, verbo atque exemplo gloriosi certaminis socios roboravit. - Iacobus Buzabaliao, die xv mensis novembris anno MDCCCLXXXV baptismi aquis ablutus, singulari religionis provehendae studio incensus, alios, ipsumque Muanga, nondum in paterno solio collocatum, ad Christi fidem amplexandam allicere atque excitare omni ope nisus est; id ipsum rex fortissimo iuveni exprobravit, cum eum, viginti annos natum, occidi iussit. - Kizito, candidula anima, ceteris iunior, utpote qui aetatis suae anno tertio decimo martyrium fecerit, filius unius e regni proceribus et innocentia ac firmitate animi praeclarus, paulo ante quam in vincula coniectus est, a Carolo Lwanga baptismum accepit. Fortissimum puerum libidinosus rex, acrius quam ceteros, frustra ad se pellexit. Quosdam vero christianos, quod fugam ceperant, Kizito ita obiurgavit, ut ii se regi Muanga, metu deposito, stiterint; et cum in eo esset ut ad supplicium duceretur, sociis, ne quis animo deficeret, auctor fuit ut coniunctis inter se manibus omnes simul procederent. - Ambrosius Kibuka, ipse quoque ex aulicis, die xvir mensis novembris anno MDCCCLXXXV baptismo tinctus, , fidem ardenter constanterque retinuit ad atrocissimam usque necem, quam pro Christo oppetiit annos natus duodeviginti. - Mgagga, puer regius, adhuc catechumenus, regi obscena suadenti fortiter restitit, et, se christianum professus, cum aliis in carcerem coniectus est: ante quam detineretur, a Carolo Lwanga baptismum accepit, et, haud secus ac ceteri, martyrium tranquillo animo fecit, anno aetatis suae sexto decimo. - Gyavira, ex iisdem aulicis, pulcher adspectu, a rege Muanga diligebatur, qui tamen nequiquam eum ad explendam secum libidinem illexit. Catechumenus adhuc cum, post fidei professionem, a Muanga morte damnatus est, noctu a Carolo Lwanga baptismo tinctus et cum ceteris ad supplicii locum, annos natus septemdecim, a carnificibus deductus est.- A chilles Kiwanuka, puer regius, Mitiyanae natus, die xvii mensis novembris anno MDCCCLXXXV baptizatus est. Postquam firmo animo fidem suam coram rege confessus est, cum sociis catena vinctus et in carcerem contrusus, denuo asseveravit se nunquam a catholica religione desciturum et ad ultimum supplicium progressus strenue est, anno aetatis suae decimo septimo. - Adulphus Ludigo Mkasa, aulicus, morum integritate itemque assiduitate patientiaque laborum enituit. Baptismo die XVII mensis novembris anno MDCCCLXXXV suscepto, catholicam fidem, cum sancte retinuit, tum constanter cum ceteris professus est ad mortem usque, quam, annos natus quinque ac viginti, pro Christo pertulit. - Mukasa Kiriwanu, puer regius cibariis in

aula partiendis, cum carnifices Carolum Lwanga eiusque socios ad collem Namugongo perducerent, rogatus num christianus esset, affirmavit, e,t cum aliis ad supplicium raptus est. Catechumenus nondum baptismum fluminis adeptus, baptismo sanguinis, annos duodeviginti natus, aeternam gloriam consecutus est. - Anatolius Kiriggwajjo, regius puer, die xvn mensis novembris anno MDCCCLXXXV baptismo ablutus, christianae vitae praecepta ea animi firmitate retinuit, ut oblatam sibi a rege dignitatem, quae aeternae saluti aliquid detrimenti afferre posse videbatur, sine cunctatione respuerit. Catholicam vero fidem cum ceteris aperte professus, communem cum iisdem mortem oppetiit sexto decimo aetatis anno. - Postremum ex hoc agmine recensemus Lucam Banabakintu, qui, in pago Ntlomo natus, optimati cuidam, Mukwenda nomine, perdiligenter famulabatur. Die xxvni mensis maii anno MDCCCLXXXIÍ, cum baptismo et confirmatione donatus est, tum ad sacram synaxim primum accessit: quo faustissimo ex die, integritate morum praeceptorumque observatione ceteris in exemplum praeluxit, et nihil habuit antiquius quam ut de divinis rebus cum amicis colloqueretur. Is, cum mortem facile effugere posset, maluit, ad necem conquisitus, se domino sistere, a quo hominibus a rege missis traditus est. In carcerem detrusus, laetissimo ibi animo degit, donec cum ceteris, tricesimum agens annum, pro Christo vitam profudit. - Hi omnes, quos nominavimus, die III mensis iunii anno MDCCCLXXXVI, orto iam sole, ad collem Namugongo feruntur. Quo cum pervenissent, manibus post tergum devinctis pedibusque colligatis, crate unusquisque eorum involvitur arundinibus texta; rogus struitur, in quem fasces eiusmodi humani imponuntur. Admoto pedibus igni, ut grex ille immolatorum tener lentius ac diutius torqueretur, crepitare flamma, quae sanctis corporibus aleretur; e rogo murmura precum in aera diffundi et pro vi cruciatuum crebrescere; mirari carnifices, non questura, non gemitum a morientibus fieri, quorum similes adhuc nullos sibi videre contigisset. Sic castissimos fortissimosque heroas ignis unus omnes simul consumpsit, una patria simul omnes caelestibus sedibus excepit. — In altero novem nigritarum agmine numerantur venerabiles Dei servi Matthias Kalemba Murumba, Athanasius Badzekuketta, Pontianus Ngondwé, Gonzaga Gonza, Andreas Kagwa, Noë Mawgalli, Iosephus Mkasa Balikuddembé, Ioannes Maria Muzéi (Iamari), Dionysius Sebuggwao, - Matthias Kalemba Murumba quinquagesimum agebat annum cum martyrium fecit. Ad munus iudicis delectus, cum ex mahumetana. ac protestantica secta ad catholicam religionem transiisset, baptismo die xxvni mensis maii anno MDCCCLXXXIÍ suscepto, ventus ne cui, iure dicendo, iniuriam inferret, se officio abdicavit. Modestia ac lenitate animi

praeditus, religionis propagandae studio sic erat incensus, ut non modo liberos suos ad sancte vivendum instituent, sed quoscumque potuit, christianam doctrinam docuerit. Primus regis administer, coram quo productus est, gravissimo homini, fidem animose professo, iussit manus pedesque praecidi, et carnis fragmenta e tergo evelli, ante oculos eius adurenda. Garnifices igitur in collem incultum ac desertum, ne a spectatoribus in atrocissimo officio fungendo perturbarentur, venerabilem Dei famulum, alacrem laetitiaque gestientem, abducunt; iussa ad unguem perficiunt; ut inclitus martyr diutius cruciaretur, ea arte sanguinem ex artubus fluentem coërcent, ut, triduo post, servi quidam, illuc ad reddendas arundines coëuntes, languidam ac remissam vocem audierint Matthiae aquae haustum poscentis: quem cum tam foede detruncatum conspexissent, ferriti inde aufugiunt et Christi morientis imitatorem omni destitutum solacio relinquunt. - Athanasius Badzekuketta, inter regiae domus adulescentes adlectus et die x VII mensis novembris anno MDCCCLXXXV baptismo ablutus, perdiligenter Dei Ecclesiaeque praecepta exsequebatur. ita vero martyrii desiderio flagrabat, ut carnifices, a quibus ad statum locum cum aliis perducebatur, impense rogaverit ut se ilico caederent. Itaque strenuus adulescens, die xxvi mensis maii anno MDCCCLXXXVI, aetatis suae duodevicesimo, iteratis ictibus dilaniatus est. - Pontianus Ngondwé, in vico Bulimu ortus et regis Mtesa aulicus, Muanga in huius locum suffecto, stipendia meruit et, catechumenus adhuc, christianis spiritibus adeo animatus apparuit, ut asperum ac morosum ingenium, sui victor, commutaverit. Persecutione autem instante, baptismum die xviu mensis novembris anno MDCCCLXXXV suscepit: quare, haud ita multo post, in carcerem cum aliis coniectus est. Cum vero carnifex Mkadjanga, a quo, supplicio mulctandus, ad collem Namugongo ducebatur, eum in itinere iterato rogasset num christianam religionem sectaretur, bis affirmantem, bis lancea confodit, abscissumque eius caput in viam proiecit, die xxvi mensis maii anno MDCCCLXXXVI. - Gonzaga Gonza, regius puer, die XVII mensis novembris anno MDCCCLXXXV baptizatus, religionis officia sedulo explevit et caritatis virtute praecipue enituit. Qui cum ad supplicii locum progrederetur et compedibus, quae distrahi nequiverant, impediretur, quominus pleno gradu incederet, a carnificibus iterum iterumque lancea traiectus, martyrium fecit, die XXVII mensis maii anno MDCCCLXXXVI, aetatis suae duodevicesimo. - Andreas Kagwa, in oppido ßünyoro natus et Muánga cum principe tum rege usus familiarissimo, die xxx mensis aprilis anno MDCCCLXXXII baptismi, confirmationis et Eucharistiae sacramenta percepit. Ob egregias animi laudes omnibus carus, non modo quotquot se adibant, ad chri-

stianam sapientiam informabat, sed etiam, cum olim pestis regionem invasisset, omnibus omnia factus, singulari infirmos caritate complexus est, satis multos, aquis baptismi ablutos, Christo peperit et vita functos sepultura aftecit. Cum vero primus regis administer molestissime ferret, liberos suos ab eo christiana imbui doctrina, rege tandem consentiente, eum comprehendi et occidi iussit, addens, se non ante cenaturum quam carnifex praecisam Andreae demortui manum ad se attulisset. Ita, die XXVI mensis maii anno MDCCCLXXXVI, aetatis suae tricesimo, venerabilis Dei famulus ad caelestia gaudia, martyrio facto, convolavi!. - Noè Mawgalli, proceris Mukwenda famulus vasis escariis conficiendis, virtutum christianarum laude magnopere floruit Calendis novembribus anno MDCCCLXXXV baptismo ablutus, ab hominibus, quos rex Muanga ad diripiendas Christifidelium domos circummiserat, lancea confossus, occubuit die XXXI mensis maii anno MDCCCLXXXVI, aetatis suae tricesimo. - Iosephus Mkasa Balikuddembé, natus in pago Buwama, ob spectatam fidem a rege Mtesa delectus est, qui ei diu noctuque inserviret atque aegrotanti mederetur. Eius filius Muanga, haud secus ac pater, venerabili Dei servo plenissime confidebat; quare non modo eum omnibus aulae regiae famulis praefecit, sed voluit quoque -ut se numeret, si quid fecisset reprehensione dignum. Die xxx mensis aprilis anno MDCCCLXXXIÍ baptismo et confirmatione donatus est et primum ad sacram synaxim accessit, quam crebro deinde percepit. Animi suavitatem, caritatem religionisque studium prae se ferens, non modo iuvenes satis multos Christo lucratus est, sed etiam pueris regiis ceterisque aulicis consilio, hortationibus institit, ut regis Muanga libidini ne obsequerentur. Quod cum rex didicisset, coepit venerabilem Dei famulum aversari, donec, primi administri, qui Iosepho invidebat, sollicitationibus expugnatus, morte eum plecti iussit. Iosephus, caelesti epulo recreatus, in locum Mengo abducitur, ubi, postquam denuntiavit, se regi et veniam dare et paenitentiam consulere, prima persecutionis victima, a carnifice, capite abscisso, in ignem conficitur, die xv mensis novembris anno MDCCCLXXXV, aetatis suae sexto et vicesimo. - Ioannes Maria Muzéi (Iamari), in pago Minziro natus, tantam prae se ferebat gravitatem ut cognomine Muzéi, idest senis, honestatus sit; prudentia quoque, caritate, suavitate animi, largitate in pauperes, aegrorum amore insignis, pecuniam operamque suam in captivos redimendos contulit, quos christiana fide imbuebat. Is fertur uno die universam catechesim didicisse ; baptismo autem ablutus est calendis novembribus anno MDCCCLXXXV et sacro chrismate periinitus insequenti anno, die III mensis iunii. Postquam iosephus Mkasa, amicissimus suus, immolatus est, cum se a rege interemptum iri intel-

ìexisset, occultare se noluit, nedum fugam caperet; immo etiam, comitante quodam Kulugi, regi in conspectum se dedit, a quo, causa quadam interposita, primum administrum adire iussus est. Fecit, etsi insidias suspicabatur, quod religionis caussa pavere atque extimescere a se alienum putaret. Primus vero regis administer eum in stagnum, quod in praedio suo situm erat, proiici iussit die xxvii mensis ianuarii anno MDCCCLXXXVII. - Dionysius Sebuggwao, in pago Bunono natus,, puer regius, die XVII mensis novembris anno MDCCCLXXXV baptismum accepit morumque integritate floruit. Quem cum rex Muanga rogasset num duos áulicos christianae fidei rudimenta doceret, affirmantem, lanceae ictu confodit, eiusque caput abscindi iussit. Ita Dionysius die xxvi mensis maii anno MDCCCLXXXVI, aetatis suae sexto decimo, martyr occubuit. — Quisquis horum omnium Acta martyrum perlegerit, mirabitur profecto qua sapientia, quam tranquilla animi constantia et quo> fidei spiritu ii, cum regis, tum primi administri et carnificum percontationibus responderint, in iisque divinum Christi promissum « ***dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini*** » plane servatum animadvertet. Constat etiam, gloriosum Venerabilium Dei Famulorum martyrium signa esse consecuta. Etenim non modo persecutores omnes tam misero mortis genere interierunt, ut liqueat, iustissimas ab iis poenas, quae culpae mirandum in modum responderent, Deum repetere voluisse, sed etiam, ilico post eorundem duorum et viginti nigritarum supplicium, adeo animorum ardor ad catholicam fidem amplectendam auctus est, ut sit effuso martyrum sanguini tribuendum, testibus indigenis ipsis, quod, voluntatibus commutatis, latius in dies religio propagata sit atque adhuc propagetur. Et sane, post quattuor et triginta ab iis eventibus annos, plura centena millia catechumenorum et baptizatorum in ea regione numerantur. Hisce vero de caussis factum est, ut de viginti duorum nigritarum martyrio canonicae inquisitiones instituerentur: quibus rite peractis, fel. rec. decessor Noster Pius Pp. X, die xiv mensis augusti anno MCMXII, decretum signavit de introducenda Causa beatificationis seu declarationis martyrii venerabilium Dei famulorum Caroli Lwanga, Matthiae Murumba et Sociorum vulgo « de Uganda ». Postquam vero facultatem Nosmetipsi fecimus, die xix mensis decembris anno MCMXVIII, ex qua de martyrio et causa martyrii, itemque de signis seu miraculis, disceptari iiceret, quamvis nondum elapsi essent quinquaginta anni a Venerabilium Servorum Dei nece, denique, cum in Congregatione Generali, coram Nobis habita, omnes qui convenerant, cum Reverendissimi Cardinales S. Rituum Congregationi praepositi, tum Patres Consultores, sententiam quisque suam protulissent, Nos dominico die secundo-

Quadragesimae, idest nono ac vicesimo mensis februarii, hoc anno, sollemniter decrevimus, constare de martyrio et causa martyrii venerabilium famulorum Dei Caroli Lwanga, Matthiae Murumba et Sociorum. Illud unum supererai ut iidem VV. FF. NN. et Patres Consultores rogarentur, utrum tuto procedi posse censerent ad beatorum honores iisdem venerabilibus Dei famulis decernendos. Quod fecit Venerabilis Frater Noster Cardinalis Vincentius Vannutelli, Episcopus Ostiensis et Praenestinus, Sacri Conlegii Decanus et Causae Relator, in generali conventu coram Nobis habito die tertio ac vicesimo mensis martii vertentis anni; omnesque cum Reverendissimi Cardinales tuendis Ritibus praepositi, tum qui aderant Patres Consultores tuto procedi posse responderunt. Attamen in tanti momenti re Nostram aperire mentem distulimus, donec impensis precibus a Patre luminum auxilium posceremus. Quod cum interea fecissemus, tandem die dominico in Albis, idest **XT** mensis aprilis, sacris pientissime operati, accitis Reverendissimis Cardinalibus Antonio Vico, Episcopo Portuensi et S. Rufinae, S. Rituum Congregationi Praefecto, et Vincentio Vannutelli, Episcopo Ostiensi et Praenestino, Sacri Conlegii Decano et Causae Relatore, nec non Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, et Alexandro Verde, S. Rituum Congregationis Secretario, sollemni decreto ediximus tuto procedi posse ad venerabilium servorum Dei Caroli Lwanga, Matthiae Murumba et Sociorum Martyrum vulgo « de Uganda » sollemnem Beatificationem. Quae cum ita sint, precibus permoti complurium Archiepiscoporum, Episcoporum et religiosorum Ordinum, necnon totius Congregationis Missionariorum Africae, auctoritate Nostra Apostolica, harum Litterarum vi, concedimus ut Venerabiles Dei Famuli Carolus Lwanga, Matthias Murumba eorumque viginti Socii, Martyres, quos supra singillatim enumeravimus, Beati in posterum appellentur, eorumque lypsana seu reliquiae, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferendae, publicae venerationi proponantur, atque imagines radiis decorentur. Praeterea, eadem apostolica Nostra auctoritate, concedimus, ut de illis recitetur Officium et Missa singulis annis de Communi Plurimorum Martyrum cum Orationibus propriis per Nos adprobatis, secundum rubricas Breviarii et Missalis Romani. Hanc vero Officii recitationem et Missae celebrationem fieri dumtaxat concedimus in omnibus et singulis domibus Missionariorum Africae, qui vulgo ***Patres Albi*** nuncupantur, et in omnibus Praefecturis et Vicariatibus Apostolicis eidem Congregationi commissis vel in posterum committendis, ab omnibus Christifidelibus, qui Horas canonicas recitare teneantur, et, quod ad Missam attinet, ab omnibus sacerdotibus cum saecularibus tum regularibus ad tempia, in quibus festum agitur,

confitentibus. Denique concedimus ut Sollemnia Beatificationis eorundem Venerabilium Dei Famulorum in domibus et Praefecturis et Vicariatibus supra dictis, die per Ordinarios praefiniendo, peragi queant, intra annum postquam eadem sollemnia in Basilica Vaticana celebrata erunt. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ac decretis de non cultu editis ceterisque contrariis quibuslibet. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis etiam impressis, dummodo manu Secretarii S. Rituum Congregationis subscripta sint et sigillo Praefecti munita, eadem prorsus in disceptationibus etiam iudicialibus fides habeatur, quae Nostrae voluntatis significatione hisce Litteris ostensis, haberetur.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die vi mensis iunii anno MCMXX, Pontificatus Nostri sexto.

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Status.***

II

VENERABILES SERVAE DEI MARIA MAGDALENA FONTAINE ET TRES EIUS SOCIAE, EX INSTITUTO PUELLARUM CARITATIS SANCTI VINCENTII A PAULO, NECNON MARIA CLOTILDES ANGELA A SANCTO FRANCISCO BORGIA ET DECEM EIUS SOCfAE, E MONIALIBUS URSULINIS DE VALENCIENNES, AD BEATORUM CAELITUM HONORES EVEHUNTUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Martyrum rigata sanguine vel ab ipsis suis primordiis Ecclesia Dei, exhibere postea ad nostra usque tempora nunquam destitit miranda exempla fortitudinis. Id evenit etiam in immani illa impiaque seditione quae, saeculo xvm iam ad finem vergente, Galliam universam per nefas exagitavit, avitamque illius praenobilis regionis fidem penitus exstinguere molita est. Etenim, ea grassante seditione, ad sempiternum Ecclesiae decus renovatae quidem sunt martyrum coronae et palmae, et sacrae Deo virgines, veterum fidei assertorum facinora aemulatae, atrocissima quaeque pro Christo pati ipsamque cruentam vitae iacturam facere non dubitarunt. - Has inter, quindecim accensentur Virgines, quarum priores quatuor ad Societatem pertinent Puellarum a Caritate, nimirum sorores Maria Magdalena Fontaine, Maria Francisca Lanel, Teresia Fantou et Ioanna Gérard; undecim vero reli-

giosae ex Ordine sunt Monialium Ursulinarum, eaeque nomen habent Maria Clotildes a sancto Francisco Borgia, Maria Scholastica a sancto Iacobo, Anna íosephina, Maria Ursula a sancto Bernardino, Maria Aloisia a sancto Francisco Assisiensi, Maria Laurentina a sancto Stanislao, Maria Augustina a sacro Corde Iesu, Maria Natalia a sancto Aloisio, Anna Maria, Maria Francisca et Maria Cordula a sancto Dominico. Harum primae quatuor in civitate Gameracensi, alterae vero Valencenis in catholicae fidei odium capitis damnatae^ alacri libentique animo supplicium perpessae sunt. Quamvis cum de martyribus agatur « sola mors sit in qua residet heroicitas » ideoque necessarium non sit « vitam ante actam inquirere », expedit tamen paucis verbis et summatim quasi delibare vitam harum christianarum heroidum, ut ex operibus fides earum agnoscatur. Quod attinet ad quatuor Puellas a Caritate, illis id sane obtigerat ex auspicato, ut Atrebatensi in urbe eandem illam religiosam domum incolerent, quam in vivis adhuc agentes et operantes sanctus Vincentius a Paulo et eius dilecta discipula vitaeque spiritualis filia Lodovica de Marillac erigendam curaverant. Piae communitati praeerat Maria Magdalena Fontaine, quae, adhuc adolescentula in Institutum Puellarum Caritatis cooptata, eos fecerat in virtute progressus ut domui regendae fuerit praeposita, quo in munere singularem prudentiam cum religiosa regularum observantia sociatam ostendisse constat. Imminente enim teterrima procella, sodales iuniores, magis periculo obnoxias, ad proprias familias iussit remeare vel ad exteras nationes confugere ; ipsa cum tribus probatis sororibus mansit Atrebati. Hae laborum et gloriosae passionis sociae fuerunt Maria Francisca Lanel, Maria Teresa Fantou et Ioanna Gérard, omnes in Gallia ortae et Instituti Caritatis benemerentissimae filiae, quae, non minus atque Antistita, tam legiferi Patris Vincentii a Paulo, quam Ordinis confundatricis Lodovicae genuinum nativumque hauserant spiritum. Et sane, licet inter civiles tumultus et pericula impendentia, nihil ipsae remisere de curis ac solatiis quae egenis atque aegrotis adhibere consueverant, immo constantius et alacrius inter omne genus asperitates in hoc praecipuo ipsarum professionis munere insistere perrexerunt. Monitae ut propriae saluti consulerent atque in tutiorem locum se reciperent, ne pauperes desererent, constanter recusarunt: donec semel iterumque id impositum eis fuit, quod incolumi conscientia salvisque religionis iuribus se praestare non posse pro comperto habebant. Adactae ad iusiurandum quod libertatis et aequalitatis vocabatur, impavidae virgines necti nescio pectore illud detrectarunt, ideoque in. vincula coniectae, in publicos carceres detrusae sunt. Cameracensem in civitatem traductae, dum in custodia degunt, in leva-

men et solatium concaptivorum caritatis apostolatum exercent, in iudicium raptae ac de iuramento praestando denuo atque instanter rogatae, veterum martyrum constantiam praeseferentes, denegarunt iugiter; eaque de causa capite damnantur. Continuo de his supplicium sumptum. Euntes ad mortem Rosarium et Laudes Virginis recitabant, et, quasi triumphum agerent, caelesti iucunditate perfusae, hymnum «Ave, maris stella» concinebant. Altera post alteram securi percussae, ad caelestis Sponsi complexum convolarunt; ultima letale pegma conscendit Antistita Maria Magdalena Fontaine. Haec, antequam securi submitteret caput, insigne protulit vaticinium; nempe se suasque sodales ultimas fore hostias patibuli, nuntiavit adstanti populo; et vaticinium probavit eventus. Religiosae enim ipsae sorores, novissimae revera fuerunt dirissimae illius insectationis victimae in urbe Cameracensi. Extremum hoc Puellarum Caritatis supplicium consummatum est die xxvi mensis iunii anno MDCGXGIV. - Quod si mentem convertamus ad Virgines Ursulinas, quae, eadem seditione debacchante, Valencenis martyrium fecerunt, haud minus insignia christianae virtutis et constantiae exempla inveniemus. Clotildes Iosepha Pailiot, septem ac viginti annos nata, quum Ursulinarum Valencenis asceterium ingressa est, in religione nomen assumpsit Mariae Clotildis Angelae a sancto Francisco Borgia, et regulare vitae genus exorsa, tantam consororum aestimationem fiduciamque sibi conciliavit brevi, ut ad Sodalitatem moderandam eligeretur. Proditum memoriae est commissi sibi muneris partes ipsam angelica dulcedine implevisse, simulque adeo virtutum laude praestitisse, ut non modo omnibus esset carissima, sed etiam tamquam exemplum respiceretur. Prudentia cum animi lenitate sociata praecipue enituit, effecitque ut in sua religiosa familia regularis observantia ad amussim servaretur. Neque minus excelluit in puellis instituendis, quarum plures ab ea educatae, vel rectissimam vitae rationem servarunt, vel Deo virgineum florem voverunt. Maria Margarita Iosepha [Leroux, cum asceterium ingressa est, Mariae Scholasticae a sancto Iacobo nomen assumpsit et pietatis studio non minus quam lifcerarum laude et manuum labore praestitit. Huius germana soror Anna Iosepha Leroux, etsi vota nuncupavit religiosa in conventu Urbanistarum a sancta Clara, iure tamen inter Ursulinas virgines in odium fidei interfectas recensetur. Everso enim Clarissarum coenobio, Valencenas venit, ut, Ursulinarum veste induta, gloriosam pro fide mortem oppeteret. Hyacintha Augustina Gabriella Bourìa, cui religionis nomen inditum fuit Mariae Ursulae a sancto Bernardino, ita semper se gessit, ut angelus in terris videretur ob singulare potissimum puritatis et humilitatis studium. Maria Genovefa Iosepha Ducrez, in religione vocata Maria Aloisia a sancto Francisco Assi-

siensi, nitidum regularis vitae exemplar habita usque fuit. Ioanna Regina Prin, scilicet in religione Maria Laurentina a sancto Stanislao, licet infirma valetudine devexata, nec caritatis fervorem imminuit, neque aliquid unquam de suis officiis praetermisit. Sollers ludi magistra, piae puellarum institutioni diligentissime vacavit. Maria Magdalena Iosepha Dejardin, quam in religione Mariam Augustinam a sacro Corde Iesu appellabant, Ursulinarum vestem, quam sumpserat, ad mortem usque fideliter servavit, neque illam voluit demittere cum nefaria lex suppressionis claustrorum edita est. Ingenio fuit fervido, martyriique desiderio adeo exarsit, ut vel brevissima exspectatio nimis longa ei visa sit. Maria Aloisia Iosepha Vanot, in religione vocata Maria Natalia a sancto Aloisio, in regularum perfectissima observantia vitam transegit, et familiarum, quae pueros ipsi committebant instituendos, benevolentiam atque existimationem promeruit, ob studiosissimam curam qua eorumdem educationi advigilabat. Maria Augustina Erraux, in religione Anna Maria, incensissima in Deum caritate enituit, alumnosque suos ad amorem Domini verbo excitavit atque exemplo. Maria Lievina Lacroix, cui nomen in religione fuit Mariae Franciscae, ad perfectiorem vitam divinitus vocata, primum inter Birgittinas moniales emissis votis cooptata est; dein, monasticis Ordinibus eversis, Valenceniensibus Ursulinis sese adiunxit, easque ad gloriosam usque mortem sequuta est. Denique Ioanna Aloisia Barré, in coenobio Maria Cordula a sancto Dominico nuncupata, tamquam soror conversa inter Ursulinas adiecta, antistitam dilectissimam sororesque suas ne relinqueret, voluit cum illis pretiosam mortem obire. Hae decem sorores, etiam ipsae omnes in Gallia natae, sub disciplina Antistitae Mariae Clotildis Angelae a sancto Francisco Borgia, in asceterio a sancta Ursula civitatis Valencenarum, quod religionis ingressu animose arripuerant christianae perfectionis iter, contentione summa, summaque alacritate prosequi nitebantur. Inter praecipua ipsarum professionis officia illud erat, ut christiana catechesi atque educatione erudirent et informarent pueros e populo ac praesertim puellas. Munus huiusmodi, quo sororibus Jpsis laboriosius et universo hominum convictui fructuosius, vix vesana illa conflagra vit seditio eo magis Christi nominis osorum iram in sacras Deo virgines excitavit. Quare primum in odium fidei e claustris deturbatae et in exilium pulsae, cum, recuperata ab Austriacis copiis urbe Valencenarum, quasi ad optatum portum, ad suum asceterium Ursulinae virgines remeassent, paucos post menses, expugnata a factiosis Reipublicae turmis civitate, pulsisque Austriacis, denuo in impiorum manus religiosae sorores ceciderunt. Una cum Antistita in carcerem coniectae sub falso émigrationis

praetextu, capite damnantur, ipsarum Antistita Maria Clotildes Angela, interrita in conspectu mortis, interrogantibus iudicibus, responsa dedit digna martyre prisco: nimirum usa est illa lingua qua veteres fidei adsertores utebantur, secundum divinam illam promissionem: « Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini » (Matth., X, 19). Primae ad supplicium adductae sunt quinque Moniales, nempe Maria Natalia Vanot, Maria Laurentina Prin, Maria Ursula Bourla, Maria Aloisia Ducrez et Maria Augustina Dejardin, quae, psalmum « Miserere » recitantes, patibulum adscenderunt. Quo desiderio martyrii palmam inhiarent ex hoc argui potest, quod soror Dejardin celeri pede gradus pegmatis conscendere connisa est, ut socias anteiret in morte; sed consororis questu et carnificis iussu ad servandum ordinem adstricta est. Hae quinque virgines die xvii mensis octobris anno MDGCXCIV martyrium fecerunt., Aliae quinque supererant una cum Antistita Maria Clotilde Paillot sorores, videlicet losephina Leroux, Maria Leroux, Francisca Lacroix, Anna Maria Erraux et Maria Cordula Barré. Hae, paucos post dies, idest die vicesimo tertio eiusdem mensis et anni, capite plectendae traduntur carnifici ; et, ne profana manus sacras Deo virgines foedaret, propriis manibus absciderunt comas, nudaruntque colla securi percutienda. A pia Antistita confirmatae ad mortem pro Christo sancte oppetendam ac dulci spe erectae ad exspectatam caelestis Sponsi nuptias convolandi, Ambrosianum hymnum et Litanias Virginis concinentes, ad patibulum processerunt, adstante populo ipsisque tortoribus tantam fortitudinem demirantibus. Divini Salvatoris exemplum sequutae, qui in Calvariae vertice iam Cruci defixus ignovit interfectoribus suis, antequam caput obtruncandum traderent carnifici, illius manus osculari non horruerunt. Brevi interemptae, cum palma victoriae priori sociarum agmini adiunctae sunt. Post pretiosam hanc piarum virginum in conspectu Domini mortem, quae ut ait sanctus Cyprianus: « emit immortalitatem pretio sanguinis et accepit coronam de consummatione virtutis » invaluit in populum fama martyrii. Ursulinarum virginum non minus quam puellarum a Caritate caedes etiam a gravibus rerum gestarum scriptoribus verum ac formale martyrium appellata est, ipsaeque tamquam Christi martyres in odium fidei peremptae haberi coeptae sunt ac recoli. Quare de Beatorum Martyrum honoribus ipsis tribuendis Causa agitari coepta est penes Sacrorum Rituum Congregationem et in Curia Cameracensis Dioecesis, cuius intra fines duplex virginum agmen coronam obtinuerat; processus ordinarii adornati sunt, omnibusque rei momentis mature perpensis, r. m. Pius Pp. X, Decessor Noster, die xxix mensis maii anno MCMVII introductionis Causae decretum obsignavit. Continuo proposita quaestio est de martyrio,

martyriique causa, et cum post quadruplicem disceptationem constiterit quindecim harum piarum virginum internecionem apprime evenisse in odium christiani nominis et solam fidem fuisse illius causam, Nos, sollemni decreto, pridie nonas iulias anno MCMXIX edito, de martyrio et causa martyrii venerabilium famularum Dei Mariae Magdalenae Fontaine et trium Sociarum eius, nec non Mariae Glotildis Angelae a sancto Francisco Borgia et decem Sociarum eius constare declaravimus. Illud quidem obtigit ex auspicato, ut hoc decretum declarationis martyrii quatuor Puellarum Caritatis illo ipso die in lucem prodiret, quo aliud promulgabatur decretum de Beatorum caelitum honoribus Instituti Puellarum Caritatis confundatrici, venerabili ancillae Dei Lodovicae de Mariilac tuto tribuendis. Super signis sive miraculis dispensatum est. Cum igitur de martyrio constaret, illud supererai, ut Sacrorum Rituum Cardinales et Consultores rogarentur an, stante approbatione martyrii martyriique causae, nec non dispensatione a signis seu miraculis, tuto procedi posse censerent ad sollemnem earundem servarum Dei Beatificationem. Hoc praestitit Venerabilis Frater Noster Vincentius Cardinalis Vannutelli, Episcopus Ostiensis et Praenestinus, Sacri Conlegii Decanus, Causae Relator, in generalibus Comitiis, coram Nobis in Vaticanis aedibus habitis, die secundo mensis decembris, anni superioris; omnesque tum Reverendissimi Cardinales, tum qui aderant Patres Consultores unanimi consensu « affirmative » responderunt. Nos tamen in tanti momenti re Nostram aperire mentem distulimus, donec a Patre luminum caelestis sapientiae auxilium impetraremus. Quod cum impensis precibus fecissemus, tandem pridie kalendas martias vertentis anni, nempe secunda Dominica Quadragesimae, Eucharistico Sacro rite litato, accitis adstantibusque VV. FF. NN. Antonio S. R. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et sancta Rufinae, SS. Rituum Congregationi Praefecto, et Vincentio S. R. E. Cardinali Vannutelli, Episcopo Ostiensi et Praenestino, Sacri Conlegii Decano et Causae Relatore, una cum dilectis filiis Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, nec non Alexandro Verde, eiusdem SS. Rituum Congregationis Secretario, sollemniter ediximus tuto procedi posse ad sollemnem enunciatarum famularum Dei Beatificationem. Quae cum ita sint, Nos precibus etiam permoti tum Missionariorum sancti Vincentii a Paulo et Puellarum a Caritate, tum universae Congregationis Monialium a sancta Ursula, Apostolica Nostra Auctoritate, praesentium vi, facultatem facimus ut venerabiles ancillae Dei Maria Magdalena Fontaine ac tres Sociae eius, nempe Maria Francisca Lanel, Francisca Fantou et Ioanna Gérard e Congregatione Puellarum Caritatis, nec non Maria Clotildes Angela a sancto Francisco Borgia ac decem

ipsius Sociae, videlicet Maria Scholastica **a** sancto Iacobo, Anna Iosephum, Maria Ursula a sancto Bernardino, Maria Aloisia a sancto Francisco Assisiensi, Maria Laurentina a sancto Stanislao, Maria Augustina a sacro Corde iesu, Maria Natalia a sancto Aloisio, Anna Maria, Maria Francisca et Maria Cordula a sancto Dominico sanctimoniales a sancta Ursula, Beatae in posterum appellentur, earumque corpora et relliquiae, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferendae, publicae fidelium venerationi proponantur atque imagines radiis decorentur. Insuper eadem auctoritate Nostra concedimus, ut de illis recitetur Officium et Missa de Communi Martyrum iuxta rubricas Missalis et Breviarii Romani. Eiusmodi vero Officii recitationem et Missae celebrationem fieri dumtaxat concedimus, ad beatas Puellas a Caritate quod attinet, in dioecesibus Cameracensi et Atrebatensi itemque in iis ubi ipsae natae sunt, nec non in omnibus templis ac domibus ubique terrarum sitis, quae pertineant ad Missionarios Vincentianos et Puellas a Caritate, atque etiam in locis ubi eaedem virgines sua munera impleant, quod vero ad beatas Moniales **a** Sancta Ursula, in dioecesi Cameracensi et domibus ac templis Monialium a S. Ursula, ab omnibus fidelibus tam saecularibus, quam regularibus, qui horas canonicas recitare teneantur; et quod ad Missas attinet, a Sacerdotibus confluentibus ad tempia in quibus Beatarum ipsarum festum celebretur. Denique largimur, ut sollemnia Beatificationis earundem famularum Dei peragantur cum Officio et Missa duplicis maioris ritus, idque fieri concedimus in praedictis dioecesibus et in templis seu oratoriis quae nominavimus, die per Ordinarium designando, intra annum postquam eadem sollemnia in Patriarchali Basilica Vaticana fuerint celebrata. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis nec non Decretis de non cultu editis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrorum Rituum Congregationis subscripta et Praefecti sigillo munita sint, in disceptationibus etiam iudicialibus eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significatione kis ostensis Litteris, haberetur.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die xrii mensis iunii anno MCMXX, Pontificatus Nostri anno sexto.

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Status.***

EPISTOLAE

I

AD R. P. PAULUM ALBERA, MODERATOREM PIAE SOCIETATIS S. FRANCISCI SALESII DE OCTAVO CONGRESSU INTERNATIONALI COOPERATORUM SALESIANORUM PROXIME HABENDO.

Diletto figlio, salute ed apostolica benedizione. — La notizia che ella ci ha dato del prossimo ottavo Congresso Internazionale dei cooperatori Salesiani in Torino, il quale sarà coronato dall'inaugurazione del monumento eretto alla memoria del venerabile Giovanni Bosco dalla gratitudine e dalla pietà dei suoi figli, è stata appresa da Noi con tanto maggior letizia quanto più opportuna, a Nostro avviso, è l'ora di richiamare da ogni parte a raccolta tutte le migliori energie dei fedeli, per ridestarle al massimo rendimento a pro della buona causa e soprattutto al raggiungimento di quel nobilissimo fine, in cui s'impernia il programma del venerabile Don Bosco, cioè la salvezza della gioventù. In una sì provvida iniziativa, Noi abbiamo un nuovo documento della vigile ed oculata attività della grande famiglia Salesiana e del senso pratico onde la medesima, camminando fedelmente sulle orme del glorioso suo Fondatore, è guidata nelle sue generose e sante intraprese. Non dubitiamo quindi che, come dai precedenti Congressi, così da questa nuova solenne assemblea uscirà rinsaldata la coesione e riacceso lo zelo dei cooperatori, ed in pari tempo nuovo impulso trarranno e nuova forza di adattamento le molteplici Opere nelle quali, come albero gigantesco, la Pia Unione Salesiana dirama la sua attività nelle diocesi e nelle parrocchie di quasi tutto il mondo. Il nobile programma che la sapienza e la santità del Fondatore tracciarono ai cooperatori Salesiani neu' istituirli, non può non apportare in mezzo al popolo cristiano i più tangibili e preziosi frutti di eterna vita. Ond'è che Noi ben di cuore facciamo l'augurio che tale programma sia nel prossimo Congresso oggetto di utili deliberazioni, in armonia coi bisogni di questi tristissimi tempi, ed abbiamo ferma fiducia che la mistica figura di Don Bosco, come si ergerà nel marmo dinanzi alla basilica di Maria Ausiliatrice, così si aderga viva nello spirito e nel cuore di tutti i suoi figli e vi fomenti ognor più la devozione alla Vergine Madre di Dio e la frequenza alla santissima Eucaristia, fonte di carità e di vita. A tal fine impar-

tiamo con tutta l'effusione dell'animo a Lei, diletto figlio, degno successore di Don Bosco, ai suoi confratelli sparsi in ogni plaga della terra, ai cooperatori e benefattori, agli alunni degl'Istituti Salesiani, a tutte le Opere della Congregazione ed in particolar modo a quanti prenderanno parte all'imminente Congresso Internazionale, l'apostolica benedizione.

Dal Vaticano, li 15 maggio 1920.

BENEDICTUS PP. XV

n

AD RR. PP. DD. NATALEM, ARCHIEPISCOPUM MUTINENSEM, GUIDONEM MARIAM, ARCHIEPISCOPUM EPISCOPUM PARMENSEM, CETEROSQUE EPISCOPOS AEMILIAE REGIONIS: DE DELATO LITTERARUM OFFICIO GRATIAS AGIT.

Venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Quae Mutinam congregati communibus litteris nunliastis, et probata Nobis et grata fuerunt. Ea sunt consilia in id collata, ut, in hac summa annonae caritate, fiat clericis vita tolerabilior et susceptum propositum celebrandi proxime Concilium provinciale. Quamquam non eae sunt Ecclesiarum opes, ut honestae clericorum sustentationi possit commode provi deri, episcopos tamen hac in re conari aliquid necesse est. Praeter enim quam quod id iustitia clamat, consulitur decori domus Dei eo ipso quod dignitati ac decori consulitur eorum qui altari inserviunt atque eos qui sacram cogitant militiam ab altari metu inopiae non retrahuntur. Provinciale Concilium opportune cadit vos celebrare post promulgatum novum Codicem Iuris Canonici. Consilia enim vestra multo providebunt utilius. Concilio interim eidem vos mature dare operam tum conficienda rerum agendarum serie, tum ceteris, quae necessaria sunt, apparandis, libenter comperimus; ac sollertiae diligentiaeque vestrae ut secunda aspiret divina gratia, apostolicam benedictionem, Nostrae testem benevolentiae, vobis omnibus, venerabiles fratres, Clero ac populo unicuique vestrum credito peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xii iunii MCMXX, Pontificatus Nostri anno sexto.

BENEDICTUS PP. XT

III

AD PETRUM S. R. E. PRESB. CARD. LA FONTAINE, PATRIARCHAM VENETIARUM, ET BARTHOLOMAEUM S. R. E. PRESB. CARD. BACILIERI, EPISCOPUM VERONENSEM, ANTONIUM, ARCHIEPISCOPUM UTINENSEM, CETEROSQUE EPISCOPOS VENETAE REGIONIS: DE PRINCIPIIS CHRISTIANIS IN RE SOCIALI ADHIBENDIS.

Dilecti filii Nostri ac venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — intelleximus ex iis litteris, quas dudum communiter ad Nos dedistis, magna vos urgeri sollicitudine ob eos populares motus, quibus istius regionis tranquillitas in praesens conturbatur; non solum quia perdifficiles sunt atque arduae quaestiones de quibus agitur, sed etiam quia ipsa Fides in discrimen adducitur. Istam Nos curam vestram ex animo easdemque ob causas participamus; eo magis quod Nostrarum partium est maxime et christianam animorum reconciliationem revocare et sempiternae populorum saluti prospicere. Primum omnium, recte vos propria quaedam in operariorum utilitatem instituistis officia, quae quidem, principiis christianae sapientiae adhibitis, quasvis inter eos qui vel rem conferunt vel operam contentiones dirimerent. Et certe, uti ad Bergomensem Episcopum haud ita pridem scripsimus, magno usui esse possunt haec officia, dummodo et catholicis principiis nitantur, et in iis quae ad religionem, mores doctrinamque pertinent, potestati Ecclesiae oboedienter subsint.

Namque ad sanationem maiorum quae in huiusmodi causis exsistunt, Ecclesia tantum certam habet medicinae efficacitatem, congruenter aeternis iustitiae legibus, quam hodie humanum genus magna voce undique efflagitare audimus. Atque hae sunt omnino servandae leges, intra tamen proprios ipsarum fines ut iustae stabilesque permaneant. Quare cum locupletes hortamur ut largitati studeant et aequitatem potius sequantur quam ius, tum proletarios sedulo commonemus, caveant ne, si quid immoderatius expostulare contendant, sua ipsorum Fides periclitetur. Haec enim insidiosa est adversariorum ratio ut, etiam ab Ecclesia, immodica exigere suadeant; quae ubi multitudo non adepta sit, ipsam ad defectionem concitent. Itaque ab omni agendi intemperantia abstinendum est; quae quidem semper adest cum vel vis adhibetur atque odia inter civium ordines foventur, vel quae sunt in ipsa hominum fraternitate et aequalitate plurimae natura dissimilitudines negliguntur, vel demum in hac fluxarum rerum adeptione omnis huma-

nae vitae finis collocatur. Norunt quidem pauperes et egentes quam peculiari studio Nos eos prosequantur, utpote similitudini Iesu Domini propiores. Sed tamen veremur ne aliquando, dum petunt quod sibi debetur, usque eo perveniant ut, officiis posthabitis, invadant in aliena iura, quae sancta, non aliter ac sua propria, prorsus habenda esse Religio iubet. Docent quidem adversarii alienum ius laedere, iis valde probantibus qui hominis beatitatem in hac mortali vita omnem ponunt; atqui violatam ius in aeternum réclamât.

Quapropter sint dicto Ecclesiae audientes proletarii, quamvis minus ea dare quam adversarii videatur; non enim immodica est fallacia, sed quae iusta sunt ac diuturna promittit : ac meminerint eam, quamquam omnium matrem, ipsos, uti diximus, praecipuo quodam studio complecti; divitesque, si quando defendat, non quia divites, sed quia iniuste vexatos defendere. Item locupletes Ecclesiae obsequantur, materno ipsius amore* et aequabilitate confisi.

Vos vero, dilecti filii Nostri et venerabiles fratres, impensam date operam ut pacifice populus suum assequi contendat: cumque in hanc rem catholicae praesertim consociationes conducant, vestrum erit curare modis omnibus quo ipsae cotidie magis ubique vigeant ac floreant. In his lecti de populo homines praecipue adlaborent; iuniores actuosam virtutem afferendo, seniores prudentiam, consilium usumque rerum praestando: clerus autem nec agitationes nec multo minus seditiones participet, sed potius, optima quaeque verbis et exemplo suadens, concitans animos opportune tranquille!. Has igitur consociationes Nos cum operariorum tum dominorum benevolentiae magnopere commendamus; ac fore confidimus ut plurimum ipsae, Deo favente, ad commune bonum conferant, maxime si numquam ab ecclesiasticae Auctoritatis obsequio discedant nec a lege christianae charitatis. Caelestium autem munerum auspicem ac paternae benevolentiae Nostrae testem, vobis, dilecti filii Nostri et venerabiles fratres, cunctoque clero ac populo vigilantiae vestrae credito, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xiv mensis iunii MCMXX, Pontificatus Nostri anno sexto.

BENEDICTUS PP. XV

IV

AD RR. PP. DD. IOANNEM, ARCHIEPISCOPUM PERUSINUM, PETRUM, ARCHIEPISCOPUM SPOLETANUM, CETEROSQUE UMBRIAE EPISCOPOS : DE ANNUO EPISCOPALI CONVENTU NUPER HABITO.

Venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Opportune admodum in superiore conventu consilia iniistis de revocandis populis vestris ad severiorem virtutum christianarum cultum. Quamquam enim in omnes aetates cadit heu nimium! illud « desolatione « desolata est omnis terra, quia nullus est qui recogitet corde », cadit tamen aptissime in aetatem nostram, quum affluendi divitiis deliciisque et otio et luxuria difiTuendi libido ita corripit homines non paucos, ut cor eorum longissime sit a Deo. Vulgo politicis oeconomicisque rebus tribuitur haec ampla seges aerumnarum, quibus civitates premuntur in dies magis. Verum id quidem: sed verius non tam providentia legum, quam Numinis reverentia homines in officio teneri: eosdemque non tam laborare inopia rerum terrenarum, quam oblivione caelestium.

Consilia coeptaque vestra foecundet divina gratia, cuius auspicem Nostraeque testem benevolentiae, apostolicam benedictionem vobis omnibus, venerabiles fratres, clero ac populo unicuique vestrum tradito peramanter in Domino impertimus

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xiv iunii MCMXX, Pontificatus Nostri anno sexto.

BENEDICTUS PP. XV

V

AD GEORGIUM S. R. B. PRESB. CARD. GUSMINI, ARCHIEPISCOPUM BONONIENSEM, CETEROSQUE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS FLAMINIAE REGIONIS: DE COMMUNIBUS OFFICIOSIS LITTERIS GRATIAS PERSOLVENS.

Dilecte fili Noster ac venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Gratis vos animis accepisse catholicae doctrinae capita ac monita, quae Bergomatibus haud ita pridem commemoranda duximus, non una de caussa laetamur. De re, ut nostis, egimus in qua

sit sedulo vigilandum. Cotidianis enim difficultatibus ac disceptationibus calent animi adeo, ut sibi imperare vix queant. Recte in primis sentire et agere oportet. Licet quippe iis, qui misere vivunt, meliorem sibi comparare fortunam: sed id velle per turbas assequi ac per vim, nullo habito iusti iniusti discrimine, non licet. Quo evasura sint illorum nostrorum hominum studia, qui in tuendis operariorum iuribus socialistarum societates imitari atque aemulari non aspernantur, nemo est qui non videat. Quare id vobis, dilecte fili Noster ac venerabiles fratres, id ceteris omnibus, qui catholicorum operariorum consociationibus praesunt, petendum curandumque est, ut colenda iustitia tuendaque disciplina bonum certamen operarii certandum suscipiant.

De delatis officiis gratias vobis agimus ex animo; iisdemque, clero ac populo unicuique vestrum tradito, caelestium conciliatricem munerum Nostraeque testem benevolentiae, apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xxn iunii MCMXX, Pontificatus Nostri anno sexto.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

CIRCA « LES FAITS DE LOUBLANDE »

Post promulgatum in ***Actis Apostolicae Sedis*** (an. xn, vol. XII, n. 4 pag. 113, I), sub die 12 martii anni currentis, Decretum Sancti Officii circa ***praeternas visiones, revelationes, prophetias,*** etc., ***quae sub appellatione : « Les faits de Loublande » vulgo designari solent, nec non scripta quae ad eadem referuntur,*** latum die 10 eiusdem mensis et sequenti die 11 a SSmo Domino Nostro adprobatum et confirmatum, nonnullae in quibusdam diariis et periodicis gallicis gallicae .ipsius versiones atque interpretationes et explanationes editae sunt, quae inditum in eo atque a Sacra Congregatione expresse intentum eorumdem factorum scriptorumque reprobationis sensum penitus excludere seu ad simplicem ***defectum adprobationis iuridicae*** ex parte Supremae Auctoritatis Ecclesiasticae coarctare nituntur. Ne ex arbitrariis et falsis huiusmodi versionibus, interpretationibus et explanationibus fideles in errorem circa genuinam Sacrae Congregationis mentem forte inducantur, Emi ac Rmi Dñi Cardinales in rebus fidei et morum Inquisitores Generales, probante Sanctissimo, authenticam, quae sequitur, praefati Decreti gallicam versionem publicandam mandarunt.

DÉCRET TOUCHANT « LES FAITS DE LOUBLANDE »

Dans l'assemblée plénière du mercredi 10 mars 1920, relation faite des prétendues visions, révélations, prophéties, etc., vulgairement connues sous les nom de ***faits de Loublande,*** et les écrits qui s'y rapportent ayant été examinés, les Eminentissimes et Révérendissimes Cardinaux Inquisiteurs Généraux en matière de foi et de mœurs, après le vote préalable des Consulteurs, ont décrété: « Toutes choses mûrement pesées, « la S. Congrégation déclare que les prétendues visions, révélations, pro- « phéties, etc., vulgairement comprises sous le nom de ***faits de Lou-***

« ***blande,*** ainsi que les écrits qui s'y rapportent, ne peuvent être « approuvés ».

Et le jeudi suivant, 11 du même mois, Notre Très-Saint Père le Pape Benoît XV, dans l'audience ordinaire accordée au Reverendissime Assesseur du S. O., a approuvé et confirmé la résolution des Eminentissimes et Révérendissimes Pères, et en a ordonné la publication dans les ***Acta Apostolicae Sedis.***

« Donné à Rome, du Palais du Saint-Office, le 12 mars 1920.

« L. Castellano,
« Notaire de la Sup. Congr. du Saint-Office »,

SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

COLONIENSIS ET PADERBORNENSIS

DE FINIUM DIOECESUM COMMUTATIONE

SSmus D. N. Benedictus PP. XV, decreto S. Congregationis Consistorialis diei 2 iunii 1920, statuit, ut praedia, ad familiam Schulte-Kemna pertinentia, a paroecia ***Steele,*** archidioecesis Coloniensis, distraherentur ob magnam distantiam a paroeciali ecclesia, atque paroeciae ***Wattenscheid,*** in dioecesi Paderbornensi, perpetuo ac in omnibus unirentur.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 3 iunii 1920.

C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen,, ***Secretarius.***

L. j$ S.

f V. Sardi, Archiep. tit. Caesarien., ***Adsessor.***

II

MANIZALBNSIS-GALIENSIS

DISMEMBRATIONIS ET UNIONIS

DECRETUM

Quo facilius consulatur animarum curae regionis ***La Balsa*** nuper in municipium, ***Alcalá*** nuncupatum, erecta, R. P. D. Gregorius Nazianzenus Hoyas, episcopus Manizalensis, ab Apostolica Sede postulavit, ut ea a sua dioecesi distraheretur et Cathedrali Ecclesiae Caliensi uniretur; eo vel magis quia regio ac municipium, de quibus sermo, intra fines civilis provinciae vulgo ***Valle,*** in qua dioecesis Caliensis erecta est, continetur. Quare Ssmus Dnus Noster Benedictus PP. XV, accedente consensu R. P. D. Helladii P. Perlaza, episcopi Caliensis, et suffragante Illmo ac Revmo Dno Henrico Gasparri, archiepiscopo titutari Sebastensi, in Columbiana Republica Apostolico Nuntio, suppletoque, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant, consensu, hoc consistoriali Decreto praefatam regionem ***La Balsa,*** seu municipium ***Alcalá,*** cum omnibus et singulis fidelibus ibi exsistentibus et commorantibus, a dioecesi Manizalensi separat et dioecesi Caliensi coniungit et unit: contrariis quibuscumque non obstantibus. Ad haec autem exsecutioni mandanda idem SS. Dnus deputavit R. P. D. Emmanuelem Iosephum Cayzedo y Cuero, archiepiscopum Medellensera, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere tamen ei imposito ad S. H. Congregationem Consistorialem intra sex menses, a data praesentium computandos, mittendi exemplar authenticum exsecutionis peractae.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 11 iunii 1920.

£g C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., ***Secretarius.***

L. $ S.

f V. Sardi, Archiep. tit. Caesarien., ***Adsessor.***

III

MARIANOPOLITANA ET IOLIETTEN.

DE MUTATIONE DIOECESANORUM FINIUM

DECRETUM

Iampridem nonnulli fideles paroeciae ***S. Annae des Plaines,*** in archidioecesi Marianopolitana, qui ad viginti quinque familias adnumerantur, eftlagitarunt ut, propter nimiam ab ecclesia paroeciali distantiam, viciniori paroeciae ***S. Ioaehim,*** dioecesis Ioliettensis, aggregarentur. Nunc ver» Rmi Ordinarii Marianopolitanus et Ioliettensis, re prius inter se collata, supplicem libellum Apostolicae Sedi porrexerunt, ut illorum fidelium votis satisfieret. Quare SSmus D. N. Benedictus PP. XV, preces benigne excipiens, de Apostolicae potestatis plenitudine ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant, consensu, per praesens decretum consistoriale statuit, ut totum territorium quod comprehendit ***Rang Ste-Claire et Fie f,*** a numero 467 ad numerum 509 inclusive, ***Concession du Trécarré,*** a n. 325 ad n. 333 inclusive, necnon ***Concession de la Plaine,*** a n. 306 ad n. 324 pariter inclusive, a praedicta paroecia S. Annae et ab archidioecesi Marianopolitana avellatur atque paroeciae S. Ioaehim et dioecesi Ioliettensi perpetuo ac cum omnibus iuribus et obligationibus huius dioecesis territorio propriis attribuatur.

Ad praemissa autem exsecutioni mandanda, Sanctitas Sua deputava R. P. D. Paulum Bruchesi, archiepiscopum Marianopolitanum, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum : facta eidem obligatione intra sex menses, a data praesentium computandos, ad hanc S. Congregationem mittendi authenticum exemplar exsecutionis peractae. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 19 iunii 1920.

£g C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., ***Secretarius.***

L. « S.

f V. Sardi, Archiep. Caesarien., ***Adsessor.***

IV

PROVISIO ECCLESIARUM

Decretis S. Congregationis Consistorialis, Ssmus Dominus Noster Benedictus Pp. XV has, quae sequuntur, ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

15 maii 1920. — Cathedrali ecclesiae Pharaonensi praefecit R. D. Marcellinum Antonium Mariam Franco, vicarium capitularem eiusdem ecclesiae.

— Cathedrali ecclesiae Leiriensi, sac. Iosephum Alves Correia da Silva, canonicum cathedralis ecclesiae Portugallensis.

á iunii. — Titulari archiepiscopali ecclesiae Philippopolitanae, R. D. Emmanuel Mentes da Gonceiçao Santos, deputatum in Coadiutorem Rmi Archiepiscopi Eborensis.

10 iunii. — Cathedrali ecclesiae Aterradensi, R. D. Emmanuelem Nunes Coelho, parochum in archidioecesi Adamantina.

15 iunii. — Titulari episcopali ecclesiae Syenensi, R. D. Prudentum Contardo, presbyterum Congregationis Ssmi Redemptoris, gubernatorem ecclesiasticum seu vicarium generalem Temucensem, dioecesis Ssmae Conceptionis.

16 iunii. — Cathedrali ecclesiae Suessionensi, sac. Henricum Carolum Ioseph Binet, canonicum ad honorem eiusdem cathedralis ecclesiae Suessionensis.

20 iunii. — Cathedrali ecclesiae de Pace in Boliviana Repubblica, R. D. Caelestinum Loza, canonicum eiusdem cathedralis ecclesiae de Pace.

28 iunii. —- Titulari episcopali ecclesiae Loriensi, R. D. Thomam Molloy, sacerdotem dioecesis Bruklyniensis, deputatum in Auxiliarem Rmi Episcopi Bruklyniensis.

V

NOMINATIO

SSmus D. N. Benedictus Pp. XV, decreto S. Congregationis Consistorialis, nominavit:

1 iunii 1920. — R. P. D. Paulum Eugenium Roy, archiepiscopum titularem Seleuciensem, ***Coadiutorem cum iure futurae successionis- Emi D. Card. Ludovici Nasarii Bégin, archiepiscopi Quebecensis.***

SACRA. CONGREGATIO CONCILII

I

LETTERA CIRCOLARE AI REVERENDISSIMI ORDINARI D' ITALIA

Revmo Signore,

Se in ogni tempo è necessaria l'istruzione religiosa del popolo cristiano, lo è maggiormente in questi tempi calamitosi, in cui si tenta con tutti i mezzi di sovvertire dalla stessa base l'ordine religioso e sociale. Ed il nuovo Codice di diritto canonico nei capitoli ***de catechetica institutione*** (can. 1329-1336) e ***de sacris concionibus*** (can. 1344-1348) prescrive norme tassative per l'insegnamento della Dottrina Cristiana ai fanciulli e agli adulti e per la spiegazione del Vangelo al popolo.

Niun dubbio che i Revmi Ordinari d'Italia, nel loro zelo illuminato, avranno inculcato ai parroci e agli altri aventi cura d'anime - nel modo che la prudenza e la sollecitudine per il gregge loro affidato dettava - l'esatta osservanza delle sapienti disposizioni stabilite dai diritto canonico.

Nell'intento però di dare un maggior impulso all'istruzione religiosa e di coadiuvare l'azione dei Revmi Ordinari in una causa di così capitale importanza, questa Sacra Congregazione, con la piena approvazione del Santo Padre, invita i Revmi Ordinari d'Italia a rispondere, secondo scienza e coscienza e nel più breve tempo possibile, ai seguenti quesiti:

I. Se e quali provvedimenti siano stati presi per l'esecuzione delle suindicate disposizioni relative alla spiegazione del Vangelo e all'insegnamento del Catechismo.

II. Se dal Vescovo siano state sancite pene speciali contro i trasgressori.

III. Se tutti i singoli parroci della diocesi ed altri aventi cura d'anime :

a) spieghino il Vangelo al popolo in tutte le domeniche ed altre feste di precetto,

6) nei predetti giorni spieghino agli adulti la Dottrina Cristiana, e se, **e** per quali motivi, siasi introdotta la consuetudine di qualche vacanza.

IV. Se i parroci e gli altri aventi cura d'animé insegnino per sè o per mezzo di altri il Catechismo ai fanciulli ed

a) in qual tempo e in qual modo lo insegnino;

b) se preparino e in qual modo e in qual tempo i fanciulli alla confessione, alla cresima e alla prima comunione;

c) se in ogni parrocchia siano state erette le Confraternite,della Dottrina Cristiana;

d) se e quale altro mezzo sia stato usato per l'insegnamento del Catechismo a coloro, che non ebbero tale istruzione.

V. S'indichino i nomi di quei parroci e curatori d'anime che non soddisfacessero ai doveri notati sotto i numeri III e IV.

VI. Quali i provvedimenti presi dall'autorità diocesana contro i trasgressori.

VII. Se per questi trasgressori, oltre l'azione dell'Ordinario, si richiedesse l'intervento di questa S. C.

VIII. Se il clero secolare e regolare si presti all'insegnamento del Catechismo in parrocchia ed in caso negativo per quali motivi. Se ne indichino le persone e gli istituti religiosi.

IX. S'indichino le altre misure che si protrebbero prendere dalla Santa Sede, perchè le disposizioni canoniche riguardanti l'insegnamento del Catechismo e la spiegazione del Vangelo vengano efficacemente poste in esecuzione.

Roma, dalla Segreteria della S. C. del Concilio, 31 maggio 1920.

D. CARD, SBARRETTI, *Prefetto.*

G. Mori, *Segretario.*

II

MONITUM

Quum sac. Camillus Ferré, e dioecesi ßlesensi (Blois), collegerit stipes Missarum, sciant omnes fideles, ne in posterum decipiantur, nulla ipsum facultate ad hoc praeditum esse.

Romae, ex aedibus S. C. Concilii, die 10 iunii 1920.

I. Mori, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

MONITUM

Sacra Congregatio de Religiosis opportunum ducit monere Moderatores Generales Congregationum Religiosorum iuris pontificii, qui Procuratorem Generalem ad negotia Instituti gerenda apud Sanctam Sedem nondum constituerat, vi Can. 517, § 1, ***Codicis Iuris Canonici,*** unamquamque Religionem virorum iuris pontificii teneri ad deputandum Procuratorem Generalem qui praedicta negotia agat, quique e gremio eiusdem Religionis esse debet»

Ut autem commisso sibi munere fungi valeat, Procurator Generalis residentiam habitualem in Urbe, iuxta praxim, habeat oportet.

Datum Romae, ex Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis de Religiosis, die 4 iunii 1920.

L. & S.

Maurus M. Serafini, Ab. O. S. B., ***Secretarius.***

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

DESIGNATIO ORDINARII PRO APPELLATIONE IUXTA CAN. 1594, § 2

Iuxta can. 1594, § 2, Codicis Iuris Canonici pro appellatione:

Rmus Archiepiscopus Melburnensis designavit Ordinarium Adelaidensem.

Quam designationem Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV, die 20 martii 1919, adprobare dignatus est.

ACTA OFFICIORUM

DATARIA APOSTOLICA

ECCLESIA S. CRUCIS CIVITATIS MEDIOLANEN. IN PAROECIAM ERIGITUR

BENEDICTUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI

DILECTO FILIO NOSTRO ANDREAE CAROLO, TITULI SANCTAE ANASTASIAE, SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE CARDINALI FERRARI, ARCHIEPISCOPO MEDIOLANEN., SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Presbyteri Sodales a Ss. Stigmatibus Domini Nostri Iesu Christi, anno millesimo nongentesimo septimo, in suo praedio apud Aquaebellae regionem, quae iam civibus frequentari incipiebat, ut facilius religionis operibus Vacarent, ad fidelium, praesertim iuvenum, utilitatem, oratorium vel parvulam ex ligno aediculam provide exstruxerunt. Quae, cum postea insufficiens visa fuisset ad fideles illius regionis recipiendos, qui una cum novis fabricis in dies augebantur, Comitatus pro Sollemnibus anni saecularis decimisexti a pace Cons tantiniana celebrandis, anno millesimo nongentesimo decimo tertio, ad perpetuam tanti facti memoriam, inter cetera quae parabantur, magnum splendidumque templum Sanctae Cruci dicatum, universis laetantibus civibus, erigendum censuit. Tu vero, libentissimo animo haec omnia secundans, ad tantum perficiendum opus plures ecclesiasticos viros delegisti et nonis octobribus eiusdem anni, ingenti populi concursu cunctisque plaudentibus, primum lapidem votivi templi, deposuisti, eiusque directionem et cultum eisdem Presbyteris a Ss. Stigmatibus Domini Nostri Iesu Christi iure meritoque concredidisti. Magnifica autem illius inaedificatio singularibus oblationibus tuis et populi Urbis ac Dioecesis atque in primis Ernesti

Lombardo Gomitis Novariensis, viri piissimi, memoria quidem digni, adeo crevit ut decimo kalendas ianuarii anni Domini millesimi nongentesimi decimi octavi quoad praecipuas partes templum confectum a Te sollemnibus caeremoniis lustrari potuerit. Interea, dum haec omnia agebantur, perutile visum fuit ut animarum cura in novo templo exerceretur. Quapropter Tu, praeter plurimas alias causas, attentis praecipue civium supplicationibus, quibus ob nimiam distantiam, accessio ad tres finítimas illius regionis Paroecias gravi impedimento erat, ad hoc removendum nunc a Nobis et Sede Apostolica in eo ipso templo paroeciam instituere quam enixe petis. Nos igitur, desiderio tuo et civium libenter annuentes, hisce Nostris Apostolicis Litteris, Ecclesiam a Sancta Cruce nuncupatam, apud Aquaebellae regionem, in Paroeciam erigimus et erectam declaramus, eamque sequentibus limitibus comprehendi volumus, videlicet « a dimidio viarum ***delle Cascine doppie, Castel Morone, Corso Indipendenza, Viale Piceno,*** usque ad extremum limen Communitatis Mediolanensis per viam Archimedis pariter dimidiam » : quas autem regiones a Paroeciis Sanctissimi Redemptoris, S. Franciscae Romanae, Sanctae Mariae a Suffragio et Lambratis, Nostrae et Sedis Apostolicae potestatis plenitudine, etiam earumdem Paroeciarum Rectorum consensui supplendo, seiungi itidem volumus et declaramus. Ecclesiae praedictae, sic in Paroeciam erectae, iura omnia et privilegia, quae Parochialibus Ecclesiis de iure competunt, concedimus. Quod vero ipsius Ecclesiae dotem spectat, hanc, sive ex populi, sive ex munificis benefactorum oblationibus in Curia Medionalensi iam solutis constare similiter volumus et declaramus; quibus autem deficientibus, ut ipsa Paroecia reditum annuum mille et quingentarum libellarum attingat, eadem Curia Archiepiscopalis Mediolanensis consulere debeat et teneatur, imposito tamen Parocho pro tempore exsistenti onere duodecim Missas celebrandi quotannis absque ulla spe reductionis in posterum. Insuper, ut praedicta Ecclesia Parochialis ex novo erecta de idoneo rectore provideatur, qui populo in divinis et animarum cura regenda praesit, benemeritis Presbyteris Sodalibus a Ss. Stigmatibus Domini Nostri Iesu Christi eam concedimus, illisque curam, regimen et Sacramentorum administrationem eiusdem Paroeciae, iuxta normam iuris, in perpetuum committimus. Volumus denique quod Tu ad praesentis gratiae exsequutionem cum omnibus facultatibus necessariis et opportunis, praesertim circa fines territorii paroecialis, auctoritate Nostra procedas et non alias. Contrariis quibuscumque minime obstantibus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae erectionis, dismembrationis, decreti et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc atten-

tare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo, quinto idus februarii, Pontificatus Nostri anno sexto.

£g VINCENTIUS CARD. VANNUTELLI, ***Datarius.***

Ioseph Guerri, ***Regem.***

Sac. Alafridus Vitali, ***Adiutor a studiis.***
Michael Pecci, ***Revisor.***

DIARIUM **ROMANAE** CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì I° Giugno 1920, presso l'Emo e Rmo Signor Cardinale Antonio Vico, Prefetto della Sacra Congregazione dei Riti, Ponente della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Teresa del Bambino Gesù, Monaca professa dell'Ordine dei Carmelitani Scalzi nel Monastero di Lisieux, si è tenuta la Congregazione ***Anti-Preparatoria,*** nella quale dai Revmi Prelati Officiali e dai Consultori Teologi componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è discusso il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dalla stessa Serva di Dio.

Martedì 8 Giugno 1920, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione ***Particolare*** dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Revilii Signori Cardinali ed i Revmi Prelati Officiali componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sopra le seguenti materie:

1) Intorno alla validità del Processo Apostolico sopra i miracoli in specie, che si asseriscono da Dio operati per intercessione del Beato Giovanni Eudes, Fondatore della Congregazione di Gesù e Maria e dell'Ordine della Beata Vergine Maria della Carità, miracoli avvenuti dopo la Beatificazione del medesimo Confessore;

2) e parimenti intorno alla validità dei Processi Apostolici sopra due miracoli, che si asseriscono da Dio operati per l'intercessione del Venerabile Vincenzo Maria Strambi, già Vescovo di Macerata e Tolentino, dei Chierici Regolari Scalzi della Santissima Croce e Passione di Nostro Signore Gesù Cristo ;

3) intorno alla validità di tutti i Processi Apostolici e Ordinarii della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Venerabile Giovanni Bosco, Sacerdote, Fondatore della Pia Società Salesiana e dell'Istituto delle Figlie di Maria Ausiliatrice ;

4) intorno alla validità ed al rilievo del Processo Apostolico costruito nella Curia di Napoli, sopra la fama di santità in genere del Venerabile Emanuele Ribera, Sacerdote professo della Congregazione del Ssmo Redentore ;

5)'e parimenti intorno alla validità ed al rilievo del Processo Apostolico costruito nella Curia di Torino, sopra la fama in genere del Servo di Dio Domenico Savio, giovanetto alunno dell'Oratorio Salesiano;

6) intorno al culto, in ossequio ai Decreti di Urbano VIII, non mai prestato al Servo di Dio Giacomo Desiderato Laval, Sacerdote Missionario della Congregazione dello Spirito Santo;

7) e finalmente intorno al culto, in ossequio ai Decreti di Urbano VIII, non mai prestato alla Serva di Dio Paola Elisabetta, al secolo Costanza Cerioli vedova Busecchi-Tassis, Fondatrice dell'Istituto della Santa Famiglia.

Martedì 22 giugno 1920, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi all'Augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione ***Generale*** dei Sacri Riti, nella quale gli Erui e Rmi Signori Cardinali, i Rmi Prelati ed i Consultori teologi componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio intorno all'eroismo delle virtù esercitate dal Venerabile Servo di Dio Marcellino Giuseppe Champagnat, sacerdote marista, Istitutore della Congregazione dei Piccoli Fratelli di Maria.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si é degnato di nominare:

1 giugno 1920. L'Emo sig. Card. Antonio Vico, ***Protettore della Congregazione dei Fratelli della Carità, aventi la Casa Madre a Gand.***

» » » L'Emo sig. Card. Ludovico Billot, ***Protettore dei Monasteri di Santa Brigida di Spagna e d'Italia, e dell'Istituto delle Suore della Croce del S. Cuore di Gesù, del Messico.***

6 » » L'Emo sig. Card. Basilio Pompilj, ***Protettore dei Carmelitani Scalzi.***

11 » » L'Emo sig. Card. Gennaro Granito Pignatelli di Belmoute, ***Protettore degli Agostiniani Scalzi.***

12 » » L'Emo sig. Card. Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte., ***Protettore della Congregazione di S. Giuseppe dì Cluny.***

17 » » L'Emo sig. Card. Donato Sbarretti, ***Protettore delle Religiose della Carità dell'Immacolata Concezione di S. Jean (Canada).***

22 » » Mons. Eugenio Pacelli, Nunzio Apostolico in Germania.

23 » » L'Emo sig. Card. Gaetano Bisleti, ***Membro della Sacra Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinari.***

2$ giugno 1920. Il Rev. Sac. P; Pietro Vidal della Compagnia di Gesù, ***Consultore della Sacra Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinari.***

» » » Il Rev. Sac. D. Pietro Borgia, ***Archivista della Sacra Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinari.***

25 » » L'Emo sig. Card. Oreste Giorgi, ***Protettore delle Suore di Nostra Signora delle Missioni, aventi la Casa Madre nella diocesi di Southwark.***

26 » » L' Emo sig. Card. Andrea Frühwirth, ***Protettore della Congregazione dei Poveri Fratelli di S. Francesco di Bleijerheide (Olanda).***

» » » L'Emo sig. Card. Teodoro Valfrè di Bonzo, ***Protettore della Pia Società di S. Giuseppe.***

28 » » L'Emo sig. Card. Ludovico Billot, ***Protettore delle Suore di S. Giuseppe di Tarbes.***

» » » L'Eöio sig. Card. Guglielmo Van Rossum, ***Protettore della Congregazione degli Alessiani di Aquisgrana.***

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di nomiaare:

Assistenti al Soglio Pontificio:

8 maggio 1920. Mons. Giorgio Guglielmo Mundelein, arcivescovo di Chicago.
14 giugno » Mons. Patrizio Giuseppe 0' Connor, vescovo di Annidale.

Protonotari apostolici ad instar participantium :

10 maggio 1920. Mons. Francesco Saverio Hertzog, procuratore generale dei Sulpiziani.
8 gmgno » Mons. Domenico I. Casey, della diocesi di Peterborough.
» » » Mons. Edoardo H. Murray, della medesima diocesi.

Prelati Domestici di S. S. :

25 maggio 1920. Mons. Cornelio Carlo Prinsen, della diocesi di Bois-le-Duc.
28 » » Mons. Achille Gorrino, dell'archidiocesi di Vercelli.
» » » Mons. Cristoforo Me Grath, dell'archidiocesi di Boston.
» » » Mons. Michele Me Manus, della medesima archidiocesi.
30 » » Mons. Anselmo Déziel, dell'archidiocesi di Québec.
Mons. Davide Gosselin, della medesima archidiocesi.
» » » Mons. Ermenegildo Bouffard, della medesima archidiocesi.
» » » Mons. Clodoveo Arsenault, della medesima archidiocesi.
» » » Mons. Michele Quinn, dell'archidiocesi di Armagh.

30 maggio 1910. Mons. Guglielmo Giuseppe Me Coli, della diocesi di Peterborough.
31 » » Mons. Emilio Descamps, della diocesi di Lilla.
2 giugno » Mons. Luigi China, dell'archidiocesi di Vercelli.
5 » » Mon&. Giovanni 1. Walsh, della diocesi di S. Giovanni nel Nuovo Brunswick.
» » » Mons. Giovanni O'Flaherty, della medesima diocesi.
11 » » Mons. Emanuele Bans, dell'archidiocesi di Westminster.
lo » » Mons. Luigi Castellano, di Roma.
18 » » Mons. Giovanni Duan, dell'archidiocesi di Cashel.
20 » » Mons. Ruggiero O'Hara, della diocesi di Achonry.
22 » » Mons. Fiorenzo M. Alvarez, dell'archidiocesi di Puebla.
30 » » Mons. Michele O'Donnel, della diocesi di Limerick.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze: *s*

L'Ordine Supremo del Cristo:

10 giugno 1920. A S. A. Serenissima il principe Giovanni Schönburg-Hartenstein.

La Commenda dell' Ordine Piamo :

31 maggio 1920. Al sig. Camillo Ruffin, dell'archidiocesi di Tours.
22 giugno » Al sig. Pietro Giuseppe Nguyén Huiu Bài, Ministro dell'interno del Regno di Annam.

TI Cavalierato dell'Ordine Piano:

7 giugno 1920. Al sig. Paolo Simeon.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

25 maggio 1920. Al sig. Meiitone F. Porras, ministro degli Esteri del Perù.
17 giugno » Al sig. Stanislao Patek, ministro degli esteri di Polonia.
» » »• Al sig. Bernardino De Melgar, marchese De Benavites e di S. Giovanni de Piedras Albas, della diocesi di Avila.

La Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

31 maggio 1920. Al sig. comm. Giuseppe Angelini, di Roma.

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

25 maggio 1920. Al sig. avv. Carlo Lenti, di Roma.
8 giugno » Al sig. Edoardo Hines, dell'archidiocesi di Chicago.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

31 marzo 1920. Al sig. conte Giuseppe De Lazerme De Lon, della diocesi di Perpignano.
3 giugno » Al sig. Giuseppe Nsiringisira, del Vicariato Apostolico dell' Uganda.
» » » Al sig. Dionisio Kamyuka, dello stesso Vicariato apostolico.
20 » » Al sig. marchese Alfonso Pallavicini, già segretario della cessata Ambasciata Austro-Ungarica presso la Santa Sede.
» » » Al sig. principe Giovanni Lobkowic, già segretario della cessata Ambasciata Austro-Ungarica presso la Santa Sede.
» » » Al sig*. conte Alessandro Thurn-Valsassina, già primo segretario della cessata Ambasciata Austro-Ungarica presso la Santa Sede.
» » » Al sig. Giuseppe Sch.wen.dt, già consigliere di cancelleria della cessata Ambasciata Austro-Ungarica presso la Santa Sede.

La Commenda dell'Ordirne di S. Gregorio Magno, classe militare:

25 maggio Ì920. Al sig. cav. Gioacchino Antonelli Costaggini, aiutante capitano della Guardia Palatina d'onore.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

18 maggio 1920. Al sig. Stanislao Ptaszycki, dell'archidiocesi di Vilna.
20 » » Al sig. architetto Mariano Pernigoni, della dioc. di Nicopoli.
» » » Al sig. m. Enrico Ricci, di Roma.
30 » » Al sig. Humphrey Sullivan, dell'archidiocesi di Boston.
31 » » Al sig. Arturo Paquet, dell'archidiocesi di Québec.
» » » Al sig. Pietro Beaulé, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Luigi Edmond, della medesima archidiocesi.
4 giugno » Al sig. Ruggiero Dubouch, della diocesi di Costantana.
7 » » Al sig. Emanuele Garcia, dell'archidiocesi di Puebla.
» » » Al sig. Riad bey Yassa, della diocesi di Luksor.
8 •> Al Sig. Dionigi F. Kelly, dell'archidiocesi di Chicago.
15 » Al Sig avv. Eugenio Vignon, della diocesi di Troyes.
» » » Al sig. Leone Piguerol, della medesima diocesi.

15 giugno 1920. Al sig. avv. Clodoveo Meunier, della medesima diocesi.
» » » Al sig. avv. Eugenio Boulard de Villeneuve, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Paolo Bartolini, di Roma.
17 » » Al sig. conte Carlo Almeida, già addetto alla cessata Ambasciata Austro-Ungarica presso la Santa Sede.
» » » Al sig. Giovanni D umreicher, già addetto alla cessata Ambasciata Austro-Ungarica presso la Santa Sede.
18 » » Al sig. Antonio Sinkel, della diocesi di Harlem.
21 » » Al sig. Giovanni Prinzen-Verschure, della diocesi di Bois-le-Duc.
22 » » Al sig. Giovanni Flors Garcia, della diocesi di Barcellona.
» » » Al sig. Giacomo W. Conway, della diocesi di Savannah.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

18 giugno 1920. Al sig. Alfredo Danis, dell'archidiocesi di Montréal.
» » » Al sig. Filia Bleau, della medesima archidiocesi.

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

16 giugno 1920. Al Sig. cav. avv. Federico Ferraris dei conti Di Celle, della archidiocesi di Torino.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa :

25 maggio 1920. Al sig. cav. Lodovico Gaudenzi, di Roma.
29 » » Al sig. Patrizio Walsh, della diocesi di Lincoln.
3 giugno » Al sig. Giuseppe Meier, sergente maggiore della Guardia Svizzera.
» » » Al sig. Pietro Giampaolo, della diocesi di Boiano.
o » » Al sig. Vincenzo Leone, dell'archidiocesi di Monreale.
17 » » Al sig. Enrico Durantini, di Roma.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S S. :

6 marzo 1920. Mons. Francesco Reininger, delia diocesi di S. Ippolito.
27 maggio » Mons. Orazio Ceccarelli, della diocesi di Pistoia.

1 giugno 1920. Mons. Giacomo Patrizio Cantwell, dell'archici, di S. Francisco (California).
10 » » Mons. Agostino Schmitz, della diocesi di Treviri.
lo » » Mons. Giovanni Pietro van den Heuvel, della diocesi di Bois-le-Duc.
» » » Mons. Matteo Delli Muti, dell'archidiocesi di Manfredonia.
25 » » Mons. Antonio Santillana, dell'archidiocesi di Puebla degli Angeli (Messico).
26 » » Mons. Primo Lanzoni, della diocesi di Faenza.
» » » Mons. Placido Ferniani, della medesima diocesi.
» » » Mons. Giov, Battista Tasselli, della medesima diocesi.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.-

31 maggio 1920. Mons. Liberale Dell'Angelo, dell'archidiocesi di Udine.
12 giugno » Mons. Federico Guglielmo Esser, dell'archidiocesi di Colonia.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa Sopr. di S. S. :

2 giugno 1920. Il sig. Antonio Ceribelli, di Roma.
25 » » li sig. Francesco de Velasco dell'archidiocesi di Puebla degli Angeli (Messico).
» » » Il sig. Carlo Diez de Urdanivia, della medesima archidiocesi.
» » » Il sig. Alberto Moreno, della medesima archidiocesi.

Cappellano Segreto d'onore di S. S. :

31 maggio 1920. Mons. Antonino Chionna, della diocesi di Ostimi.

Cappellani d'onore extra urbem :

25 giugno 1920. Mons. Michele M. Marquez, dell'archidiocesi di Puebla degli Angeli (Messico).
» » » Mons. Leopoldo Villanueva, della medesima archidiocesi.
» » » Mons. Eugenio Manzanedo, della medesima archidiocesi.

NECROLOGIO

6 giugno 1920. Mons. Alessandro Piquemal, vescovo titolare di Tagora, ausiliare dell'arcivescovo di Algeri.

19 » » Mons. Roberto Calai Marioni, vescovo titolare di Esbon.

21 » » Mons. Giovanni Edmondo Pitz-Maurice, vescovo di Erie nella Pensilvania.

Annus XII - Vol. XII 2 Augusti 1920 Num. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

MOTU PROPRIO

DE SACRIS SOLEMNIBUS ANNI QUINQUAGESIMI EX QUO S. IOSEPH B. M. V. SPONSUS ECCLESIAE CATHOLICAE PATRONUS RENUNTIATUS EST.

BENEDICTUS PP. XV

Bonum sane et salutare fuit nomini christiano quod Decessor Noster immortalis memoriae Pius IX castissimum Virginis Deiparae Sponsum eundemque Verbi Incarnati Nutricium Ioseph Ecclesiae Catholicae Patronum declaravit ; quae res quoniam decembri proximo quinquaginta erunt anni cum auspicato evenerit, vehementer utile futurum ducimus si ea toto orbe terrarum solemni commemoratione celebretur.

Respicientibus quidem hoc spatium praeteriti temporis, obversatur Nobis ante oculos continuatio quaedam seriesque pie institutorum, quae cultum sanctissimi Patriarchae apud Christi fideles sensim usque adhuc crevisse indicent : verum, intuentibus rerum acerbitates quibus hodie humanum genus connectatur, hanc ipsam pietatem multo studiosius foveri in populis, multoque latius propagari apparet oportere. — Etenim post tam gravem belli contentionem, quid ad communem ordinis tranquillitatem restituendam deesset, ostendimus nuper encyclicis illis litteris *de pacis reconciliatione christiana*, in quibus civiles potissimum tum populorum tum hominum inter ipsos rationes consideravimus. Nunc autem altera est perturbationis causa at-

tendertela eaque longe maior, utpote quae in venis atque visceribus humanae societatis insideat. Scilicet eo tempore calamitas belli gentes occupavit, cum penitus eas *naturalismus* infecerat maxima illa saeculi lues, quae, ubi invaluit, caelestium bonorum desiderium débilitât, flammam divinae caritatis opprimit, hominem sananti et elevanti Christi gratiae subtrahit, eumque, fidei lumine denique orbatum et solis naturae infirmis corruptisque viribus instructum, effrenatis animi cupiditatibus permittit. Conversa igitur unice studia ad res caducas nimis multi mortales cum haberent, cumque proletarios inter et locupletes infensissimae aemulationes et simultates intercédèrent, mutuasclassium inimicitiam adauxit acrioresque reddidit belli diuturnitas et magnitudo, ideo praesertim quod hinc intolerandam multitudini annonae caritatem, illinc subitam fortunarum affluen^tiam perpaucis attulit.

Accedit eo in cumulum, ut coniugalis fidei sanctitas patriaeque potestatis verecundia non parum detrimenti apud plurimos bello ceperint, propterea quod et alterius coniugis longinquitas officiorum vincula in altero relaxaret, et custodis absentia temeritatem maxime puellarum ad indulgendum sibi licentius impellerei — Itaque dolendum est multo esse magis, quam antea, corruptos depravatosque mores, eaque re ipsam *causam socialem* quae dicitur, ingravescere in dies adeo ut extrema iam sint malorum extimescenda. Est enim flagitiosissimi cuiusque votis atque exspectationi maturus ortus Cuiusdam universalis reipublicae, quae perfecta hominum aequalitate et bonorum communione, tamquam principiis innitatur, et in qua nec ulla sint nationum discrimina, nec patris in filios, nec publicae potestatis; in cives, nec Dei agnoscatur in homines consociatos auctoritas. Haec si deducantur in usum, miros terrores sequi necesse est; et eos nunc quidem non exigua Europae pars experitur ac sentit. Atqui condicionem eiusmodi ceteris etiam populis quaeri videmus, concitatisque paucorum furore et audacia plebibus, magnas hic illic turbas subinde exsistere.

Equidem hoc rerum cursu Nos in primis solliciti, Ecclesiae fi-

lios sui commonefacere officii ex occasione haud praetermisimus, ut datis proxime ad Episcopum Bergomatium litteris, itemque ad Venetae regionis Episcopos. Iam eandem ob causam ut nostros homines, quotquot ubique sunt, qui manu et labore victum sibi comparant, in officio retineamus, eosque a contagione socialismi; quo nihil christianae sapientiae est inimiçius, intactos conservemus, eisdem praesertim Sanctum Ioseph perstudiose proponimus, quem peculiarem et vitae ducem observent et patronum colant.

Is enim simili, atque ipsi, vitae genere aetatem exegit : cuius ratione rei Christus Deus, cum esset aeterni Patris unigenitus, *f abri Filius* appellari voluit. At eam loci fortunaeque humilitatem quantis quamque excellentibus ornavit virtutibus; nimirum iis quibus elucere decebat eum, qui vir esset Mariae Immaculatae, quique Iesu Domini Pater putaretur. — Quare, Ioseph magistro, discant omnes praesentia, quae fluunt, sub lumine spectare futurorum, quae permanent; et humanae incommoda condicionis spe consolantes caelestium bonorum, ad ea, divinae voluntati obsequendo, id est, sobrie et iuste et pie vivendo, contendant. Quod autem proprie ad operarios attinet, placet ea referre quae Decessor Noster fel. rec. Leo XIII simili in causa edixit; sunt enim eiusmodi ut nihil aptius dici posse videatur: ((Harum cogitatione rerum debent erigere animos et aequa sen- « tire egeni et quotquot manuum mercede vitam tolerant : qui - ((bus si emergere ex egestate et meliorem statum acquirere con- « cessum est non repugnante iustitia, ordinem tamen providen- « tia Dei constitutum subvertere, non ratio, non iustitia permit- « tit. Immo vero ad vim descendere, et quicquam in hoc genere « aggredi per seditionem et turbas, stultum consilium est, mala « illa ipsa efficiens plerumque graviora, quorum leniendorum « causa suscipitur. Non igitur seditiosorum hominum promissis « confidant inopes, si sapiunt, sed exemplo patrocinioque beati « Iosephi, itemque materna Ecclesiae caritate, quae scilicet de « illorum- statu curam gerit quotidie maiorem ». [1]

[1] Epist. Encyeì. ***Quamquam pluries.***

Crescente autem nostrorum religione erga Sanctum Ioseph, simul proclive factu est, ut eorum religio in Sacram Familiam Nazarethanam, cuius augustum Caput is fuit, capiat incrementum : alterum enim ex altero sua sponte effiorescit. Namque ab Ioseph ad Mariam recta deducimur, per Mariam autem ad omnis sanctitatis fontem, Iesum, qui domesticas virtutes suo ipsius in Ioseph et in Mariam obsequio consecra vit. Ad haec vero tanta virtutum specimina omnino se christianae familiae renovent cupimus atque conforment. Ita, quoniam familiae fundamento communitas humani generis constituta est, cum societati domesticae plus firmitatis accesserit, eius nimirum munita sanctius et castimonia et concordia et fide, eo ipso novum quoddam robur et novus quasi sanguis per omnfa societatis humanae membra diffundetur, influente usque quaque virtute Christi; nec solum privatorum morum sequetur emendatio, sed etiam communis vitae civilisque disciplinae.

Nos igitur eius plurimum confisi patrocinio, cuius vigilantiae providentiaeque Deus Unigenam suum Incarnatum Virgi nemque Deiparam commendatos voluit, omnibus Catholici orbis Episcopis auctores sumus, ut tam necessario rei christianae tempore fideles ad opem S. Ioseph eo vel studiosius implorandam cohortentur. Cum autem plures haec Apostolica Sedes modos probaverit sanctum Patriarcham venerandi, in primis quarta quaque feria et continenter per mensem proprium, eos omnes volumus in una quaque dioecesi, instante, sacrorum Antistite, quoad possit, frequentari. Sed praecipue, quoniam praesentissimus morientium adiutor merito habetur, cui Iesus ipse cum Maria morienti adfuerint, Venerabilium Fratrum erit illa piorum sodalitia, quae Ioseph pro decedentibus exorando condita sunt, *hit a Bona Morte,* ut *a Transitu S. Ioseph,* ut *pro Agonizantibus,* omni auctoritatis suae suffragio et favore prosequi.

Ad memoriam vero celebrandam pontificalis Decreti, quod supra memoratum est, praecipimus et mandamus, ut intra annum a die VIII **mensis Decembris proximi, toto orbe catholico, in honorem S. Ioseph B. M. V. Sponsi, Ecclesiae Catholicae Pa-**

troni, quo et tempore et modo cuique Episcopo videbitur, solemnis supplicatio fiat; cui quotquot interfuerint, eis singulis plenariam peccatorum veniam, usitatis condicionibus, lucrari licebit.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xxv mensis Iulii, in festo S. Iacobi Apostoli, anno MCMXX, Pontificatus Nostri sexto.

BENEDICTUS PP. XV

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

BRACARENSIS

REVISIO ET APPROBATIO NOVI BREVIARII

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sedis huius Apostolicae, ut quae Iuris Liturgici suprema Moderatrix est, solemnis semper cura fuit, ut Ecclesiae Catholicae sacri Ritus in sua ubique integritate persistèrent, aut, sicubi forte ab ea déclinassent, ad pristinam puritatem revocarentur.[1] Quae res necessario ex ipso consequitur Pastorali Officio, quod Romanae Cathedrae commissum est, sedulo invigilandi, « ut debita cum veneratione externus cultus erga « Deum exerceatur, ut sacra quae peraguntur mysteria augustiora fiant « cedantque in magnam Christifidelium aedificationem, eorum in Deum «pietatem excitando et devotionis affectum».[2]

Pervigil haec cura tum vel maxime elucet, cum sacri ritus alii ab aliis differunt; nam horum varietas, si legitima sit, haud parum confert ad divini cultus splendorem amplificandum. Neque huiusmodi diversitas cum.fidei unitate non congruit, quin revelata divinitus dogmata

[1] ***Tridentina Synodus,*** Sess. XXÍI, ***de Missae Saerif.,*** cap. 5, et sess. VII, ***de Sacram, in genere,*** Can. ***Vi.***

[2] ***Instr. S. C. de Prop. Fide,*** die 3 iul. 1830.

multo vividius exprimit planiusque declarat: « Fidei enim unitas cum « legitimorum Rituum varietate optime consistit, ex quibus immo maior « in Ecclesiam splendor et maiestas mirifice redundat».[1] Hinc effatum illud S. Leonis noni: « Nihil obsunt saluti credentium diversae pro loco « et tempore consuetudines, quando una fides, per dilectionem operans « bona quae potest, uni Deo commendat omnes ».[2]

Etenim mirabili quadam consonantia e variis Liturgiis, adversus haereses, fides eruitur de fere singulis Ecclesiae Catholicae dogmatibus : unde factum est, ut theologi in Liturgiis uberrimum fontem theologicum agnoverint, ex quo Ecclesiae doctrina nobis abunde manifestatur. Huc etiam faciunt illa Decessoris Nostri, Leonis XIII, verissima dicta:[3] « Augusta, qua varia Rituum genera nobilitantur, antiquitas et prae- « claro est ornamento Ecclesiae omni, et fidei catholicae unitatem affirmat. « Quapropter vera- Christi Ecclesia, sicut magnopere studet ea custo- « dire inviolata, quae, utpote divina, immutabilia accepit; ita in usur- « pandis eorumdem formis nonnumquam concedit novi aliquid vel « indulget in iis praesertim, quae cum venerabili antiquitate conveniat. « Hoc etiam modo et eius vitae numquam senescentis proditur vis, et « ipsa magnificentius Christi Sponsa excellit, quam Sanctorum Patrum « sapientia velut adumbratam in effato agnovit Davidico : ***Astitit Regina «a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate... in fimbriis « aureis, circumamicta varietatibus ».***[4]

Quae omnia quidem perpendentes, Romani Pontifices non solum non reprobarunt unquam sacros Ritus, qui ob eorum antiquitatem veneratione digni essent, quamdiu cum unitate fidei obsequium retinerent Apostolicae Sedi debitum; verum etiam eosdem semper voluerunt reverenter conservatos et fideliter in usum deductos in iis omnibus, quae non adversarentur novo ac legitimo alicui temperamento, ab eadem Apostolica Cathedra forte inducto, cui nempe, tamquam supremae Magistrae, Ritus omnes parere debent.

Haec cum ita sint, gratum omnino acceptumque Nobis est alacre illud studium, dignissimumque laude, quo motum videmus Venerabilem Fratrem Nostrum, Emmanuelem Vieira de Mattos, hodiernum Archiepiscopum Bracarensem, qui, votis obsecundas suorum Antecessorum et Cleri pariter praesentis, cui adeo cordi est antiquus et praecipua reverentia dignus Ritus Bracarensis, nullis nec curis nec laboribus peper-

[1] Pius PP. IX, Litt. Apost. ***Romani Pontifices,*** die 6 iunii 1862.

[2] ***Epist, ad Michaelem, Patriarch. Constantinopol.***

[3] Litt. Apost. ***Orientalium dignitas Ecclesiarum,*** die 30 nov. 1894.

[4] ***Ps. XLIV,*** 10, 14-15.

«it, ut huius Ritus libri liturgici iterum typis ederentur; ita tamen, ut, retenta nativa forma, non solum non offenderent generales Liturgiae Catholicae leges, singulis in Ritibus servandas, verum etiam iisdem legibus omnino conformarentur, uti" pie in Ritu ßracarensi ac perpetuo in usu fuit.

Ritus hic peculiaris, quo Ecclesia Bracarensis a remota gaudet antiquitate, inter praecipuos recensendus est gloriae titulos, quibus iure gloriatur Lussitaniae populus, tam egregie quidem de Ecclesia Catholica meritus, ut a Pontificibus Romanis fidelissimus sit appellatus. Quod gloriosum nomen Lusitani sibi promeruerunt, non solum ob singularem eorum pietatem ac devotionem in Sedem hanc Apostolicam, verum etiam ob eximia, quam semper posuerunt operam, in propagando late per orbem nomine et cultu christiaoo. Hinc etiam, veluti iustum fidei praemium, ius illud Patronatus Romana Sedes Portugalliae contulit in ecclesias, ubi tot inclyti Lusitaniae filii et sudores apostolicos et ipsum sanguinem profuderunt;[1] quo quidem iure, ad haec usque tempora, multis adhuc locis Religio dilatari pergit ac foveri, templa supellectili sacra ornari, piis quibusque operibus atque institutis subsidia suppeditari, una cum sacerdotibus in hoc saluberrimum ministerium incumbentibus.

Est igitur res Deo profecto acceptissima Nostroque simul paterno animo valde iucunda instituta haec, sub auctoritate Sedis Apostolicae, Ritus Bracarensis revisio et ab omnibus naevis, qui progressu temporis in eum irrepserint, accurata emendatio. Ita enim haec Lusitanis gloria purior constabit, maiorque exorietur virtus salutis et sanctificationis in clerum populumque Ecclesiae Bracarensis, cui ab omnipotenti Deo, intercedente Deipara Immaculata, praecipua Lusitaniae Patrona, caelestium munerum amplissimam imploramus copiam.

Iam inter capita, quae in hac typica editione Breviarii Bracarensis, qualis e Typographia Nostra Vaticana prodiit, in melius mutata fuerunt ac praecipuam merentur laudem, peculiaris facienda est mentio non solum de adhibita constantius lectione sacrae Scripturae, quae pia consuetudo in Ritibus omnibus per feliciores aetates sancte servata est, deque introducta nova Psalterii dispositione, a Decessore Nostro Pio X per Constitutionem Apostolicam ***Divino afflatu*** praescripta; verum etiam de servandis normis a Sede Apostolica constitutis, ubi concurrunt vel

[1] LEO PP. X, in Bulla ***Dum fidei constantiam animaeque devotionis affectum, àie*** 4 iunii 1514; et in alia diei 3 novembris eiusdem anni ***Praeclarae devotionis et indefessum fervorem;*** quibus accedunt plura alia Romanorum Pontificum documenta, decursu saeculorum in favorem et laudem Lusitaniae concessa.

occurrunt Officia, deque expunctis in parte historica Breviarii Bracarensis quibusdam narrationibus, quae, a rerum veritate vel a probata Ecclesiae Bracarensis traditione abhorrebant. Diligentissima autem cura, quae in edendo Breviario Bracarensi adhibita est, pariter impendatur oportet adornandae novae editioni Missalis aliorumque librorum liturgicorum. Hac autem in re optimum spiritum Cleri Bracarensis eiusque venerabilis Ecclesiae cum Romana Cathedra intimam coniunctionem perlibenter agnoscimus.

Edito iam novo Breviario, evanescit apud Clerum Bracarensem difficultas, qua hactenus laborabat, suo proprio utendi Ritu ob exemplariorum penuriam. Quare nunc plene fit satis sacerdotum votis ac desideriis, qualia in novissima Synodo Bracarensi expressa fuerunt: quae quidem vota probantes omnino ac rata habentes, hisce Nostris litteris praecipimus ac mandamus, ut omnes et singuli qui ad Horas Canonicas in Archidioecesi Bracarensi tenentur, proprio hoc Nostraque auctoritate reviso Breviario utantur. Quae precum liturgicarum unitas in universo venerabili Clero Bracarensi magis magisque accendat ac foveat spiritum illum orationis, quo animatos admiramur binos Archidioeceseos Urbisque Bracarensis inclytos Patronos, sanctos Petrum de Rates et Geraldurn.

Haec vero edicimus, declaramus, sancimus, decernentes has Nostras litteras validas et efficaces semper esse ac fore; non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, generalibus et specialibus, ceterisve quibusvis in contrarium facientibus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae approbationis, decreti, concessionis, indulti et voluntatis infringere, vel ei, ausu temerario, contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae millesimo nongentesimo decimo nono, pridie Idus Maii, die Octava Solemnitatis sancti ioseph, sponsi beatae Mariae Virginis, Pontificatus Nostri anno quinto.

O. CARD. CAGIANO
S. B. E. Cancellarius.

A. CARD. VICO
Ep. Portuen. et S. Rufinae
S. B. C. Praefectus.

Raphaël Virili, ***Protonotarius Apostolicus.***
Lodovicus Schüller, ***Protonotarius Apostolicus.***

Loco >J¡ Plumbi.

Beg. in Cane. Ap., vol. XVIII, n. 24.

II

TREIENSIS

DB UNIONE DIOECESIS TREIENSIS CUM DIOECESI SANCTI SEVERINI

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Boni Pastoris, idest Iesu Christi Domini Nostri exemplum imitantes, Romani Pontifices omne semper adhibuerunt studium ad spirituale gregis Dominici bonum assequendum.

Quum autem emolumento gregi sit proximum habere pastorem,, visum est expedire ut parva Treiensis dioecesis, quae hucusque regebatur ab Archiepiscopo Camerinensi, longitudine et difficultate viarum ab eadem dioecesi valde distante, regenda tribueretur proximo Episcopo Sancti Severini. Quapropter, decreto diei quartae novembris anni millesimi nongentesimi decimi tertii, S. Congregatio Consistorialis statuit ac decrevit ut regimen dioecesis Treiensis acciperet ac retineret ad nutum S. Sedis, donec aliter provideretur, Venerabilis Frater Adamus Borghini, Episcopus Sancti Severini.

Nunc, vero, spirituali Treiensium bono modo stabili prospicere cupientes, Nos, re mature perpensa, memoratam Treiensem dioecesim, Apostolicae potestatis plenitudine, in perpetuum coniungimus cum dioecesi Sancti Severini, ita scilicet, ut ambae iurisdictioni, regimini atque administrationi subsint unius eiusdemque Pastoris, qui proinde Episcopus Sancti Severini et Administrator Apostolicus Treiensis perpetua nominabitur, salvis utriusque dioecesis iuribus ac privilegiis.

Episcopus in alterutra dioecesi residere poterit; officii tamen sui erit ita rem temperare, ut penes utramque, per notabile temporis spatium, iuxta rerum necessitatem, singulis annis commoretur.

insuper, hac statuta Ecclesiarum unione, decernimus ut duplicis episcopalis mensae reditus idem Episcopus percipiat, isque ecclesiastica, beneficia unius dioecesis promiscue sacerdotibus alterius dioecesis conferre possit.

Quoniam vero nunc Sancti Severini Ecclesia suo feliciter gaudet pastore, per has Apostolicas litteras decernimus ut Venerabilis Frater Adamus Borghini, hodiernus Sancti Severini Episcopus, Treiensis quoque Perpetuus Administrator Apostolicus evadat.

Praesentes autem litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum interest, vel interesse praesumant, auditi non fuerint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus.

Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque conciliis editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispensationibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem ut harum litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis, ac sigillo alicuius in ecclesiastica dignitate constituti munitis, adhibeatur in iudicio et extra illud eadem prorsus fides, quae eisdem praesentibus adhiberetur, si originaliter forent exhibitae vel ostensae.

Nemini ergo liceat quae hisce litteris Nostris unionis, decreti, derogationis et voluntatis statuta sunt infringere, vel eis, ausu temerario, contraire.

Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo, die vigesima mensis februarii, Pontificatus Nostri anno sexto.

O. CARD. CAGIANO
S. R. G. Cancellarius.

>$(C. CARD. DE LAI, ***Ep. Sabinensis,***
Secret. S. Congreg. Consistorialis.

Raphaël Virili, ***Protonotarhts Apostolicus.***
Lodovicus Schüller, ***Protonotarius Apostolicus.***

Loco ^ Plumbi.

Reg. in Can., vol. XX, n. 56.

III

CATAMARCENSIS-SALTENS1S

DE DISMEMBRATIONE TERRITORII « DE LOS ANDES » A DIOECESI CATAMARCENSI AC DE EIUS UNIONE DIOECESI SALTENSI.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Semper Romani Pontifices, vei propria auctoritate, vel rogatu Ordinariorum dioecesum, diligentissime curaverunt ut, ob mutatas in aliqua regione rerum condiciones, aut ob alias iustas causas, circumscriptionum ecclesiasticarum limites opportune mutarentur, eo consilio ut spirituale Christifidelium bonum et religionis incrementum magis magisque promoveretur.

Cum autem Venerabilis Frater Barnaba Pietrabuena, hodiernus Episcopus Catamarcensis, nuper ab Apostolica Sede efflagitaverit ut territorium « de los Andes » nuncupatum, ipsius iurisdictioni obnoxium, Saltensi dioecesi aggregantur, cumque iustae petitionis causae ex legitimo processu firmatae sint, accedente voto Ordinarii eiusdem dioecesis Saltensis, et Apostolico Nuntio in Republica Argentina suffragante; Nos, maiori animarum bono semper intenti, oblatis precibus obsecundare statuimus.

Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum interest, vel sua in hac re interesse praesumant consensu, praedictum territorium « de los Andes » cum omnibus et singulis in eo exsistentibus et commorantibus, a dioecesi Catamarcensi, Apostolicae potestatis plenitudine, per praesentes litteras separamus et avellimus, illudque dioecesi Saltensi aggregamus et addicimus. Volumus autem et mandamus ut documenta et acta omnia quae territorio « de los Andes » spectant, quum primum fieri poterit, ex archivio Curiae Episcopalis Catamarcensis extrahantur, et in archivio Curiae Episcopalis Saltensis reponantur.

Praesentes autem litteras et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas tamquam ex certa scientia, ac potestatis plenitudine factas et emanatas,

perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contingent attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus.

Hisce itaque, ut supra, constitutis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda deputamus Venerabilem Fratrem Albertum Vassallo di Torregrossa, Archiepiscopum Titularem Hemesensem, in Republica Argentina Apostolicum Nuntium, ipsi tribuentes necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemcumque alium in ecclesiastica dignitate constitutum, facto insuper eidem onere infra sex menses, a data praesentium litterarum computandos, ad Sacram Congregationem Consistorialem mittendi exemplar, authentica forma exaratum, exsecutionis peractae.

Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem ut praesentium litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo alicuius in ecclesiastica dignitate constituti munitis, adhibeatur in iudicio et extra illud eadem prorsus fides, quae eisdem praesentibus adhiberetur, st originaliter forent exhibitae vel ostensae.

Nemini ergo liceat quae hisce litteris Nostris dismembrationis, subiectionis, decreti, commissionis, mandati, derogationis et voluntatis infringere, vel eis, ausu temerario, contraire.

Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae, apud sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo, die vigesima secunda mensis maii, Pontificatus Nostri anno sexto.

O. CARD. CAGIANO,
S. B. E. Cancellarius.

C. CARD. DE LAI, ***Ep. Sabinensis,***
Secret. S. Congreg. Consistorialis.

Raphaël Virili, ***Protonotarius Apostolicus.***
Lodovicus Schüller, ***Protonotarius Apostolicus:***

Loco Plumbi.

Reg. in Cane, vol. XIX, n. 7.

EPISTOLAE

I

AD R. D. ALOISIUM ORIONE, PARVI OPERIS A DIVINA PROVIDENTIA MODERATOREM, CUI, XXV SACERDOTII ANNUM CELEBRANTI, OB EIUS PRAECLARA PROMERITA GRATULATUR.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Quamquam satis tibi putamus esse cognitum, quemadmodum Nos erga te affecti simus, occasioni tamen Nostri in te animi declarandi nolumus deesse, quam vicesimus quintus natalis affert sacerdotii tui. Nam, quoniam hoc totum aetatis spatium non tibi dumtaxat, sed, quod boni sacerdotis est, communi utilitati vixisti, nec nativae dioecesis finibus tuam de animarum salute continuisti curam, studens, quantum in te erat, perpetuo sanctae Ecclesiae emolumento, sane decet Nos ista diei faustitate, quae fructuosi tui laboris memoriam renovat, in primis gratulari. Idque libentes facimus, eo vel magis quod nihil tam est exploratum quam tua in hanc Apostolicam- Sedem plena studii atque obsequii pietas et fides. Norunt omnes eam, quam et Decessori Nostro fel. rec. Pio X et Nobismet ipsis navasti operam, in duplici negotio ac perdifficili adhibitus, cum horribilis ille ad fretum Siciliense terrae motus evertisset omnia, et similem regio Marsica calamitatem accepisset. Scilicet, quae tibi tum data est facultas, si unquam alias, uberrima ad miseris opitulandum, ea tu, Deo adiuvante, sedulo usus ës ac sapienter, ut omnino utriusque Nostrum vota et exspectationem expleveris. Tuum vero erit ex hoc Nostrae de te opinionis documento sumere animos, ut iam nunc vel maiore cum alacritate ad aliorum miserias sublevandas, divina Providentia confisus, incumbas. Confecto enim luctuosissimo bello, cum hominum necessitates omnis generis incredibilem in modum excreverint, immensus quidam est campus christianae caritatis, in quo tui similium actuosa virtus utilissime versetur. Nos autem, ad laetitiam istius solemnitatis augendam, tibi munusculum mittimus calicem sacrificalem ; atque etiam ultro damus, ut Papalem benedictionem semel infra annum, sacro anniversario in singulis Sodalitatis tuae domibus peracto, praesentibus possis cum plenaria peccatorum venia, usitatis condicionibus lucranda, tribuere. Atque huius potestatis in urbe usurpandae commodum tempus mox erit, cum curialis nova aedes Sanctorum omnium

extra moenia, quam idem Decessor tibi in perpetuum gubernandam tradidit, fiet ut rite dedicetur. Ceterum pro fratribus suis minimis te laborantem numquam Christus Dominus omnipotenti auxilio suo destituet, cuius quidem auspicem itemque paternae benevolentiae Nostrae testem tibi, dilecte fili, et omnibus instituti tui vel sodalibus alumnisque vel fautoribus apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die n mensis aprilis MCMXX, Pontificatus Nostri anno sexto.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD R. D. HENRICUM DEBOUT, PROTONOTARIUM APOSTOLICUM, CUIUS DE IOANNA DE ARC EDITOS LIBROS DILAUDAT.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Quod Ioanna de Arc summam apud ipsos homines consecuta est gloriam, honoribus ei sanctorum caelitum Apostolica Nostra auctoritate decretis, merita ante omnes gaudent, ut est consentaneum, qui Gallicae sunt nationis, cuius illa columen exstitit ac praeclarum ornamentum ; sed praecipuo quodam iure tibi, dilecte fili, gaudere licet. Iam pridem enim te ad magnanimae Virginis vitam resque' gestas illustrandas totum contulisti; ot quae hisce annis, ut eius vel existimationem innocentiamque defenderes, vel excellentiam virtutum convinceres, scribendo exsecutus es, ea, cum gravem tibi apud doctos auctoritatem peperérint, tum magnum pondus habuerunt ad hanc eidem gloriam conciliandam. Itaque, cum illud tuorum scriptorum maximum opus nuper, tertio editum, ad Nos pietatis causa misisti, dubitare non debes quin fem Nobis gratissimam feceris. Nos igitur tibi de hoc ingenii, doctrinae laborisque tui munere gratulamur : quod ipsum cupimus in manus plurimorum veniat, ac molles solutosque saeculi corruptelis animos, oblato, praesertim foeminis, Puellae Aurelianensis exemplo, ad christianae vitae constantiam et dignitatem adhortetur. Auspicem vero divinorum munerum ac testem benevolentiae Nostrae, apostolicam benedictionem tibi, dilecte fili, peramanter impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die v mensis iulii MCMXX, Pontificatus Nostri anno sexto.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

ORANENSIS

DISMEMBRATIONIS ET UNIONIS

DECRETUM

Ut facilius prospiceretur bono spirituali fidelium, qui in extrema parte meridionali suae dioecesis sparsim reperiuntur, R. P. D. Ludovicus Legasse, Episcopus Oranensis, SSmo Dno Nostro Benedicto PP. XV supplices preces porrexit ut memorata territorii pars a sua dioecesi distraheretur et Praefecturae Apostolicae Ghardaiensi uniretur. Porro Sanctitas Sua, cui nihil antiquius est quam ad maius fidelium bonum animum suum intendere, oblatis precibus benigne annuere dignata est. Quapropter de Apostolicae potestatis plenitudine, suppleto quatenus opus sit quorum intersit vel sua interesse praesumant consensu, praesenti consistoriali decreto, partem meridionalem infra describendam dictae dioecesis, cum omnibus et singulis fidelibus ibi exsistentibus et commorantibus, ab ea in perpetuum separat atque avellit illamque Praefecturae Apostolicae Ghardaiensi unit atque coniungit; adeo ut fines dioecesis Oranensis in parte Australi posthac pertingant ad sequentem lineam quae lingua gallica ita describitur: « Depuis la frontière marocaine « Teniet-Sassi, jusqu'au point où l'Oued Falet se perd dans le ChoU- « el-Chergui, elle coincide avec la limite sud du département d'Oran; « ensuite elle se dirige vers l'est (coupant la voie ferrée un peu au sud « du kil. 260) jusqu'à ce qu'elle rejoigne, au sud du Daïetel-Kerch, la «Risière nord du Chott; elle suit cette lisière jusqu'à l'extrémité est du « Chott (près de Aïn-el-Keteïta); après quoi elle suit une ligne droite « tirée de ce point jusqu'à celui où l'Oued Touil coupe la limite des « provinces d'Alger et d'Oran ».

Praesens decretum de mandato Sanctissimi perinde valeat ac si Apostolicae sub plumbo litterae expeditae forent; contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione vel derogatione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae ex aedibus S. *d* Consistorialis, die 2. iulii 1920.

Ç C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., ***Secretarius.***

L. % S,

f V. Sardi, Archiep. tit. Caesarien., ***Adsessor.***

II

COMACLENSIS

SEPARATIONIS DIOECESIS COMACLENSIS AB ARCHIDIOECESI FERRARIENSI

DECRETUM

instantes supplicationes Apostolicae Sedi novissime factae sunt, ut dioecesis Comaclensis, per decretum huius S. Congregationis Consistorialis diei 29 decembris 1908 Ferrariensi coniuncta, denuo separaretur, quum in praesenti civitatis conditio melior evaserit et mensae episcopalis dos restituta sit et sufficiens Episcopi ac dioecesis sustentationi habeatur. Quae quum ita sint, SSmus Dominus Noster Benedictus PP. XV, re mature perpensa, de consensu R. P. D. Francisci Rossi, Archiepiscopi Ferrariensis necnon Episcopi Comaclensis, Apostolica auctoritate, fidelium Comaclensium votis benigne annuendum cen suit, et opportunum ad rem decretum ab hac S. C. Consistoriali edi iussit. In cuius mandati exsecutionem, praesenti consistoriali decreto, valituro perinde ac si Apostolicae sub plumbo Litterae expeditae essent, memorata Comaclensis ecclesia ab archidioecesi Ferrariensi seiungitur, atque in pristinum statum, in quo erat ante unionem, cum proprio Episcopo restituitur; firmo ut in praesenti et usque ad novi Episcopi adventum et initam ab eo canonicam dioecesis possessionem, R. P. D. Archiepiscopus Ferrariensis eam regat et gubernet ut antea, qua Apostolicus Administrator. Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Romae, ex aedibus S. C. Consistorialis, die 7 iulii 1920.

£g C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., ***Secretarius.***

f V. Sardi, Archiep. Caesarien., ***Adsessor.***

III

DESIGNATIO ORDINARIORUM PRO APPELLATIONE IUXTA CAN. 1594, § 2

Iuxta can. 1594, § *% Codicis Iuris Canonici* pro appellatione:

Rmus Archiep. Neapolitanus designavit Ordinarium Salernitanum.

» » Surrentinus, Ordinarium Amalphitanum.

» » Capuanus, Ordinarium Neapolitanum.

» » Neo-Eboracensis, Ordinarium Philadelphiensem.

» » Bonaërensis, Ordinarium Cordubensem in America.

» » Winnipegensis, Ordinarium Reginatensem.

» » Pisanus, Ordinarium Senensem.

» » Senensis, Ordinarium Pisanum.

» » Arborensis, Ordinarium Calaritanum.

» » Acheruntinus et Materanensis, Ordinarium Potentium.

» » Quitensis, Ordinarium Bolivarensem.

DESIGNATIO ORDINARIORUM PRO APPELLATIONE EPISCOPORUM SANCTAE SEDI IMMEDIATE SUBIECTORUM.

Vigore can. 1594 *Codicis Iuris Canonici* et art. V decreti *Conciliorum provincialium,* a S. C. Consistoriali editi sub die 15 februarii 1919, pro electione tribunalis secundae instantiae:

Rfíius Archiep. Anconitanus designavit Ordinarium Senogalliensem.

» » Utinensis, Ordinarium Goritiensem.

» » Camerinensis, Ordinarium Anconitanum.

» » Spoletanus, Ordinarium Assisiensem.

» » Sipontinus," Ordinarium Barensem.

» Episc. Auximanus et Cingulanus, Ordinarium Anconitanum.

» » Aesinus, Ordinarium Anconitanum.

» » Rheatinus, Ordinarium Spoletanum.

» » Fulginatensis, Ordinarium Perusinum.

» » Nucerinus et Tadinensis, Ordinarium Perusinum.

» » Cortonensis, Ordinarium Florentinum.

» » Pientinus, Ordinarium Senensem.

» » Triventinus, Ordinarium Theatinum.

Rmus Episc. Pinnensis et Atriensis, Ordinarium Theatinum.
» » Podianus, Ordinarium Barensem.
» » Tudertinus, Ordinarium Perusinum.
» » Placentinus, Ordinarium Mediolanensem.
Rmus Administrator Apostolicus Treiensis, Ordinarium Firmanum.
Rmus Abbas Ordinarius Montis Cassini, Ordinarium Capuanum.
» » » Ssmae Trinitatis Cavensis, Ordinarium Neapolitanum.

Quas designationes Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV approbare dignatus est.

Romae, ex aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 28 iunii 1920.

IV

PROVISIO ECCLESIARUM

Decretis S. Congregationis Consistorialis, Ssmus Dominus Noster Benedictus Pp. XV has, quae sequuntur, ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

18 iunii 1920. — Titulari archiepiscopali ecclesiae Chersonensi praefecit R. D. Alexium Charost, hactenus episcopum Insulensera, quem deputavit in Coadiutorem cum iure futurae successionis Emi ac Rmi Dñi cardinalis Dubourg, archiepiscopi Rhedonensis.

—r Cathedrali ecclesiae Insulensi R. P. D. Heetorem Raphaelem Quilliet, hactenus episcopum Lemovicensem.

8 iulii. — Titulari episcopali ecclesiae Thagorensi R. D. Michaelem de los Santos Diaz y Gomara, quem deputavit in Auxiliarem Emi ac Rmi Dñi card. Archiepiscopi Caesaraugustani.

9 iulii. — Metropolitanae ecclesiae Aquensi R. P. D. Mauritium Rivière, hactenus episcopum Petrocoricensem.

— Cathedrali ecclesiae Segobiensi R! P. D. Emmanuelem de Castro y Alonso, hactenus episcopum Iacensem.

10 iulii. — Cathedrali ecclesiae Cauriensi R. P. D. Petrum Segura Sáenz, hactenus episcopum Apolloniensem.

11 iulii. — Cathedrali ecclesiae Cordubensi R. P. D. Adulphum Perez y Muñoz, hactenus episcopum Pacensem.

24 iulii. — Metropolitanae ecclesiae Eborensi R. P. D. Emmanuelem Mendes de Conceiçao Santos, hactenus episcopum Portalegrensem, et iam designatum Coadiutorem mox defuncti archiepiscopi Eborensis.

V

NOMINATIO

SSmus D. N. Benedictus Pp. XV, decreto S. Congregationis Consistorialis, nominavit:

12 iunii 1920. — R. P. D. Ioannem Toner, episcopum Dunkeldensem, ***Administratorem apostolicum dioecesis Glasguensis.***

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

Decretis S. C. de Religiosis Ssmus Dnus Noster Benedictus Pp. XV:

20 iunii 1920. — Institutum Sororum a Sancto Ioseph Torontinensium, cuius domus princeps in ipsa civitate Torontinensi sita est, ***laudavit.***

— Instituti Sororum Franciscalium a Sancto Georgio Martyre nuncupati, cuius domus princeps in dioecesi Osnabrugensi sita est, ***Constitutiones definitive approbavit.***

— Instituti Sororum a Bono Samaritano nuncupati, cuius domus princeps in civitate Sydneyensi sita est, ***Constihitiones approbavit, experimenti gratia, ad septennium.***

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

INSTRUCTIO

CIRCA ERECTIONEM QUASI-PAROECIARUM IN VICARIATIBUS ET PRAEFECTURIS APOSTOLICIS.

Cum a pluribus Vicariis et Praefectis Apostolicis huic S. Consilio Christiano Nomini Propagando dubia quaedam de quasi-paroeciis earumque erectione proposita fuerint; ad ea tollenda atque ad optatam in agendo uniformitatem inducendam, opportunum visum est sequentes tradere normas, fideliter et diligenter servandas.

1) Ea est sacrorum Canonum mens ut cuiusvis seu Vicariatus Apostolici seu Praefecturae territorium in distinctas partes dividatur, qua-

rum singulae determinatum populum, cum propria ecclesia et peculiari pastore, habeant (can. 216, § 2). Quare Vicarii Praefectique Apostolici eo tendere debent ut Missionem sibi concreditam ad hanc suscipiendam aptae constitutionis formam adducant, et, ubi iudicaverint ad eam divisionem procedi posse, id perficere non omittant.

2) Non praepropere tamen et inconsiderate urgenda est divisio, praesertim si ea quae necessaria sunt, praevideantur defutura (can. 1415, § 3). Prae oculis in primis habeant Vicarii et Praefecti Apostolici, in erigendis quasi-paroeciis, utilitatem animarum et quibus incrementis res catholica in suis regionibus adoleverit. Res hinc serio examinetur, audita, ad normam can. 302, Consiliariorum sententia, vel etiam praecipuorum Missionariorum in congressu adunatorum, prout in can. 303 statuitur.

3) Neque tamen necesse est aut suadendum ut tempus exspectetur quo totum Vicariatus vel Praefecturae territorium in quasi-paroecias dispertiri possit; pedetentim enim et per partes utiliter etiam proceditur, ita ut una pars in quasi paroecias dividatur, alterius partis divisione in opportunius tempus dilata.

4) Erectio quasi-paroeciae fiat per decretum Ordinarii, quo clare describantur territorii limites. Ubi vero practice hoc obtineri non possit, sufficit declarasse quae christianitates ad singulas quasi-paroecias pertineant. Decreto insuper statuatur quae sit ecclesia principalis quasi-paroeciae, nec non residentia quasi-parochi.

5) Huius decreti bina exemplaria conficiantur, quorum unum in archivo Vicariatus vel Praefecturae Apostolicae, alterum in novae erectae quasi-paroeciae actis adservetur.

6) Constituta quasi-paroecia, ipso facto oriuntur iura et obligationes quasi-parochi, quae a Codice iuris canonici sanciuntur (vid. praesertim canones 451, § 2, 1; 454, § 4; 456; 456; 459; 461; 1356; 306; 462 et seq.).

7) In erectis quasi-paroeciis pro matrimoniorum celebratione attendatur oportet canonibus 1096 et 1095; in locis vero ubi ipsae constitutae non sunt, Missionarii censendi sunt cooperatores Vicarii vel Praefecti Apostolici, atque proinde cum licentia generali ab Ordinario concessa valide et licite adsistunt matrimoniis.

8) Similiter ex quasi-paroeciae erectione sequitur ut omnes ecclesiae, capellae vel oratoria, intra fines territorii quasi-paroeciae sita, subsidiaria habeantur et in eius ditione et dependentia maneant donec quasi-paroecialitatem consequantur vel a quasi-parochi cura exempta fuerint, ad normam can. 464.

9) Optimum demum consilium erit, divisione territorii in quasi-paroecias peracta, dispertiri quoque Vicariatum vel Praefecturam in aliquos

districtus qui plures quasi-paroecias comprehendant, prouti iam in aliquibus Vicariatibus laudabiliter factum est, ut ita etiam Vicariatus foranei adumbrentur atque aptius regimini et administrationi missionis provideatur (can. 217, 445 et seq.).

Ex aedibus S. G. Propagandae Fidei, die 25 iulii 1920.

G. M. CARD. VAN ROSSUM, ***Praefectus.***

I * * S.

G. Laurenti, ***Secretarius.***

II

DESIGNATIO ORDINARII PRO APPELLATIONE IUXTA CAN. 1594, § 2

Iuxta can. 1594, §2, Codicis Iuris Canonici pro appellatione:

Rmus Archiepiscopus Pondicheriensis in India designavit Ordinarium Kumbakoamensem.

Quam designationem Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV, die 5 februarii 1920, adprobare dignatus est.

III

NOMINATIO

Brevi apostolico nominatus est:

15 iulii 1920. — ***Vicarius Apostolicus Insularum Salomonicarum Meridionalem*** R. P. Aloisius M. Raucaz, e Societate Mariae.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

DECRETUM

QUO EDITIO VATICANA BREVIARII BRACARENSIS TYPICA DECLARATUR

Quum per Bullam ***Sedis huius Apostolicae,*** datam a Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papa XV pridie Idus maias MCMXIX, approbata fuerit haec editio Breviarii Bracarensis, typis impressa Vaticanis, Sacra Rituum Congregatio de eadem editione statuit ac decernit:

Vaticana huius Breviarii editio pro typica habenda est, ad quam futurae impressiones omnino conformandae erunt, ita ut in iis nihil immutare fas sit, nisi quod a Sede Apostolica probatum vel indultum fuerit aut iniunctum. Quod si ab eadem Sancta Sede inducta fuerit variatio aliqua aut mutatio vel emendatio, sive in Sacrae Scripturae textu sive in Homiliis aut Lectionibus historicis, Breviario Bracarensi insertis, mutationes et emendationes in Ritu Bracarensi continuo adhibendae erunt, etsi venerandus ille Ritus non expressis verbis memoretur. Contrariis non obstantibus quibuscumque, etiam speciali mentione dignis.

Die 6 februarii 1920.

£ß A. CARD. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. R. G. Praefectus.

L. & S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

II

LUGDUNEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI MARCELLINI IOSEPHI BENEDICTI CHAMPAGNAT, SACERDOTIS MARISTAE ET INSTITUTORIS CONGREGATIONIS PARVULORUM FRATRUM MARIAE.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et Proximum, nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur ?

Servi Dei Marcellini Champagnat integram peragrando aetatem, quae brevi potius unius et quinquaginta annorum conclusa fuit spatio, sedulo studioseque pervestigant necessaria datum est invenire elementa, quibus conficiatur, christianas ab eodem Dei Famulo exercitas virtutes gradum illum, quem heroicum appellant, fuisse adeptas.

Hoc sane, quoddam veluti rei consectarium, ex ea praesertim visum est descendere, qua praeditus venerabilis Marcellinus erat animi comparatione, ut ad perfectiora quaeque cogitanda, capessenda et exsecutioni demandanda iugiter constanterque moveretur. Quumque ista inter

perfectiora, ceu valde proclive est intelligere, pondere et gravitate sua exstarent ea atque eminerent, quae ad peculiarem ipsius venerabilis Marcellini statum eiusque vitae institutum spectabant, factum exinde est, ut cunctis maxime, quae suae conditionis propria erant, perfunctus ille sit muneribus naviter sancteque; ea nimirum contentione, perseverantia et alacritate, quae aliorum sacerdotum aut religiosarum familiarum sodalium, etiam virtuose operantium,communem vivendi agendique praetergrediuntur modum; atque, hoc ipso, eam, qua nunc est opus, quaeque idcirco e proposito quaeritur, adstruunt manifestamque faciunt heroicarum virtutum probationem.

Revera, qui parumper animo reputaverit complexusque cogitatione fuerit quae nactus Dei Famulus sit temporum, locorum atque hominum adiuncta, facere profecto non poterit, quin venerabilem Marcellinum facile accenseat praeclaro illi sanctorum virorum agmini, quos dives in misericordia ideo excitasse visus est Deus, ut gravissima, quae non ita pridem immanis ille teterrimusque, octavodecimo exeunte saeculo, per Gallias desaeviens finitimasque regiones insectationis turbo religioni intulerat civilique reipublicae, valide curarentur vulnera et funditus sarcirentur damna. Magnum porro Lugdunense seminarium ingressus cum fuit Marcellinus, theologicis disciplinis operam daturus, alios inter, binos inibi, quadam non sine caelesti dispensatione, sortitus est condiscipulos; quorum unus Ioannes Baptista Vianney, qui, vix biennium, eum praeibat aetate; alter vero Ioannes Claudius Colin. Utque usu non raro venisse historia docet, brevi praefatos inter ephebos sanctaeque amicitiae foedere colligatos magna exorta est animorum coniunctio, eamque subsecuta quoque fuit mira consiliorum communio et societas, quorum id caput erat, ut, quantum in se haberent facultatis, totum assidue industrieque conferrent ad semetipsos parandos efficiendosque, quo magis fieri posset, minus indignos Christi Ecclesiaeque suae sacros administros. Quandoquidem tot immensitati ruinarum, quas ea cumulaverat, quae conquiescere tunc coeperat, adeo tristi celebritate insignis, universa publicarum rerum perturbatio et eversio, aptius consultiusque succurri nequiret, quam vitae christianae suprema instaurando principia, eisque minutam praecipue imbuendo plebem, maximeque catholicae fidei rudimentis erudiendo et informando teñeras puerorum mentes.

Quo autem hisce, quae tam digna tamque tempori accommodata proposuerant sibi, large copioseque benediceret Deus, augustam Eiusdem Genitricem rati iure meritoque fuerunt praesentissimam sibi adhibendam esse conciliatricem; eapropter, suasore etiam seminarii rectore, qui eisdem se dedit itineris socium, ad Mariale sanctuarium, vulgo ***de***

Fourvière, quod ea in regione et circum magno habebatur et habetur in honore, sunt peregrinati. Neque incassum fusae tunc fuerunt preces; has namque tanta ubertate fortunare dignatus est Deus, quantam qui proxime sunt subsecuti, amplissime ostenderunt eventus. Ephebus quippe ille Ioannes Baptista Vianney idem profecto est ac ***Beatus Parochus vici Ars;*** isto enim potius quam suimet proprio cunctis ipse evasit pernotus nomine; ob perarduum siquidem ab eo ad exemplum gestum curionis munus, nihil universo christiano populo iucundius et fructuosius procul dubio accideret, quam si eius Canonizationis causa fausto celerique gressu peroptatam suam maturaret metam. Ephebus vero alter Ioannes Claudius Colin idem et ipse est ac venerabilis Dei Servus ***Ioannes Claudius Colin,*** cuius nempe duodecim ante annos apud sacram rituum Congregationem inita quum fuerit Beatificationis causa, incoeptum nunc suum ipsa prosequitur cursum; quodque insuper minime est praetereundum, peculiari immo est notatione dignum, idem venerabilis Colin bene meritissimam instituit Congregationem ***Societatis Mariae,*** quae, prae ceteris, duobus magnopere suis gloriatur alumnis; Beato videlicet ***Petro Aloisio Maria Chanel,*** Oceaniae protomartyre, cuius pariter reassumptio obtenta est causae Canonizationis, et magni Lugdunensis seminarii olim ephebo simulque Beati Parochi vici Ars et venerabilis Colin condiscípulo, ad quem pertinet hodiernum hoc apostolicum Decretum : venerabili scilicet Marcellino Iosepho Benedicto Champagnat. Hic sane, qui venerabilis Colin lateri semper adstiterat eumque mirum in modum adiuverat in Congregatione fundanda Societatis Mariae, totus in eo postmodum fuit, ut, eodem probante et suadente Patre Colin, novam congregaret familiam ***Parvorum Fratrum Mariae,*** quippe qui laici quum essent cunctisque proinde soluti, quae secum ferant oportet sacerdotalia munia, liberius, constantius planeque unice vocationi suae, quae in una dumtaxat christiana puerorum institutione sita esse deberet, intendere possent. Neque in hoc venerabilem Dei Famulum vel minime falsum fuisse opinione sua, quum cetera deessent, insigni praeclaroque documento exstat mirifica novi Sodalitii propagatio, utpote quod, veluti sinapis granum, exiguo temporis fluxu, uberrimam adolevit in segetem suosque ad universum fere orbem opimos protulit fructus.

Cuncta haec plenam in lucem proferenda curarunt actores, cum super heroicis venerabilis Marcellini virtutibus, abhinc decennium, institutum impigre strenueque persecuti sunt iudicium, quodque tribus de more disceptationibus licuit absolvere; binas quippe, quae praehabitae iam fuerant, congregationes, antepraeparatoriam nempe et praeparato-

riám, subsecuta est Congregatio generalis, quae, die vigesima secunda superioris mensis iunii, coram sanctissimo Domino nostro Benedicto Papa XV coacta fuit, in qua a Reverendissimo Cardinali Ianuario Granito Pignatelli di Belmonte, causae Relatore, sequens ad discutiendum propositum est dubium: ***An constet de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum et Proximum, nec non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine ac Temperantia earumque adnexis venerabilis Servi Dei Marcellini Iosephi Benedicti Champagnat, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur?*** Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores sua quisque ex ordine suffragia ediderant, quibus tamen laeto intentoque animo exceptis et perpensis, Sanctissimus Dominus noster iudicium Sibi prorogandum duxit, cunctisque qui aderant interim indixit preces ad caeleste lumen implorandum. Quod quidem praestitum quum fuerit, supremam Suam statuit edicere sententiam hodierna die Dominica VII post Pentecosten; ideoque, Sacro devotissime peracto, ad Vaticanas Aedes arcessiri voluit Reverendissimos Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, sacrae rituum Congregationi Praefectum, et Ianuarium Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopum Albanensem, causaeque Relatorem, una cum R. P. Angelo Mariani, Fidei Promotore generali, meque insimul infrascripto Secretario, eisque adstantibus, solemniter pronuntiavit: ***Constare de virtutibus theologalibus,. Fide, Spe et Caritate in Deum et Proximum, neo non de cardinalibus, Prudentia, Iustitia, Fortitudine ac Temperantia earumque adnexis venerabilis Servi Dei Marcellini Iosephi Benedicti Champagnat, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.***

Hoc Decretum publici iuris fieri et in acta sacrorum rituum Congregationis referri mandavit, quinto idus iulias anno MCMXX.

£g A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. B. C. Praefectus.

& S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

ACTA TRIBUNALIUM

QUEBECEN.

NULLITATIS MATRIMONII (LACROIX-SHINK)

Benedicto PP. XV feliciter regnante, pontificatus dominationis suae anno quinto, die 23 decembris 1918, BB. PP. DD. Ioannes Prior, Aloisius Sincero, Ponens ***[ex delegatione Praesidis turni, et Fridericus Cattani Amadori, Auditores de turno, in causa*** Quebecen. - Nullitatis matrimonii ***inter*** Dionisiam Lacroix, ***actricem appellatam, repraesentatam per legitimum procuratorem ex officio deputatum Sac.*** Carmelum Conte, ***advocatum, et*** Gildam Shink, ***instante pro appellatione Defensore Vinculi matrimonialis ex officio Curiae Quebecensis, atque interveniente et disceptante in causa Substituto Vinculi Defensoris ex officio nostri Tribunalis, sequentem tulerunt definitivam sententiam.***

Dionisia Lacroix, vigesimum aetatis suae annum agens, quum in Gildae Shink famulatu esset, amore erga eum impulsa consilium coepit nuptias cum eo ineundi.

Quamvis vero eius Parochus studerei eam dissuadere ne nuberet viro, qui « allait probablement devenir fou, vu que déjà il faisait cer- « tains actes de folie », demoveri tamen e suo consilio non potuit, tum quia Dionisia Gildam amore, eoque, quantum ex actis coniicere licet, inhonesto prosequebatur, ita ut sibi videretur uterum gestare, tum quia instabant pro matrimonio Gildae parentes. Cum enim Gildas, vix ac priori uxore orbatus fuit, manifestae alienationis mentalis indicia edere eoepisset, eius parentes sperabant coniugalis vitae instaurationem illius valetudini profuturam esse.

Matrimonium igitur celebratum fuit die 9 octobris 1899 in paroecia Sancti Michaelis de Bellechasse, dioecesis Quebecensis. At, mense vix elapso a matrimonio celebrato, amentia Gildae brevi eo devenit, ut die 21 novembris includi debuerit in amentium asylo loci Beaufort.

Quum vero nulla spes sanationis supersit, Dionisia Lacroix Curiam Quebecensem adivit, ab ea petens declarationem nullitatis sui matrimonii, ob defectum consensus seu aptitudinis ad consentiendum viri amentis, instantia data 17 augusti 1917, et favorabilem sententiam tulit ^die 15 aprilis 1918.

Appellante vero Vinculi Defensore ex officio curiae Quebecensis, causa nunc definienda venit sub consueto dubio: ***an constet de matrimonii nullitate in casu.***

Ius quod spectat. - Tum ex iure decretalium, cap. 24, ***De Spons. et matr.,*** ex communi doctrina ac constanti iurisprudentia canonica, tum ex ipso naturali iure, qui inepti sunt, et incapaces actus humani eliciendi, consentiendi nempe libere cum mentis advertentia ac cognitione, sunt inhabiles ad matrimonium, et si contrahant, matrimonium irritum est.

Ita porro sunt amentes, sive furore laborent, qui in decretalibus proprie ***furiosi*** appellantur, sive non, ideoque sint et appellentur communiter amentes vel mentecapti.

At non una est species, non unus est gradus amentiae.

Nam mentis insania dividitur in amentiam veram et propriam si quis circa omnia insaniat, et in dementiam, seu monomaniam si circa unam rem tantum vel alteram. Amentes per omnia et in omnibus sunt inhabiles, uti dictum est, ad matrimonium, sicut ad quemlibet actum humanum, ob defectum usus rationis. Dementes vero in his tantum quae ad dementiam ipsorum pertinent, aequiparantur amentibus. Gasparri, de matr. II, n. 884; Wernz ius decret. IV, n. 41 ; D'Annibale, I, n. 31, etc.

Tum amentes, tum praesertim dementes lucidis, ut aiunt, intervallis gaudere possunt, ideoque quaeritur num matrimonium celebratum ab amente in lucido intervallo validum sit, quae quaestio est facti potius quam iuris; videndum enim est utrum lucidum illud intervallum ***apparens*** tantum sit, ut aiunt, an ***reale.*** In dubio utrum matrimonium initum sit tempore amentiae an in lucido intervallo, censetur initum tempore amentiae si morbus sit suapte natura perpetuus, insanabilis ac desperatus, atque constet tum de amentia antecedenti, tum de consequenti, Sánchez, I, I disp. 8, n. 17. Gasparri, cit., etc.

Tandem amentia potest esse ***subitanea,*** ut si quis veluti uno ictu usum rationis amittat, vel alio ex morbo, aut ***progressiva,*** quam vocant. Dein in ipsa amentia progressiva, quae gradatim evolvitur, distinguendum est inter gradum evolutionis amentiae, et eiusdem manifestationem per signa et indicia. Haec indicia enim possunt esse aequivoca.

Circumspecte igitur hac in re procedendum est, atque videndum an ex factis, ex depositionibus testium, ex peritorum iudiciis in examine amentis et facti circumstantiis fundatis, concludendum sit amentem iam caruisse usu rationis sufficienti ad actum humanum quum matrimonium celebravit. S. Rota Buscoducen, coram Prior 15 maii 1915, et coram Decano Sebastiane Hi 7 ianuarii 1918.

Factum quod attinet. - Porro Gildas Shink die 9 oct. 1899 matrimonium contraxit, et die 21 mensis insequentis includi debuit in amentium asylo a S. Michaele Arc. dicto, ubi adhuc commoratur sine sanationis spe.

Iamvero doctores sub quorum cura fuit vix ac in asylo ingressus fuit, concordi sententia deponunt insaniam, qua Gildas Shink laborat, esse progressivam seu degenerativam, eamque initium habuisse duodeviginti menses ante ingressum in asylo. Ita doctor Albertus Marois, adiutor Directoris, seu ***assistant-surintendant*** hospitalis : « Gildas Shink «a été admis à l'Hôpital St. Michel-Archange le 21 novembre 1899; « par conséquent il a commencé à cette date à être sous mes soins.... « Gildas Shink a été classine comme étant atteint de folie des dégénérés.... « Cette maladie se développe lentement, et d'après les renseignements « que nous, avons, la maladie datait de dix-huit mois, et d'ailleurs, dans « les symptômes présentés, dans les documents, rien n'indique une « affection récente aiguë, mais tout au contraire une affection qui s'est « développée lentement; est il de fait que, malgré un long internement, « l'individu représente encore les mêmes idées délirantes; sa maladie n'a «pas fait un progrès très sensible ». Doctor vero Ulricus Antonius Bélanger, medicus internus hospitalis: « J'ai commencé à donner des « soins médicaux à Gildas Shink après son entrée à l'Hôpital vers le « 21 novembre 1899.... Dans la formule C, produite lors de l'admission « de Gildas Shink, on remarque que l'aliénation mentale dont souffrait « Gildas Shink, était considérée comme la première attaque; que les « premiers symptômes de cette attaque remontaient à dix huit mois : « que ces symptômes se sont manifestés sous la forme de chagrins à la « suite de la mort de sa première femme; que le trouble mental du « malade se manifestait particulièrement sous l'illusion que tous les bâti - « ments, qui passaient sur le fleuve en face de sa demeure, lui appar- « tenaient; en outre on signalait que parfois Gildas Shink refusait de « manger, prétendant que les aliments étaient empoisonnés et on ajoutait «qu'un de ses frères avait été alcoolique, et était mort dans un asile.... « Gildas Shink souffrait de la maladie dite " folie des dégénérés „, ... « d'après les renseignements officiels, la maladie remontait à dix-huit « mois. La lenteur, dans le développement de cette maladie, dépend des « cas présentés; chez un malade qui a des prédispositions, la maladie « peut se développer rapidement. Dans le cas de Gildas Shink, je crois « que la maladie s'est développée rapidement et a pris dès le debut, les « caractères de permanence ou d'acuité, qu'elle a actuellement. A l'épo- « que de son admission, on a constaté que la maladie était en pleine «évolution; elle n'a pas faite beaucoup de progrès depuis son entrée».

In idem porro consentiunt, quoad naturam progressivam infirmitatis mentalis, ceteri doctores. Medicus enim Michael Brochu, director seu ***surintendant médical*** hospitalis, qui Gildam primo inspexit anno 1903, deposuit: « Dans mon opinion, la très grande probabilité c'est que la « maladie s'est développée graduellement par une altération des idées « et la naissance ou la production d'illusions dans l'esprit du sujet, « plusieurs jours au moins, ou plusieurs semaines avant la maladie «confirmée.... Généralement (cette maladie prend) quelques semaines « ou quelques mois ». Doctor autem Simeon Balduc,qui Gildam cognovit ante suum matrimonium cum Dionisia: « Je ne puis pas dire quand ces « troubles ont commencé, je ne puis pas déterminer de temps, peut-être « quelques mois avant son mariage. Cette maladie a pris un certain temps; « elle s'est développée très lentement, peut-être pendant quelques an- « nées.... Il n'y a eu rien d'aigu dans le développement de la maladie ».

Quum igitur ex conspiranti sententia, eaque iurata, omnium medicorum, qui Gildam diversis temporibus inspexerunt aut cognoverunt, nullum dubium supersit Gildam ante ipsum matrimonium ea mentis infirmitate laborasse, qua nunc detinetur, quum nempe constet de amentia subsequenti et antecedenti, iure meritoque et amentia concomitans deducitur ex allatis per Card. Gasparri, loc. cit. etc.

Quinimo praesto sunt testimonia atque facta, et indicia ex quibus directe probatur Gildam suae mentis non fuisse tum ante matrimonium celebrandum, tum in ipsa celebratione matrimonii.

Primo quidem, ex concordi sententia doctorum Marois et Bélanger, excludendum est Gildam tempore matrimonii habere potuisse lucidum ut vocant intervallum, sufficiens ad valide contrahendum matrimonium ipsum. Ita doct. Marois: « A la date du mariage, dans l'état mental « d'alors de Gildas Shink, je n'admets pas la possibilité d'un intervalle « lucide suffisant pour accomplir un acte comme celui-là ». Et Bélanger: « Je ne crois pas (quod Gildas habere potuerit lucidum intervallum « sufficiens ad valide contrahendum), parce que les cas de maladie de « ce genre ne permettent pas de lucidité suffisante pour légitimer un « acte de cette importance ».

Porro Ioseph Shink, Gildae filius ex primo matrimonio, testatus est: « Mon père Gildas donnait des signes de folie depuis quatre mois envi- « ron quand il s'est marié avec Denyse Lacroix... Mon père faisait de « voyages, et voyait des choses étranges... Quand il voyait des bâtiments « sur le fleuve, il pensait que ces bâtiments lui appartenaient. 11 allait « à St Michel et il disait qu'il y avait là de bateaux-dragueurs qui lui « appartenaient. Mon père m'en voulait aussi : il me disait que j'attirais

« des gens autour de la maison. Cette folie a commencé environ quinze «jour après la mort de sa première femme... Mon père n'était pas « capable de faire les actes de la vie civile. Il n'était pas capable d'ac- « complir des devoirs religieux à cause de sa condition mentale... Quand « mon père s'est marié avec Denyse Lacroix, mon opinion était que mon « père était complètement fou. Mes parents avaient la même opinion... ».

Item Georgius Turgeon: « J'ai remarqué un dérangement dans ses « facultés mentales environ six mois ou un an avant son mariage avec « Denyse Lacroix... Lorsque Gildas était fou, il attelait son cheval et « se rendait aux chantiers Gilmour à la Pointe Levis et il disait que « tout ce qu'il y avait là, lui appartenait... Quelques mois avant son « mariage avec Denyse Lacroix, je ne crois pas que Gildas Shink pou- « vait administrer ses biens, ni faire les actes de la vie civile... Je ne « pense pas que Gildas Shink pouvait contracter un mariage valide ».

Item Honoratus Journeau: « La première fois que j'ai constaté un dé- « rangement dans les facultés mentales de Gildas Shink, ce fut à la mort « de sa première femme; il parlait avec M. Auguste Charrier, et il riait « d'une façon qui me faisait croire qu'il n'était pas bien... Quand il voyait « de navires sur le fleuve, Gildas Shink disait que ces navires lui apparte- « naient... Quelques mois avant son second mariage, je ne le considérais « pas capable d'administrer ses biens ni de faire des actes de la vie civile ... « Gildas Shink n'avait pas assez d'esprit pour se marier validement ». Et Adelârdus Turgeon: « Avant son mariage avec Denyse Lacroix, il y avait « à peu près six mois que Gildas Shink n'était pas bien ... Quelques « mois avant son mariage, Gildas Shink n'était pas capable de faire « les actes de la vie civile... Je ne le croyais pas capable de se marier ».

Quoad diem vero celebrationis matrimonii, medicus Balduc testatus est: « J'ai rencontré Gildas Shink quelque temps avant son second ma- « riage: j'ai causé avec lui; je sais qu'il a été veuf, mais je sais bien com- « bien de temps. Je suis allé chez lui: j'ai eu des conversations avec lui. « 11 est venu chez moi et il avait des idées excentriques sur certains « sujets. Ainsi, j'ai eu une conversation avec lui; il attendait, disait-il, un « bâtiment qui devait venir de l'Angleterre... Je me rappelle que lorsque « Gildas Shink est venu se marier avec Denyse Lacroix il était com- « plètement " hors de gonds „;.'. A l'époque de son mariage, c'est-à-dire « le 9 octobre 1899, je n'ai pas examiné Gildas Shink, mais par les « conversations que j'avais eues avec lui auparavant, et, en le voyant « venir ainsi se marier vêtu avec un habit de travail, j'ai conclu qu'il « était fou ». Et Narcisus Roy: « Gildas Shink était certainement fou et « troublé ; il l'était depuis environ un an. Pendant la célébration du

« mariage Gildas Shink n'a rien fait d'étrange ; mais après le mariage, « dans la sacristie Gildas Shink a manifesté des signes de démence en «voulant se sauver et ne pas signer les registres. Gildas disait que ce « n'était pas nécessaire de signer, il était marié et c'était suffisant. Sur » les instances très fortes de Mr l'Abbé Bureau, curé de Saint-Michel « et de mon père, Narcise Roy, sacristain, Gildas Shink s'est décidé de « signer. En arrivant à la sacristie, Gildas Shink avait l'air fou et por- « tait un costume des plus négligés ». Eadem porro, saltem quoad substantiam, confirmant Ioseph Shink et Honoratus Journeau.

Nec obstant ea quae egregius Substitutus Vinculi Defensoris opponit, nempe Gildam, etsi in imaginatione laesum, habitualiter tamen se bene habuisse, in communibus bene loquutum fuisse, ac quae humanae vitae sunt ordinaria bene gessisse, atque ex testimonio Parochi Bernier capacem fuisse vendendi aut emendi etc.

Ne enim repetamus ea quae supra disseruimus, ex actis constat Gildam in rebus gravioris momenti mentis compotem non fuisse, et ea quae lucida intervalla vocantur, in Gilda potius fuisse opinata et fucata, quam vera. Ita medicus Balduc: « D'une manière habituelle, Gildas « répondait bien dans les choses ordinaires; mais si on Pinterrogait sur « des choses importantes, il déraisonnait... ». Id porro fiebat etiam postea, quando actum est de eo includendo in amentium asylo, ut testatur ipse Balduc: « Quand j'ai examiné Gildas Shink, je me suis basé « sur sa conversation troublée. Gildas Shink n'était pas complètement « fou ou idiot. Quand je lui posais des questions élémentaires, il répon- « dait assez bien, comme les autres fous. Mais sur certains sujets, il « pouvait parler d'une manière sensée. Quand on lui parlait d'affaires « sérieuses, alors il déraisonnait et parlait de ses spéculations ».

Ceterum etiam nunc potest, ut testatur doctor Brochu « faire encore « des actes suivis pour certaines choses matérielles, certains soins maté- « riels, qu'il fait assez régulièrement bien », quin tamen concludi possit eum dumtaxat extenuationem mentis pati, non autem amentem esse.

Nec officit quod doctor Balduc dixerit Gildam non fuisse « complè- « tement fou ou idiot », et non potuisse neque affirmare neque negare eum valide contraxisse matrimonium. Nam ipse doctor Balduc iam coneluserat. Gildam die celebrationis matrimonii suae mentis non fuisse: «j'ai conclu qu'il était fou ». Quod autem valide necne contractum fuerit, matrimonium, iudicis non medici est pronunciare.

Quoad vero lucida intervalla ante matrimonii celebrationem, ea fuisse fucata non vera confirmant testes. Ita Georgius Turgeon: « Avant « son mariage, Gildas Shink raisonnait assez bien quand il se trouvait

« avec des étrangers. Cette lucidité ne durait pas longtemps: pendant «cinq au six minutes il raisonnait comme avant sa maladie: immédiatement après il commençait à déraisonner». Honoratus Journeau: « Avant son mariage, quand on abordait Gildas Shink pour converser, « ses premières paroles étaient sensées, puis de suite il se mettait à « divaguer ». Et Adelardus Turgeon: « Avant son mariage, quand^Gildas « Shink se trouvait surpris, il parlait d'une manière sensée, mais il se « mettait à déraisonner immédiatement ».

Nec relevat quod parochus Beraier putaverit Gildam capacem valide contrahendi matrimonium. Id enim arguebat ex eo quod Gildas: « con--« duisait bien sa maison, ses affaires; il travaillait bien à sa ferme... il « était capable de vendre ou d'acheter d'une manière intelligente ». Nam ut praetermittamus ea quae supra disseriiimus de capacitate complendi •materialiter quaedam acta minoris momenti, ut sunt acta supra recensita emptionis eorum, quae ad culturam sui agri pertinebant, et venditionis fructuum agri sui, prout fatetur ipse parochus: « c'était un tout « petit commerce », veram et propriam capacitatem explendi humano modo actus civiles in Gilda denegant quamplures testes supra relati, ut Adelardus Turgeon, Georgius Turgeon et Honoratus Journeau, qui significanter testatus est: « Quelques mois avant son second mariage, « je ne le considérais pas capable d'administrer ses biens, ni de faire « des actes de la vie civile. Gildas Shink vendait ses produits: je ne le « trouvais pas capable de faire une administration responsable ».

Constat igitur Gildam Shink suae mentis non fuisse quum matrimonium contraxit, ideoque invalide contraxisse.

Quibus omnibus in iure et in facto perpensis, Nos infrascripti Auditores de turno, pro tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi nomine invocato, decernimus, declaramus et sententiamus ***constare de matrimonii nullitate in casu,*** seu ad propositum dubium respondemus: ***Affirmative.***

Quare mandamus Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, ad normam lib. IV, tit. XVII, ***Codicis Iuris Canonici.***

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 23 decembris 1918.

Ioannes Prior.
L. £8 S. Aloisius Sincero, ***Ponens.***
Fridericus Cattani-Amadori.

Ex Cancellaria S. R. Rotae, die 18 feb. 1919.

Sac. T. Tani, ***Notarius.***

ACTA OFFICIORUM

SECRETASIA STATUS

EPISTOLA

AD GULIELMUM S. R. E. CARD. VAN ROSSUM, S. CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE PRAEFECTUM, CIRCA PONTIFICIUM OPUS A S. PETRO APOSTOLO PRO CLERO INDIGENA TN SACRIS MISSIONIBUS EFFORMANDO.

Emo e Revmo Signor mio Ossmo,

Non ho d'uopo dire a V. E. quanto il Santo Padre abbia a cuore la formazione del clero indigeno, che sia capace di coprire man mano i vuoti immensi dello scarseggialite numero dei Missionari e raccolga più larga messe di conversioni mercè un più facile adito negli animi degli infedeli, con i quali ha comune la patria, la lingua e l'indole. Egli è perciò che, fin dal. °*28* maggio dello scorso anno, Sua Santità si era degnata disporre che io inviassi una lettera al Direttore Generale della Santa Infanzia per esprimere a quella benemerita Opera un elogio e un incoraggiamento augusto.

Un elogio per gli annui sussidi che l'Opera della Santa Infanzia suole erogare per mantenere in Seminario alcuni dei fanciulli da essa salvati, che diano serio affidamento di essere chiamati al sacerdozio: un incoraggiamento a continuare, con intensificato ardore, in questa ardua via, la cui meta è certo di grandissima importanza per la propagazione del Santo Vangelo.

All'uopo raccomandavo al Direttore di chiedere esplicitamente l'obolo dei soci della Santa infanzia anche per questo santo scopo; e onde affluissero più eopiosi i sussidi, avevo il piacere di inviargli con la stessa lettera il dono generoso di cinquantamila lire, con cui il Santo Padre si degnava incoraggiarne l'iniziativa.

Monsignor De Teil, Direttore Generale della Santa Infanzia, si mostrò ben felice di questo incarico, ed espresse al Santo Padre la sua profonda riconoscenza per il più vasto campo di apostolato che la

fiducia pontificia apriva all'opera della Santa Infanzia. Se non che l'opera della formazione del clero indigeno è ora venuta ad assumere un'importanza essenziale nel piano missionario tracciato dall'Enciclica del 30 novembre scorso ***Maximum illud.***

Non potendo quindi la Santa Infanzia attendervi ormai da sola con premura, ampiezza ed intensità di azione, senza venir meno al suo scopo primario, il Santo Padre, d'accordo con Monsignor De Teil, **è** venuto nella determinazione di affidare all'Opera, di San Pietro Apostolo, già sorta con questo scopo, l'incarico di raccogliere sussidi in tutto il mondo per il fine sopradetto, e di provvedere con essi, sotto la dipendenza della Sacra Congregazione di Propaganda Fide, all'educazione e alla formazione del clero indigeno delle Missioni.

Ciò posto, Sua Santità mi incarica di trasmettere qui unite all'Eminenza Vostra Revma le cinquantamila lire che erano già state inviate alla Santa Infanzia, affinchè figurino come prima offerta pontificia alla importantissima Opera di San Pietro Apostolo^

L'Eminenza Vostra conosce quali voti ardenti l'Augusto Pontefice nutra nel Suo cuore di Vicario di Gesù Cristo perchè l'Opera di San Pietro si organizzi e si sviluppi quanto prima in ogni diocesi, mettendosi così in grado di concorrere col desiderato successo alla formazione del clero indigeno. Sua Santità invoca sull'opera provvidenziale una particolarissima assistenza divina-, ed imparte di gran cuore ai direttori, ai soci, ai benefattori tutti dell'Opera di San Pietro Apostolo e spe* cialmente all'Eminenza Vostra l'apostolica benedizione.

Nella fiducia che l'esempio e il desiderio del Santo Padre suscitino nei cattolici di tutto il mondo una nobile gara di carità e di apostolato intorno all'Opera di San Pietro, mi onoro professarmi con profonda venerazione

di Vostra Eminenza Revrña

Dai Vaticano, li 10 giugno 1920.

Umilino, Devino servitor vero

P. CARD. GASPARRI.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE CONCISTORIALE

AVVISO

Per norma del Clero, si fa noto ehe il sacerdote Onofrio Cassarà della Diocesi di Mazzara del Vallo, ma da parecchi anni senza il consenso del Vicariato residente in Roma, non è per niente autorizzato dalla S. Congregazione Concistoriale ad esercitare l'ufficio di Agente ecclesiastico.

S. CONGREGAZIONE DEI RITJ *

Martedì 8 Luglio 1920, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Rmi Signori Cardinali e col voto dei Rmi Prelati Officiali e dei Consultori teologi, componenti la S. Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione ***Preparatoria*** per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dal Ven. Servo di Dio Antonio Maria Claret, arcivescovo di S. Giacomo di Cuba, poi di Traianopoli, Institutore della Congregazione dei Missionari Figli dell'Immacolato Cuore di Maria Vergine.

Martedì 27 Luglio 1920, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione ***Ordinaria*** dei Sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi e Revmi Signori Cardinali, componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

1) Inlroduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Servo di Dio Andrea Bel trami, Sacerdote della Pia Società Salesiana;

2) Intorno al dubbio: Se la festa di S. Efrem Siro, con il titolo di Dottore, debbasi estendere alla Chiesa Universale insieme all'Officio e Messa propria.

3) Intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Giovanni Duns Scoto, Sacerdote professo dei Frati Minori, da tempo immemorabile venerato con il titolo di Beato o Santo.

4) E parimenti intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Corrado da Parzhan, Laico professo Cappuccino.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

1 luglio 1920. Il Rev. Sac. D. Giuseppe Zaccarella, ***Minutante della Segreteria di Stato (Sezione Affari Ordinari).***

» » » L'Emo sig. Card. Antonio Vico, ***Protettore della Società di Maria Riparatrice.***

» ». » L'Emo sig. Card. Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, ***Protettore delle Suore di S. Filippo Neri, aventi la Casa Madre a Sarrià (Spagna).***

3 » » L'Emo sig. Card. Oreste Giorgi, ***Protettore delle Terziarie di S. Francesco d'Assisi e dell'Immacolata Concezione, aventi la Casa Madre a Valencia (Spagna).***

5 » » Mons. Giovanni Battista Vallega, ***Uditore di Nunziatura di prima classe.***

13 » » L'Eöio sig. Card. Antonio Vico, ***Protettore delle Serve di Maria.***

17 » » L'Emo sig. Card. Augusto Silj, ***Protettore delle Figlie di Maria Immacolata di Reggio Calabria.***

26 » » Il Rino P. Lorenzo di S. Basilio dei Carmelitani Scalzi della Provincia Romana, ***Consultore della S. Congregazione del S. Offizio.***

27 » » L'Emo sig. Card. Teodoro Valfrè di Bonzo, ***Protettore dell'Istituto delle Pie Signore dette della Casa di Nazareth, in imitano.***

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare :

Assistente al Soglio Pontificio:

27 giugno 1920. Mons. Carlo Garcia Irigoyen, vescovo di Trujillo.

Protonotari apostolici ad instar participantium :

7 aprile 1920. Mons. Antonio Hillebrand, dell'archidiocesi di Oregon.

11 giugno » Mons. Francesco Saverio Ross, della diocesi di S. Germano di Rimouski.

16 » » Mons. Cesare Boccoleri, della diocesi di Chiavari.

20 » » Mons. Patrizio J. Hartigan, dell'archidiocesi di Kingston.

20 giugno 1920. Mons. Eugenio Oiaez, della diocesi di Leon nel Messico.
6 luglio » Mons. Giorgio Kaupert, della diocesi di Brooklyn.
15 » » Mons. Giacomo Garrote y Amigo, della diocesi di Avana.

Prelati Domestici di S. S. :

11 giugno 1920. Mons. Romualdo Filippo Sylvain, della diocesi di S. Germano di Rimouski.
» » » Mons. Carlo Alfonso Carbonneau, della medesima diocesi.
28 » » Mons. Giovanni Healy, dell'archidiocesi di Adelaide.
30 » » Mons. Francesco Saverio Arato, della diocesi di Teggiano.
3 luglio » Mons. Federico Lech, della diocesi di Lussemburgo.
5 » » Mons. Francesco Morelli, della diocesi di Aquino. •
7 » » Mons. Luigi Sepulveda, della diocesi di Leon nel Messico.
» » » Mons. Michele Gabriele Flannerj, della diocesi di Brooklyn.
» » » Mons. Giacomo I. Coan, della medesima diocesi.
» » » Mons. Felice Turchetta, della diocesi di Pontecorvo.
9 » » Mons. Antonio Cimmino, dell'archidiocesi di Napoli.
12 » » Mons. Enrico Perez Serantes, della diocesi di Cienfuegos.
15 » » Mons. Amedeo Lercaro, dell'archidiocesi di Genova.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

La Commenda deìV Ordine Piano :

2 luglio 1920. Al sig. Michele Lasso de la Vega, dell'archid. di Siviglia.
31 » » Al sig. marchese Luigi Antici Mattei, esente della Guardia Nobile Pontifìcia.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

20 luglio 1920. Al sig. barone Ottone De Ritter De Gruenstein, Ministro di Baviera presso la S. Sede.

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile :

25 giugno 1920. Al sig. marchese Giulio Negrone, dell'archid. di Genova.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

25 giugno 1920. Al sig.'cav. Salvatore Parisi, di Roma.
9 luglio » Al sig. conte Carlo Olivieri de Vernier, dell'archidiocesi di Torino.

12 luglio 1920. Al sig. Pietro Van Zuylen, già segretario della Legazione del Belgio presso la S. Sede.
» » » Al sig. conte Pio Ranuzzi de Bianchi, dell'archidiocesi di Bologna.
20 » » Al sig. avv. Pasquale Baldi, di Roma.
31 » » Al sig. conte Carlo Fiacchi, cadetto della Guardia Nobile Pontificia.
» » » Al sig. nobile Francesco Alessandroni, cadetto della Guardia Nobile Pontificia.
» » » Al sig. marchese Carlo Sacripante, cadetto della Guardia Nobile Pontificia.
» » » Al sig. marchese Ignazio Honorati, cadetto della Guardia Nobile Pontificia.

lì Cavalierato dell'Orarne di S. Gregorio Magno, classe civile:

22 giugno 1920. Al sig. Fernando Angelucci, di Roma.
26 Al sig. Agostino Diorio, di Roma.
29 Al sig. Andrea Chiocca, di Roma.
5 luglio Al sig. Federico I. Smith, dell'archidiocesi di S. Andrea ed Edimburgo.
Al s g. Martino A. Metzner, della diocesi di Brooklyn.
Al s g. Giuseppe 1. Keany, della medesima diocesi.
Al s g. Tommaso E. Murray, della medesima diocesi.
Al s:g. Giovanni E. Baxter, della medesima diocesi.
Al s g. prof. Augusto Morelli, di Roma.
9 Al s g. Felice Fighiera, della diocesi di Nizza.
14 Al s:g. Guglielmo Giovanni M. Marcelis, di Rotterdam.
17 •Al s:g. Emilio Bailly, dell'archidiocesi di Reims.
19 Al s:g. dott. Giuseppe Reynders, di Bruxelles.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

,26 giugno 1920. Al sig. Andrea Sellini, aiutante sott'ufficiale della Guardia Palatina d'onore.

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

4 giugno 1920. Al sig. Cristiano Thierry Schuller de Peursum, già Segretario della Legazione di Olanda presso la S. Sede.
25 » » Al sig. cav. Pietro Buttarelli, già capitano della Guardia Palatina d'onore.
» » » Al sig. cav. Ettore Mascari, già capitano della Guardia Palatina d'onore.

25	***giugno***	***1920.***	Al sig. cav. Pietro Morgante, già capitano della Guardia Palatina d'onore.
26	»	»	Al sig. cav. Guglielmo Franchi, di Roma.
20	***luglio***	»	Al sig. Giuseppe Grazioli, di Roma.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

25	***giugno***	***1920.***	Al sig. Antonio Candoli, di Roma.
26	»	»	Al sig. Leonardo Frenguelli, custode del Museo Vaticano.
»	»	»	Al sig. Ettore Piersanti, custode del Museo Vaticano.
1	***luglio***	»	Al sig. Giovanni M. Mac Cabe, della diocesi di Superior.
2	»	»	Al sig. Apostolo Perpignani, di Volo in Tessaglia.
»	»	»	Al sig. Pericle Apostolides, di Volo in Tessaglia.
»	»	»	Al sig. Giulio Cesare Vianelli, di Larissa in Tessaglia.
»	»	»	Al sig. Giovanni Emanuele Robles, della diocesi di Leon.
12	»	»	Al sig. Remo Danesi, di Roma.
»	»	»	Al sig. Giuseppe Danti, di Roma.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rina Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

20	***marzo***	***1920.***	Mons. Giovanni Oliveira Mattos, della diocesi di Guarda.
15	***giugno***	»	Mons. Nicola Leone, dell'archidiocesi di Napoli.
26	»	»	Mons. Giuseppe Assoni, dell'archidiocesi di Torino.
»	».	»	Mons. Guglielmo J. Maguire, della diocesi di Brooklyn.
»	»	»	Mons. Enrico J. Zimmer, della medesima diocesi.
»	»	»	Mons. Giacomo J. Corrigan, della medesima diocesi.
»	»	»	Mons. Giovanni Mossa, dell'archidiocesi di Torino.
30	»	»	Mons. Michele Carriero, della diocesi di Ostuni.
12	***luglio***	»	Mons. Stefano Madaràsz, dell'archidiocesi di Strigonia.
»	»	»	Mons. Michele Török, della medesima archidiocesi.
13	»	»	Mons. Paolo T. Noya, della diocesi di Cienfuegos.
15	»	»	Mons. Luigi A. Mena, dell'archidiocesi di S. Domingo.
»	»	»	Mons. Virgilio Molflno, dell'archidiocesi di Genova.
17	»	»	Mons. Ernesto Filippi, della diocesi di Poggio Mirteto.

24 luglio 1920. Mons. Ugo Aiuti, della diocesi di Urbino.
» » » Mous. Odoardo Petrangolini, della medesima diocesi.
26 » » Mons. Giuseppe Kubiza, della diocesi di Gurk.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerarii di S. S.:

7 giugno 1920. Il sig. marchese Carlo de Lara y Guerrero, della diocesi di Madrid Alcalá.
» » » Il sig. marchese Enrico de Lara y Guerrero, della medesima diocesi.
» » » Il sig. marchese Giuseppe Romero Lerroux y Juseu, della medesima diocesi.
» » » Il sig. Ramon Pidal, Lobatón, Rebollo y Aranda, della medesima diocesi:

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S

26 giugno 1920. Mons. Angelo De Theo, della diocesi di Foggia.
28 » » Mons. Sebastiano Thill, dell'archidiocesi di Colonia.
12 luglio » Mons. Sebastiano Felici, dell'Abazia di San Paolo fuori le mura,

Camerieri d'onore di Spada e Cappa Sopr. di S. S. :

16 luglio 1920. Il sig. Gervasio Elwes, della diocesi di Northampton.
28 » » 11 sig. Ladislao .Jaroszynski, della diocesi di Luceoria e Zytomierz.
» » » Il sig. Sigismondo 'Czer whiski, della medesima diocesi.

NECROLOGIO

SO giugno 1920. Mons. Fabiano Laudi, vescovo titolare di Thenaro, vicario apostolico dell'Hu-Pè occiduo-settentrionale.
_ luglio » Mons. Francesco Planearte y Navarrete, arcivescovo di Linares (Messico).
14 » » Mons. Augusto Edoardo Nunes, arcivescovo di Evora (Portogallo).
27 » » Mons. Tommaso Nörber, arciv. di Friburgo di Brisgovia.

Annus XII - Vol. XII 1 Septembris 1920 Num. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

EPISTOLAE

AD RR. PP. DD. IACOBUM AUGUSTINUM, ARCHIEPISCOPUM S. ANDREAE ET EDELBURGEN., CETEROSQUE SCOTIAE EPISCOPOS: DE URBANO SCOTORUM COLLEGIO TUENDO ET AMPLIFICANDO.

Venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Optime profecto et immortaliter meruisse de natione vestra dicendus est Decessor Noster Clemens VIII, condito in hac alma Urbe Collegio Scotorum ob eam quidem causam, ut delecti adolescentes bonae spei, cum ibi ad sacra rite instituti essent, redeuntes in patriam sacerdotes sempiternae -civium suorum saluti providerent. Etenim qui ex ea disciplina usque adhuc prodierunt sacrorum administri, iis magnas utilitates debet acceptas referre Scotia; debet in primis quod in illa superiorum temporum infelicitate, cum tantopere divexaretur publice catholica fides, non funditus penitusque eam amisit. At vero, quominus id Collegium omnem fructuum copiam quae sperari poterat, efferret, rei familiaris angustiae prohibuerunt, quibus mature laborare coepit. Instruxit illud quidem idoneis reditibus Clemens conditor: sed ii variis subinde casibus sensim imminuti sunt adeo, ut maxima ex parte demum defecerint. Nec ceteroquin opportunum subsidium exspectandum erat ab ista Ecclesia, quae summis tum difficultatibus conflictabatur. Quod si sub initio saeculi superioris apud vos, augescente fidelium numero, licuit rei catholicae a,b illa diuturna vexatione respirare et aliquem in dies progressum ad

meliora facere, non tamen urbano huic Collegio melius est factum, cuius rationibus plane exitiosa et fatalis accidit Europaei belli calamitas. Itaque Nos, de hac sane gravi causa solliciti, haud ita pridem vos, venerabiles fratres, per collegas vestros duos, qui Apostolorum ***limina*** visitatum adierant, vehementer hortati sumus, ut de ope huic nationis vestrae Collegio ferenda communiter Scotos catholicos appellantis. Rei successus, Deo favente, vicit exspectationem Nostram : siquidem ea pecuniae vis est a vobis, stipes corrogando, collecta, quae et facultatem Collegio dederit ad se aere alieno liberandum, et fecerit etiam ut ipsum posthac esset solvendo. In quo cum sedulitas et instantia vestra, venerabiles fratres, tum fidelis populi, praesertim tenuiorum ordinum, est largitas dilaudanda: compertum est enim eam summam maxime esse ex operariae plebis collatione confectam. - Iam reliquum est, ut de hoc tantae opportunitatis Instituto non solum tuendo, sed amplificando cogitetis. Omnino enim oportet ipsum ad Ecclesiae istius incrementa tum respondere, tum etiam conducere; ob eamque rem necesse est ad eius opes tantum adiungi, unde eum alumnorum numerum queat sustentare, qui satis esse videatur. Id vos effectum dare- pro vestra sollertia et diligentia pastorali nitemini, stimulos scilicet admoventes propensissimae vestrorum voluntati: nec dubitandum quin operam posituri in hoc sitis valde frugiferam. Sed quia res eo succedet uberior, quo fuerit ordinatio^ ideo cupimus optamusque, ut singuli vos ipsi vestrum clerum quotannis huius adiutandi Collegii admoneatis; populum autem per sacerdotes vestros item quotannis in singulis Scotiae missionibus admonendum curetis. Qui vero has ad populum contiones habebunt, nimirum explicabunt diligentius, quae sit haec Romana Scotorum domus, quis eius finis, quid utilitatis inde iam Scoti acceperint, et quantum eorum intersit, usque magis eam florere. Equidem, explorata fidelium e Scotia pietate ac studio erga hanc Apostolicam Sedem, pro certo habemus eos optatis Nostris cumulate satisfacturos, modis omnibus ornando urbanum suae gentis clericorum Collegium, in quo singulare ipsorum cum Ecclesiae catholicae Capite coniunctionis vinculum consistit. - Auspicem autem divinorum, quae precamur, munerum, eandemque summae benevolentiae Nostrae testem, apostolicam benedictionem vobis, venerabiles fratres, et clero populoque vestro amantissime impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xxv mensis iulii, in festo S. Iacobi Apostoli, MCMXX, Pontificatus Nostri anno sexto.

BENEDICTUS PP. XV

II

AD R. P. D. IACOBUM STAMMLER, EPISCOPUM BASILEENSEM ET LUGANENSEM, CETEROSQUE EPISCOPOS HELVETIAE: COMMUNIBUS LITTERIS RESPONDENS EX COETU LUCERNENSI DATIS, SACRUM SEMINARIUM IN URBE CONDENDUM ENIXE COMMENDAT.

Venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem.— Libenter admodum comperimus ex suavissimis litteris, quos coniunctim ex coetu Lucernensi nuper habito ad Nos dedistis, in animo vobis fuisse Luganum hoc anno convenirent fraternam erga Dauliensem Episcopum, collegam vestrum, significamus caritatem ; siquidem magni eum facimus Nosmet ipsi ob eximias, quibus nitet, virtutes ac praesertim ob studium animarum; cumque ipsius infirmitas prohibuerit quominus illuc congregaremini, enixe vobiscum Deum precamur ut idem, in Luganensis ecclesiae bonum, quantocius convalescat. Quod vero ad statum rei catholicae in Helvetia pertinet, multiplex sane causa est cur inde solatium aliquod in cotidianis curis capiamus. Imprimisque, gratum quidem acceptumque habemus summum istud obsequium, quo vos, non solum in partem venitis Nostrarum sollicitudinum, sed etiam ea omnia quae ad communem salutem vel discenda tradimus, vel suademus agenda, diligenter amplectimini ; ista enim mentium et voluntatum consociatio certam Nobis spem facit, coniuncta etiam fore omnium studia in iis exsequendis quae ad defensionem Fidei pietatisque incrementum a vobis, collatis consiliis, scita sint vel fuerint. Ipsi videtis quam necesse sit ut, in tanta iniquitate temporum, sacrorum Antistites magnopere allaborent, unitis viribus, in propulsandis improborum insidiis, maximeque socialistarum, qui mirificam quandam ac fallacem inopibus ostentantes humani convictus instaurationem, moliuntur cuncta miscere ac simul cum civili cultu religionem moresque labefactare. Ad huiusmodi refellendos errores plurimum conferet si optimus quisque de clero ac populo, hortatu vestro, aeterna inculcet, verbis scriptisque edendis, christianae sapientiae principia, quae quidem in usum deducta, perpetuo cum virtutum laudes tum prosperitatem civitatibus pepererunt. De optato autem vestro, ut scilicet consuetudo renovetur celebrandi inter nationes Eucharisticos Conventus, id profecto pastorali sollertia vestra dignum est; etenim nihil magis conducit ad christianam gentium reconciliationem, quam diffusa usquequaque Sacramenti augusti

religio, in quo ipse ***Rex pacificus,*** ab omnibus colitur, qui est ***via, veritas et vita :*** idcirco vehementer velimus ut hoc sanctum propositum ad effectum quam primum adducatur. Iamvero Nobis quoque, venerabiles fratres, res est in optatis pulcherrima, cum qua magnum coniungitur religiosum Helvetiae emolumentum. Probe nostis quam mirabiles praebeant utilitates ea clericorum collegia quae in urbe Roma a variis nationibus saeculorum cursu condita sunt: ex iis enim continenter sacerdotes optimi, a scientiis et pietate instructi, alii ex aliis in patriam revertentês, ad fovendum augendumque in suis civibus una cum fide singulare quoddam studium erga Apostolicam hanc Sedem magnopere conferre consueverunt: erga eam, inquimus, Romanam Ecclesiam ad quam, ut ipsi recte scribitis, sancto Irenaeo admonente, ***propter potiorem principalitatem necesse est omnem convenire ecclesiam.*** Verum in tam e gregio exterorum iuvenum tamquam sacro certamine, helvetici omnino desiderantur alumni, qui quidem, ut ceteri, sub ipsis Pontificis Summi oculis atque hac in sede christianarum antiquitatem celeberrima, rite ad omne studiorum genus instituantur. Valde igitur instetis oportet, venerabiles fratres, ut sacrum Helvetiorum Seminarium per vos Romae excitetur, in quo, Episcoporum auspicio ductuque, moderante autem helvético Rectore ab eisdem designando, bonae spei adulescentes, ex variis istis dioecesibus nationibusque, altiores ediscant philosophiae, theologiae iurisque canonici disciplinas, et quicumque de clero vestro fortasse Urbem petent, hospitio amice recipiantur. Ad rem gerendam, occasio datur, si unquam alias, praeclarissima; dum Nosmetipsi, qua sumus erga vestrates voluntate propensa, pro viribus id coeptum iuvare parati sumus; dum restituta per hos dies, uti audistis, apud vos Legatione Apostolica, arctior officiorum ac necessitudinum cursus Nobis cum ista Republica feliciter intercedit, et denique boni omnes, utpote a belli detrimentis incolumes, promptiores forent huiusmodi instituto opitulari. Itaque res tota, post Deum, navitati industriaeque vestrae commendata est: quae quidem cum Nobis sit probe cognita, laeti futurum esse confidimus ut saluberrimum coeptum actuose perficere ne dubitetis. Atque opportuna auxilia a Deo vobis implorantes, in auspicium caelestium munerum itemque ut praecipuae benevolentiae Nostrae pignus, vobis, venerabiles fratres, universoque clero ac populo unicuique vestrum concredito, apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xxv mensis augusti MCMXX, Pontificatus Nostri anno sexto.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Decretis S. Congregationis Consistorialis, Ssmus Dominus Noster Benedictus Pp. XV has, quae sequuntur, ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

28 iunii 1920. — Titulari episcopali ecclesiae Cidyessensi praefecit R. P. D. Natalem Gabrielem Moriondo, hactenus episcopum Cuneensem.

28 iulii. — Titulari archiepiscopali ecclesiae Cabasitanae R. P. D. Alexium Lemaître, hactenus episcopum Sitifensem et vicarium apostolicum Saharensem, eumque deputavit in Coadiutorem R. P. D. Bartolomaei Clementis Combes, archiepiscopi Carthaginensis.

30 iulii. — Cathedrali ecclesiae Ebroicensi R. Dnum Constantinum Chauvin, vicarium generalem Rmi Episcopi Vallis Vidonis.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

TOLETANA ET ALIARUM

SERVITII CHORALIS

Die 10 iulii 1920

SPECIES FACTI. — In Hispania vetus consuetudo, plus quam centenaria, retinet tamquam residentes ad effectus lucrandi praebendae fructus, eos omnes beneficiarios chorales, qui una etiam tantum hora canonica quovis die choro assistant. Hinc est, ut hi omnes, qua die uni etiam tantum chorali horae intersunt, tuerentur fructus praebendae diei respondentes et distributiones respondentes horae praesentiae, amittentes itaque solas distributiones respondentes horis absentiae.

Promulgato nuper Codice, plura dubia exorta sunt circa valorem praefatae consuetudinis et circa consectaria, quae ex varia resolutione

huius quaestionis sunt deducenda. Dubia haec ad S. Sedem deferre merito voluerunt Emus Archiepiscopus Toletanus et Episcopus Legionensis, tum ut authentica haberetur decisio, cui omnes varie sentientes stare deberent, tum ut quaestiones huiusmodi/nimio forsan ardore exagitatae, quiescerent tandem et non eo usque devenirent ut pax et concordia in clero servanda detrimentum aliquod pateretur.

Plura ad rem in utriusque Antistitis litteris exponuntur, quae tamen omnia pendunt ex praeiudiciali quaestione de valore enunciatae memorialis consuetudinis. Super his itaque exquisitum est votum Consultoris, qui rem universam breviter et dilucide confecit. Praestat igitur idem votum ex integro subnectere.

VOTUM CONSULTORIS. — I. De exsistentia istius consuetudinis et de eius antiquitate non est ambigendum. Non solum enim eam nobis testatur Emus Archiepiscopus Toletanus, sed de ea iam loquuntur tamquam de consuetudine ab antiquo tempore vigente antiquiores canonistae, ut Reiffenstuel (f 1703), Garcia (f post ann. 1613) et alii.

Antiquiores hi Doctores eam validam habuerunt; Sufficiat testem adducere Reiffenstuel, qui (in 1. III, tit. 4, n. 112) scribit: « Addit Theo- « dosius Rubeus ***(Disceptationes forenses Stephani Gratiani,*** c. 298), quem « refert Barbosa ***(De off. et pot. Episc,*** p. III, all. 53, n. 133), quod cano- < nici non possint iuvari aliqua consuetudine, quin teneantur omnibus « septem horis inservire. Verum Garcia ***(De benef.,*** p. III, c. 2, n. 330) « asserit istud non servari, nec esse receptum in Hispania, in cuius « ecclesiis communiter lucrifit grossa seu praebenda residendo una hora: « quae consuetudo videtur valere (Caesar de Grassis, decis. 116, n. 8), « et potest sustineri (inquit Garcia, cit. num. 330), saltem dum per superi riorem aut per Capitulum non sit aliud ordinatum ». - Et hoc, ut bene advertit hic Reiffenstuel, a Garcia adscribitur facto, quod in Hispania Conc. Tridentinum in hoc puncto non fuerit receptum. Garcia enim admittit omnino doctrinam communem in hypothesi non exsistentis consuetudinis, secundum quam ad computandos dies residentiae requiritur ut beneficiarius intersit integro officio diei et omnibus horis canonicis. Imo affirmat hoc idem constare ex Concilio Tridentino et ex pluribus declarationibus S. Congr. Concilii quas allegat, sine mentione tamen mensis et anni. Ex allegatis autem his responsionibus una est, in qua dicitur: « Interessentia, de qua in hoc decreto, debet esse « in omnibus diebus et horis officiis divinis interesse et inservire, praeterquam in tribus mensibus singulorum annorum, nisi Ecclesiae « constitutiones longius servitii tempus requirant » (loc. cit., n. 325).

Audit autem (loc. cit., n. 329): « Quin imo amplius voluit S. Congregatio « non valere statutum seu consuetudinem, ut praebenda vel grossa « lucrifiat interessendo una vel duabus horis aut minori tempore novem «mensium, ut in declarationibus sequentibus: "Non valet statutum, « ut una hora vel duabus interessentes lucrentur massam grossam «sive praebendam, amissis distributionibus quotidianis,,».

Quanti autem facienda sit ratio a Garcia hic adducta ad cohonestandam praxim hispanicam, Concilium scilicet Tridentinum quod ad hoc punctum non fuisse ea in regione receptum, non iuvat hic multis disputare. Unicum enim habere videtur sensum probabilem, aut melius non illico improbandum, eam scilicet valere vi contrariae consuetudinis. Verum advertendum est, « consuetudinem abessendi a choro utpote « adversam chorali disciplinae, nullius roboris esse saepe saepius cen- « suisse S. Congregationem », ut asserit Pallottini ***(Collectio*** v. Canonici, § 9, n. 201). Quare videtur optimo iure potuisse scribere de Herdt ***(Praxis capitularis,*** c. 28, § 8, III): « Quapropter qui quolibet die alicui horae « cúlpate non intererit, reputabitur absens ea ipsa die quoad mulctam « fructuum suae praebendae, quamvis lucretur distributiones pro ceteris «horis quibus praesens erit».

Relinquendo autem nunc antiquam disciplinam, et considerationem nostram ad praescripta Codicis convertendo, videndum breviter est, quid secundum ea de praxi hispanica sit sentiendum.

Porro habemus canonem 414 praescribentem omnes chorales beneficiarios debere divina officia, quae comprehendunt psalmodiam horarum canonicarum (omnium profecto) et celebrationem cum cantu Missae conventualis (c. 413), in choro persolvere singulis diebus: « Omnes et «singuli qui chorale beneficium obtinent, tenentur in ipso choro divina « officia persolvere singulis diebus* nisi servitium per turnum a Sede « Apostolica aut fundationis legibus fuerit indultum ».

Habemus praeterea canonem 1475, § 1, in memoriam revocantem et positiva lege confirmantem praeceptum, lege ipsa naturali vigens, debere beneficiarium onera beneficio annexa, ad quae explenda fruitur iuribus beneficialibus et praebenda, fideliter adimplere: « Beneficiariis « tenetur peculiaria onera beneficio annexa fideliter adimplere et prae- « terea canonicas horas quotidie recitare ».

Certum pariter est beneficiarios ad residentiam obligatos attento antiquo iure, non censeri residentes, nisi officia beneficio annexa persolverint, quum ab ipsis non materialis quaelibet residentia, sed formalis requiratur. Antiquum hoc ius nedum a Codice immutatum fuerit, dicendum est confirmatum, si attendamus ad praescripta canonis 6, nn. 2-4.

Ex his omnibus facile deducitur et evidenter beneficiarios chorales, qui hispanicam praxim sequuntur, ad mentem iuris, etiam Codicis, non esse habendos veluti residentes;'eos proinde, attento iure communi, incurrere poenas non residentium, quae a Codice feruntur in can. 2381.

Excusari autem ab his sequelis unice possunt ratione consuetudinis. Quare tota quaestio ad valorem istius consuetudinis restringitur. Praescindamus a quaestione num consuetudo haec ad normam antiqui iuris legitima dicenda esset; supervacaneum enim esset hoc quaerere. Certe si illegitima esset habenda, ne suspicari quidem potest eam a Codice robur obtinuisse.

Supponamus igitur praxim istam usque ad Codicem fuisse legitimam, et inquiramus, an, Codice promulgato, in sua legitimitate et vi manere dicenda sit. De consuetudinibus canonibus contrariis, quae ante Codicem vigebant, agit canon 5, qui eas in duplicem classem dispertitur: in eas scilicet, quae a Codice ***reprobantur,*** et in eas, quae non reprobantur. Hae, si centenariae sint vel immemoriales, possunt ab Ordinario tolerari, quando is existimet non posse eas facile submoveri; illae corrigendae sunt, licet immemoriales.

Consuetudo, de qua hic agitur, pertinetne ad primam vel ad alteram classem ? Et puto dicendum pertinere ad primam seu ad consuetudines ***reprobatas.*** Habemus enim canonem 418, qui statuit: « ***Reprobábala contraria consuetudine,*** canonici ac beneficiarii quotidiano choro «adstricti, possunt singuli abesse tres tantum menses in anno, sive «continuos sive interpolatos, dummodo propriae ecclesiae statuta aut « legitima consuetudo servitium diuturnius non requirant ». Porro, ut ex dictis patet, ad legitimam residentiam seu praesentiam non sufficit, ut quis uni vel alteri horae intersit, sed necesse est ut integre choro inserviat, idest ut divina officia, omnia scilicet, in choro persolvat ad normam canonis 414. Consuetudo autem, de qua quaeritur, permittit ut habeantur residentes ii quoque, qui hoc non praestant et consequenter ad normam iuris non sunt tales, et proinde permittit ut de facto canonici et beneficiarii absint (in sensu iuris) ultra tres menses. Huiusmodi autem consuetudo in Codice ***reprobatur.*** Est igitur adnumeranda iis, quae, ut loquitur canon 5, tamquam ***iuris corruptelae*** corrigendae sunt. Hinc post Codicem sequentes antiquam praxim habendi sunt tanquam non residentes, et incurrunt poenas, de quibus in can. 2381.

Quare ad principalem quaestionem ab Emo Archiepisc. Toletano et ab Episcopo Legionensi propositam respondendum censeo ***Negative,*** idest eam consuetudinem non posse amplius servari.

IL Ex huius principalis quaestionis solutione prona fit via ad solvendas alias, quae sunt veluti accessoriae et consequentiales, ac summatim ita expediri possunt.

Quaeritur ***in primis*** utrum poenae canonis 2381 teneant etiam eum,, qui residentiam non fovit ex causa non graviter culpabili et proinde materialiter potius quam formaliter deliquit. - Responsio facilis est. Vel causa absentiae (quin recolam Pontificium indultum) admittitur a iure tamquam excusans a servitio chori (cfr. cc. 420 et 421), et tunc nulla difficultas; lex ipsa decernit quid absens huiusmodi lucretur, quid amittat in casu. Vel a iure non admittitur; tunc habebitur externa legi» violatio. « Posita autem externa legis violatione, dolus in foro externo «praesumitur, donec contrarium probetur» (c. 2200, § 2); si autem dolus praesumitur, quum dolus sit deliberata voluntas violandi legem (c. 2200, § 1), praesumitur delictum. Erit igitur talis absens poenis obnoxius, quousque non ***probat*** defectum seu absentiam deliberatae voluntatis violandi legem.

Aliud dubium est, num illegitime absens retinere possit fructus respondentes privatae recitationi officii divini aliisque oneribus. - Dubium videtur fundari in sententia quorumdam (D'Annibale, ***Summ.,*** III,. 180), secundum quam « canonici quoad fructus, ***beneficiatorum,*** quoad « distributiones quotidianas, ***choralium*** iure censentur ». Ex quo consequens est ut, quemadmodum de beneficialis dicitur (cfr. Lehmkuhl, ***Theol, mor.,*** ed. X, II, 640), eos, quando praeter recitationem officii alia onera beneficio annexa sunt, partem tantum fructuum beneficii propter neglectam recitationem amittere, idem de choralibus dicendum sit. Verum etiam admisso, in praesenti quoque disciplina Codicis idem dicendum esse, quod non est extra dubium (cfr. c. 1475, § 2): advertendum est, hic agi de poena a lege statuta. Porro «leges ecclesiasticae (etiam « poenales) intelligendae sunt secundum propriam verborum significa« tionem in textu et contextu consideratam » (c. 18). Iam age poena canonis 2381 clarissimis verbis enunciatur. « Eo ipso, dicit canon (ille« gitime absens) privatur ***omnibus*** fructibus sui beneficii vel officii pro «rata illegitimae absentiae ». Si igitur lex dicit illegitime absentem privari ***omnibus*** fructibus pro rata absentiae, nulli sunt fructus excipiendi. Nec mirum debet esse talem absentem privari omnibus fructibus, etsi recitationi divini officii privatim satisfecerit. Agitur enim hic de poena. Poena autem « est privatio alicuius boni ad delinquentis correctionem «et delicti punitionem a legitima auctoritate inflicta » (c. 2215); privatio vero dicit ablationem seu ademptionem alicuius rei, quam quis habet. Nemo enim privatur aut privari potest re, qua caret. Hinc est

quod illegitime absens, recitando privatim horas canonicas, beneficii fructus suos fecit; iis autem privatur in poenam. Si contra, horas non recitasset, fructus suos non fecit (c. 1475, § 2), quibus proinde privari non posset, sed eos non ratione poenae, verum ratione iustitiae commutati vae restituere deberet, secundum modum a lege praescriptum.

Quare ad hoc dubium respondendum censeo: ***Negative.***

Tertium dubium est utrum illegitime absens, antequam beneficio privetur, retinere sibi possit portionem quamdam ab Ordinario designandam et ad eius sustentationem necessariam. Porro illegitime absens privatur quidem omnibus fructibus, sed pro rata absentiae. Cesset igitur ab illegitima absentia et lucrabitur fructus; si ab ea non cessat et in sua contumacia persistit, non video cur ei succurrendum sit concessione alicuius partis ex fructibus. Si vero Ordinarius perveniat usque ad privationem beneficii, tunc memoria retinenda est communis canonistarum doctrina, quam Wernz ***(Ius eccl.,*** VI, 117) desumptam ex Stremler ***(Traite des peines ecclésiastiques,*** pag. 33) sic exponit: « Quum ***paupertas cogat « ad turpia,*** iudex ecclesiasticus, qui clericum suo beneficio privavit, « curare debet, ut clerico isti sufficiens quaedam alimentatio subministretur, v. gr. in domo correctionis vel demeritorum; secus enim privatio beneficii aequipararetur poenae capitali per inediam infligendae. « Quae poena capitalis a foro ecclesiastico omnino aliena est. Ceteroquin ne ista quidem alimentatio concedenda est contumacibus, quamdiu illi in sua contumacia perseverant ». Quae omnia concordant cum doctrina Codicis in can. 2299, § 3; 2303, § 2; 2304, § 2.

Quare ad dubium respondendum videtur: ***Negative.***

Quartum dubium est: Utrum absentiae tempus sit per dies supputandum, non per horas canonicas; et quot dies illegitimae absentiae requirantur ut quis irresidens censeatur ac contra eum procedi possit ad normam can. 2168-2175.

Quod ad primam partem dubium iam resolutum fuit ab hac S. Congregatione in ***Aquilana,*** 17 iun. 1594, in qua censuit: « Ad constituendum servitium novem mensium non esse colligendas punctaturas, « quasi ii, qui novem punctaturarum ex duodecim, quae ex servitio « totius anni conflantur, deserviendo tulerint, servitio novem mensium « debito satisfecerint; sed ipsos dies residentiae et servitii, sive continui « fuerint sive interpolati, numerandos esse, ut numerum compleant dicto- « rum novem mensium » (cfr. Ben. XIV, ***Inst. 107,*** n. 32).

Porro nulla videtur ratio cur ab hac responsione, quae statuit praxim ordinariam S. Congregationis, sit recedendum in casu. Nam, quamvis perraro S. Congr. concessit (in ***Mexicana,*** 18 martii 1854) ut vacationis

tempus a choro non per dies sed per horas canonicas supputaretur, quin tamen vacatio ultra tres menses protrahi valeret, non obstante contraria quavis consuetudine (cf. Pallottini, ***Collectio,*** v. Canonici, § 9, n. 200); id factum semper fuit in raris illis casibus ob peculiares rationes, praesertim ob penuriam cleri, quae in Hispania non verificantur.

Quod ad alteram partem attinet, evidens est nihil aliud requiri nisi absentia illegitime protracta ultra tres menses; quo in casu statim procedi potest, servatis tamen praescriptis canonum 2168-2175.

Quare ad dubium respondendum censeo: Quoad l[m] partem stetur decisioni S. Congr. in ***Aquilana,*** 17 iun. 1594; quoad 2[m] partem: statim a completo tertio mense absentiae, servato tamen procedendi modo praescripto in cc. 2168-2175.

Quintum tantum est dubium, num illegitime absens teneatur fructus restituere ***ante*** sententiam declaratoriam quoque; et an capitularia statuta praescribere possent cum approbatione Ordinarii fructus tradendos esse fabricae ecclesiae in toto vel in parte.

Quod ad primam partem puto, saltem secundum disciplinam Codicis, respondendum esse ***affirmative.*** Ratio est praescriptum canonis 2232, § 1, ex quo poena latae sententiae, qualis est ista, reum delicti conscium statim tenet in utroque foro, et ad hoc non est necessaria sententia declaratoria, nisi in casu, quo reus poenam subire non posset sine infamia. Quae exceptio in casu nostro locum habere non potest, quum de re publica et manifesta agatur. Dixi: saltem secundum disciplinam Codicis. Nam antiquo iure fuit quaedam discrepantia inter Doctores. Nonnulli enim ad applicationem poenae semper necessariam dixerunt sententiam saltem declaratoriam. Hos sequitur D'Annibale (I, 309), qui dicit: « Poenae positivae non tenent ante sententiam iudicis, etsi in « lege cautum sit ut incurrantur ipso facto, ipso iure, immo etiam nulla «declaratione praemissa». At etiam in antiquo iure praeferenda fuit sententia contraria, quae a Suarez communis dicebatur, et secundum quam non requirebatur sententia declaratoria (quando tamen verba legis essent perspicua) etiam quando agebatur de legibus praecipientibus actiones afflictivas corporis, quamvis, ut advertit Suarez ***(De leg.,*** c. 7, n. 6).v « Ordinarie non solent cogi homines per solas leges ad «huiusmodi actiones, licet non repugnet obligari... et harum legum « exempla non habemus in iure civili vel canonico »: multo autem magis in legibus imponentibus pecuniarias poenas, in quibus, ait idem Suarez (loc. cit., n. 7), « facilius potest haec obligatio imponi,quia ex genere «suo leviores sunt et sine dedecore vel infamia impleri possunt ». Quam sententiam, ut patet ex dictis, Codex noster recepit. Quare quum in

can. 2381, § 1 dicatur: « Eo ipso privatur omnibus fructibus, » etc., nulla exspectanda erit in casu sententia declaratoria.

Quod ad secundam partem advertendum est Codicem statuere in citato canone illegitime absentem fructus, quos restituere debet, tradere debere Ordinario, « qui ecclesiae vel alicui pio loco vel pauperibus «distribuat». Potest igitur Ordinarius, si vult, eos applicare fabricae ecclesiae, sed liber est eos aliter etiam distribuere intra limites a Codice eius electioni assignatos. Porro non video qua ratione et quo iure haec electionis libertas ab Ordinario auferre possint statuta capitularia, etsi approbentur ab Ordinario, qui hoc modo restringeret potestatem suorum successorum. Quare ad hanc partem respondendum censeo ***negative.***

RESOLUTIO. - Die 10 iulii 1920, propositis, in plenariis S. Congregationis Concilii comitiis, in Palatio Apostolico Vaticano habitis, infrascriptis dubiis nimirum:

I. ***Utrum sustineri, vel tolerari, possit centenaria et immemorabilis hispanica consuetudo lucrandi fructus praebendae quotidianos, etiamsi una tantum vel duabus horis canonicis praebendatus choro assistat in die naturali vel liturgico.***

II. ***Utrum Codicis canon 2381 urgeat etiam in casu non residentiae, non graviter culpabilis, vel materialiter tantum, non formaliter, culpabilis ac notoriae.***

III. ***Utrum, post vigentem canonem 2381, Beneficiarius vel Canonicus illegitime absens retinere possit fructus respondentes privatae recitationi Officii divini.***

IV. ***Utrum, ex fructibus praebendae adhuc possessae, salvanda sit et a possessore (licet illegitime absente) retinenda portio quaedam ab Ordinario designanda et ad ipsius praebendati sustentationem sufficiens.***

V. ***Utrum, attentis Fabricarum indigentiis, possint statuta capitularia cum Ordinarii approbatione statuere fructus amissos esse Fabricae ecclesiae tradendos in toto vel in parte.***

VI. ***Utrum absentiae tempus sit per dies an per horas canonicas supputandum, et quoties dies illegitimae absentiae requirantur ut quis irresidens censeatur, ac contra eum procedi possit ad normam can. 2168-2175.***

VII. ***Utrum illegitime absens teneatur fructus restituere ante sententiam declaratoriam.***

Emi Patres respondendum censuere:

Ad I. ***Negative.***

Ad II. ***Affirmative,*** dummodo ne concurrant causae excusantes iuxta can. 420, 421, vel Pontificium indultum.

Ad ITI. ***Negative.***

Ad IV. ***Negative.***

Ad V. Standum dispositioni can. 1475, § 1, et 2381.

Ad VI. Esse supputandum per dies integras et tempus illegitimae absentiae computari statim a tempore transacto trium mensium, seu alio, legitimae vacationis.

Ad VII. ***Affirmative.***

Facta autem de praemissis SSmo Dno Nostro Benedicto Divina Providentia PP. XV relatione, per infrascriptum S. G. Secretarium, in Audientia diei subsequentis, Sanctitas Sua datas resolutiones in omnibus approbare et confirmare benigne dignata est.

I. MORI, ***Secretarius.***

SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

I

LITTERAE CIRCULARES AD ORDINARIOS LOCORUM CIRCA EIUSDEM PERSONAE REPETIT AM ELECTIONEM AD MUNUS MODERATRICIS GENERALIS IN CONGREGATIONIBUS RELIGIOSIS ET ANTISTITAE IN MONASTERIIS MONIALIUM.

Illme et Revme Domine,

Saepissime accidit, ut Moderatrices generales Institutorum, quae ex praescripto suarum Constitutionum ad plurium annorum periodum eliguntur, et iterum ad idem munus immediate eligi queunt, tertio etiam et pluries, suffragio capitulari expetitae, opus habeant recurrendi ad H. S. G. de Religiosis pro debita facultate obtinenda.

Haec frequens regiminis protractio ultra tempus a Constitutionibus statutum aut permissum, minus opportuna videtur, praecipue cum ordinarie munus Moderatricis generalis ad sex annos duret, ex quo fit ut eadem persona, iterum electa, per duodecim annos continuos regimen legitime tenere queat. Si vero faciliter permittantur ulteriores selectiones, in cassum cedit finis Constitutionum, quae ***ad tempus*** regimen ab eadem persona in Instituto tenendum esse praescribunt, cui temporaneitati tota Constitutionum compago innititur. Hinc fit ut non raro, ex nimis protracto regimine unius eiusdemque personae, non parvi mo-

menti incommoda et detrimenta Instituto proveniant. Nec valet quod in pluribus religiosarum Congregationum Constitutionibus expresse dicatur etiam ***tertio*** Moderatricem generalem posse eligi, dummodo duae tertiae partes suffragiorum eidem faveant et S. Sedis confirmatio accedat; hoc enim ita intelligendum est, ut si aliquando ob graves causas eadem persona tertio aut ulterius nominari debeat, hoc fieri nequeat nisi adsint illae duae conditiones. Hinc retinendum est quod in casu occurrit vera inhabilitas ad huiusmodi munus; quoties autem inhabilitas aliqua ex iure habetur, causae graves ad dispensationem requiruntur; unde simplex voluntas electorum aut idoneitas personae non est de se sufficiens ratio ad dispensationem obtinendam. Persona vero tali inhabilitate laborans non eligi, sed postulari canonice debet.

Eadem sane animadvertenda sunt, servata debita proportione, circa electiones Abbatissarum, seu Antistitarum monialium, quibus per Constitutionem Gregorii XIII prohibitum fuit quominus ultra triennium regimen monasterii haberent; quamvis vero in Codice Iuris Canonici haec praescriptio confirmata haud fuerit, tamen ex Summi Pontificis mandato H. S. C. in Constitutionibus monasteriorum eam servari praecipit. Cum tamen in monasteriis electio peragenda est intra Communitatis membra, quae saepe pauca sunt, facilius causa ad dispensationem haberi poterit, ex defectu scilicet idoneae personae.

Haec omnia revolvens animo SSmus D. N. Benedictus XV, ad praecavendos abusus, qui in hac re facile subrepere possunt, mandatum dedit monendi' singulos Ordinarios locorum, quibus cura incumbit praesidendi electionibus sive Moderatricis generalis in capitulis Congregationum, sive Antistitarum in monasteriis monialium suae dioecesis, ut de praefata inhabilitate electrices doceant, et si quando certiores fiant capitulares in eamdem personam ultra tempus a Constitutione permissum suffragium esse laturas, inquirant de specialibus et gravibus causis, quae postulationem exigere videantur, et moneant, vocales Sedem Apostolicam difficilem omnino se praebere ad huiusmodi gratiam concedendam. Insuper noverint oportet, postulationem nonnisi perpensis mature causis admitti, quae proinde per litteras ab Ordinario ipsi Sanctae Sedi exponi debent. Quod sane non modicum tempus requirit et certum incommodum affert capitularibus, quae responsum exspectare debent antequam ad ulteriora procedere possint.

Si quando tamen causae ita graves adsint, quae eiusdem personae electionem exigant ultra tempus in Constitutionibus permissum, Ordinarius, dispensationis obtinendae causa, petitionem ad Sacram Congregationem mittat, in qua clare et distincte referat, quot scrutiniis fuerit

postulatio completa, quotve suffragia ex numero capitularium electae faverint; praecipue rationes exponat quae talem reelectionem exigere videantur, addita quoque sua sententia.

Interim omnia tibi fausta a Domino adprecor.

Romae, ex Secretaria Sacrae Congregationis de Religiosis, die 9 martii 1920,

THEODORUS CARD. VALFRÉ DI BONZO,
Praefectus.

Maurus M. Serafini, Ab. O. S. B.,
Secretarius.

II

Decreto S. C. de Religiosis, Ssmus Dnus Noster Benedictus Pp. XV:

26 iunii 1920. — Instituti Sororum Ancillarum Immaculati Cordis Beatae Mariae Virginis, cuius domus princeps in civitate vulgo Monroe,, in dioecesi Detroiten., sita est, ***Constitutiones definitive approbavit.***

SACKA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FEDE

DECRETUM

SUPER EXTENSIONE DELEGATIONIS APOSTOLICAE INDIARUM ORIENTALIUM AD REGIONEM BIRMANICAM.

Quo aptius sollicita cura, quam hoc sacrum Consilium Christiano Nomini Propagando gerit de omnibus Indiarum Orientalium missionibus, exerceretur, opportunum iamdudum videbatur munera Delegati Apostolici ad Birmaniam quoque extendere, quae usque adhuc, variis de causis, a finibus Delegationis Apostolicae Indiarum Orientalium'exclusa manserat. Itaque, sublatis nunc difficultatibus quae prius obstáculo fuerant, Emi Patres huius sacrae Congregationis de Propaganda Fide, in generalibus comitiis die 12 vertentis mensis iulii habitis, re mature perpensa atque attentis omnibus circumstantiis, quae nunc id suadent, statuendum censuerunt ut limites eiusdem Delegationis Apostolicae, quales ab anno 1884 constituti sunt, etiam ad Birmaniae integrae inclu-

sionem extendantur. Quam Emorum Patrum sententiam, eodem die 12 currentis mensis iulii Ssmo D. N. Benedicto div. prov. PP. XV ab infrascripto sacrae huius Congregationis Secretario relatam, eadem Sanctitas Sua adprobare ratamque habere dignata est, atque praesens Decretum ea super re confici iussit.

Datum Romae ex Aedibus sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 16 iulii, anno Domini 1920.

G. M. CARD. VAN ROSSUM, *Praefectus.*

L. % S. *

C. Laurenti, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

TAURINEN, SEU NOVARIEN.

BEATIFICATIONIS ET-CANONIZATIONIS SERVI DEI ANDREAE BELTRAM1, SACERDOTIS PIAE SOCIETATIS SALESIANAE.

Saeculo decimonono in finem vergente, Pia Salesianorum Societas a Ven. Ioanne Bosco instituta, novisque temporum necessitatibus et adiunctis apprime consona, exinde in varias orbis regiones propagata est. Alma mater filios et alumnos quos genuit et aluit, continuo Christo et Ecclesiae obtulit et offert in gloriam Dei proximique salutem. Ex his iucundo laetoque animo nunc ostendit Andream Beltrami, quem adhuc puerum in proprio ephëbeo educavit, adolescentem in suam aggregavit familiam et sacerdotem integerrimuni ac operarium pretiosum complexa est. In amoeno et salubri oppido *Omegna,* Novariensis dioecesis, die 24 iunii anni 1870, e piis honestisque parentibus Antonio et Catharina pariter Beltrami, Servus Dei natus est, dieque sequenti in ecclesia parochiali baptizatus. Infanti nomen Andreas imponitur in sacro fonte. Optima mater hunc filium, primogenitum suae foecunditatis et numerosae prolis, statim Iesu Christo et Beatae Mariae Virgini generoso eorde devovit; atque aetate crescentem religione bonisque moribus instituendum curavit. Adhuc puer, licet vivax, pietatis tamen et obedientiae specimen dedit, in pauperes quoque misericors opisque largitur visus

est, dignusque habitus qui, vix decennis, praeter morem, ad sacram Synaxim admitteretur. Primis studiis cum ingenii et diligentiae laude expletis, anno 1883, die 24 octobris, inter alumnos Collegii S. Philippi in loco ***Lamo*** cooptatur, ut litteras humaniores cum pietatis incremento addisceret, sub moderatoribus et magistris e Pia Societate Salesiana. Ab initio collegiali disciplinae insuetus aliquantulum obsistit, sed vix paterna superioris monitione correctus, libenter se subiicit. Mox selectis sodalibus S. Aloisii et Ssmi Sacramenti accenseri meruit, atque inter condiscipulos facile praestans, ad altiora vocatus apparuit. Huius vocationis exordium tribuitur sermoni quem illustris missionarius Salesianum, dein episcopali dignitate et sacra purpura ornatus, Ioannes Cagherò, habuit ad convictores de Christi apostolatu ad lucem Evangelicam et catholicam Fidem apud barbaras gentes propagandam. Quem sermonem mente recogitans et in corde revolvens, de statu vitae amplectendo Dei voluntatem clarius agnoscere studuit Andreas, tum interpositis exercitiis spiritualibus, tum rogatis ad hoc piis doctisque viris atque ipso Ven. Ioanne Bosco, cui totius anteactae vitae confessionem peragere voluit. Eorum responsis et consiliis excitatus, divina opitulante gratia, novit et fovit suam vocationem, donec, absoluto curriculo gymnasiali, post autumnales vacationes domi peractas, de parentum et superiorum licentia, anno 1886, mense augusto, a Salesianis receptus est, et die 29 septembris in tyronem adscitus, tandem die 4 novembri» clericalem vestem induit. Sanctas regulas, quas ipse a superiore acceperat, cum salutari monito : « Fac hoc et vives » fideliter observans, a sociis nuncupabatur: ***Regula personificata.*** Teste novitiorum magistro, sodalibus in tyrocinio praestans, divinae gratiae sanctisque inspirationibus se docilem praebebat. Die "vero secunda octobris anno 1887, coram Venerabili Fundatore Ioanne Bosco, humili laetoque animo perpetuam professionem emisit, ante et post eam ingeminans verba: « Quemadmodum « desiderat cervus ad fontem aquarum: ita desiderat anima mea ad te, « Deus ». Et alia : « Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum : « concupiscit et deficit anima mea in atria Domini ». Tum in eiusdem loci Lyceo studiis philosophicis addiscendis non minus quam virtutibus augendis operam dedit solertem, sibi proposito in exemplum studiosae iuventutis patrono S. Aloisio Gonzaga. Eodem tempore quo discipulus etiam magister exstitit, inferiorem philosophiam tradens, simulque licentiam lycealem in regiis scholis, anno 1889, unanimi censorum suffragio, consequutus est. Deinceps, etiam e superiorum voluptate Regiae Universitati adscriptus et studiis litterarum superioribus navans, Circulum Universitärem Catholicum, a Caesare Balbo nuncupatum, instituendum

curavit. Insuper litteras docens novitios, sacras etiam disciplinas excolebat, ut se sacerdotio pararet. Inter haec electus fuit a secretis sacerdotis Salesiani ***Czartoryski,*** principis poloni. Hisce officiis et laboribus debilitatus variisque infirmitatibus afflictus, anno 1891, e medicorum iudicio et superiorum iussu, sanitati recuperandae omnem curam intendere coactus est, salubribus in locis aptisque remediis adhibitis. Paulo post, viribus corporis nimis exhaustis, quum vix ulla spes esset valetudinis instaurandae, iidem superiores peculiarem Famulo Dei consolationem procurare studuerunt per ascensum ad sacerdotium, ut benefica Dei voluntas infirmitate corporis et sanctificatione spiritus in eo sanctum sacrificium et immaculatam hostiam offerente, melius aequiusque comparetur. Itaque, necessariis absolutis studiis, per varios sacri Ordinis gradus, tandem in privato sacello Instituti et fundatoris Ioannis Bosco, ab illo ipso per quem divinae vocationis initia susceperat, iam Praesule, Ioanne Gagliero, ad sacerdotium rite evectus est Dei Famulus, cum ingenti sui animi consolatione et laetitia, die octava ianuarii anno 1893. Sacerdos, corpore debilis, animo fortis, orationi et meditationi instabat et Sacro devotissime litando intimam cum Deo unionem servabat. Peculiari Fidei sensu et amoris affectu ferebatur in Ssmum Eucharistiae Sacramentum necnon in B. Mariam Virginem Auxiliatricem et in Angelos et Sanctos Tutelares. Quum praedicationis munus et sacramentorum administrationem exercere non posset, Dei gloriae atque animarum saluti provehendae satisfaciebat, quantum poterat, per aedificantium librorum evulgationem. Licet morbo, quem patienter toleravit per septem integros annos, afflictabatur, tamen scripsit sanctorum caelitum vitas, nempe Margaritae Mariae Alacoque ***(La sposa del S. Cuore),*** Francisci Assisiensis ***(Un Serafino in terra),*** S. Stanislai Kostka ***(L'amante di Maria),*** Iulii et Iuliani ***(Due fulgidi astri del secolo IV),*** Ioannae de Arc ***(La pulcella d'Orléans),*** Ioannis B. de la Salle ***(Il fondatore dei Fratelli delle Scuole Cristiane),*** Liduinae ***(Il modello degli ammalati).*** Edidit etiam opuscula litteraria, moralia et ascetica scilicet: ***Tommaso Moro*** (dramma), ***Napoleone I*** (letture amene), ***L'aurora degli astri*** (la giovinezza di personaggi illustri), ***Perle e diamanti*** (gli eroi cristiani), ***Il volere è potere*** (maniera facile di coltivar la virtù), ***Massime di D. Bosco*** (raccolte dai suoi scritti). Praeter complures Dei Famuli epistolas, aliquae elucubrationes exhibitae sunt tantum incoeptae, quia ipse a morte praereptus fuit. Denique, labente mense decembri anni 1897, morbo ingravescente, extremos vitae suae dies praesentiens, confessione sacramentali expiari voluit; quin imo die 29 Sacrum piissime litavit, dieque sequenti, nempe trigesima, morbi angoribus oppressus et subitanea cordis commotione

perculsus, spiritum Deo reddidit in loco ***Valsalice,*** apud Taurinensem urbem, in aetate viginti septem annorum. « Consummatus in brevi, explevit tempora multa hic noster ***Aloisius*** », haec erat vox moerentium sodalium. Post funus in ecclesia, praesente cadavere, rite peractum, exuviae Servi Dei, ex parentum voluntate, recedentium a desiderio defuncti, qui sepeliri inter sodales petierat, ad nativum oppidum translatae sunt, ubi, iterato funere, in speciali familiae sepulcreto conditae, in pace quiescunt. Interim sanctitatis fama, quam Servus Dei adhuc vivens adeptus fuerat, post obitum magis clara, diffusa et perseverans, viam aperuit, ut super ea Processus Informativus Novariensis et alter Rogatorialis Taurinensis, auctoritate ordinaria, institueretur. Quibus absolutis et ad Sacram Rituum Congregationem transmissis riteque apertis, servato iuris ordine, scriptis etiam Servi Dei revisis, quum nihil obstet quominus ad ulteriora procedi queat, instante Rmo D. Dante Munerati, Piae Societatis Salesianae postulatore generali, communia vota ac preces Sacrorum Antistitum aliorumque virorum ecclesiastica vel civili dignitate praestantium, ac praesertim ipsius universae Societatis et Instituti Sororum filiarum Mariae Auxiliatricis depromente, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Vincentius Vannutelli, Episcopus Ostien. et Praenestinus, Sacri Collegii Decanus et huius Causae Ponens ac Relator, in ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanas aedes coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: ***An signanda sit Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur?***

Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Cardinalis Ponentis, audito etiam R. P. D. Angelo Mariani, Fidei Promotore Generali, omnibus perpensis, rescribendum censuerunt : ***Affirmative, seu signandam esse Commissionem introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.*** Die 27 iunii 1920.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papae XV per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua Rescriptum eiusdem Sacri Consilii ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem introductionis Causae Servi Dei Andreae Beltrami, sacerdotis Piae Societatis Salesianae. Die 28, eisdem mense et anno.

✠ A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. B. C. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

II

DUBIA

Repropositis dubiis in Decreto S. R. C. ***De quibusdam Episcoporum privilegiis,*** diei 26 novembris 1919 contentis (I, 5-IV, 1 ; ***Acta Ap. Sedis,*** an. 1920, n. 5); nimirum:

I. - Num usus mitrae argenteae cum laciniis item argenteis, pro simplici mitra damascena vel linea cum rubeis laciniis, sicubi ab aliquo Episcopo invectus fuerit, tolerandus sit.

II. - Fierine debeat Episcoporum Missae solemni pontificali adsistentium, thurificatio statim ante incensationem presbyteri et diaconorum paratorum, qui Episcopo celebranti adsistant?

Et sacra rituum Congregatio, exquisito specialis Commissionis voto, expositis dubiis ita respondendum censuit:

Ad I: ***Negative, iuxta Caeremoniale Episcoporum*** (lib. f, cap. XVII, num. 1).

Ad II: ***Servetur Caeremoniale Episcoporum*** (lib. T, cap, XXIII, nn. 27 et 28).

Atque ita rescripsit et declaravit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 9 iulii 1920.

>$(A. CARD. Vico, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. B. C. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

I

PARISIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (LE FORTIER-TOPOUZIAN)

Benedicto Pp. XV feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae unno quarto, die 4 aprilis 1919, BR. PP. DD. Aloisius Sincero, Ponens, ***Fridericus Gattani-Amadori, Petrus Rossetti, Auditores de turno, in causa*** Parisien. - Nullitatis matrimonii, ***inter*** Eugeniam Le ***Fortiev, actricem, repraesentatam per legitimum procuratorem D. Henricum BenvignaU, advocatum, et*** Ioannem Baptistam Topouzian, ***conventum, interveniente et disceptante in causa Vinculi Defensore huius S. Tribunalis, hanc tulerunt definitivam sententiam.***

Eugenia Le Fortier die 10 iulii 1910 matrimonium contraxit cum Ioanne Baptista Topouzian, natione armeno, in ecclesia S. Honorati vulgo ***d'Eylau,*** Parisiis.

Vita coniugalis per tres annos circiter duravit, demum, ea abrupta sine reconciliationis spe, Eugenia apud matrem suam se recepit. Praehabito vero civili, ut aiunt, divortio, Eugenia supplici libello, dato die 15 aprilis 1917, a Curia Parisiensi petiit declarationem nullitatis sui matrimonii ex capite vis et metus, ac favorabilem obtinuit sententiam, latam die 23 aprilis 1918.

Appellante vero Defensore Vinculi Curiae Parisiensis ad Sanctam Sedem, causa nunc definienda venit sub consueto dubio : ***An constet de matrimonii nullitate in casu.***

Ius quod spectat. - Quum notissima sint iuris principia circa vim et metum, seu coactionem moralem in ordine ad matrimonii validitatem, sufficiat recolere ex iure decretalium, atque ex constanti iurisprudentia et doctrina canonica matrimonium esse invalidum si contrahatur ex metu gravi et iniusto, directe incussu ab extrinseco ad extorquendum consensum matrimonialem; item et speciem illam metus, quae vocatur reverentialis, dirimere matrimonium, si ex circumstantiis prae-

sertim et adiunctis metus evadat gravis et vere qualificatus, atque ceterae concurrant conditiones ad metum gravem in genere requisitae. Quae cum trita sint in foro nostro, supervacaneum est auctoritates afferre et congerere.

Factum quod attinet. - Enarrat porro actrix sibi renuenti ac reluctanti a patre propositum et impositum fuisse Baptistam Topouzian in sponsum atque ad matrimonium cum eo contrahendum coactam fuisse gravibus minis: « Mon père me menaçait, si je n'épousais pas Monsieur « Topouzian, de me mettre à la porte. La première fois, je n'ai pas trop « pris cette menace au sérieux ; mais il la répéta plusieurs fois avec « une telle insistance, me prenant par le bras et me serrant fortement, «étant très en colère, que je me rendis compte que c'était très sérieux « et qu'il le ferait comme il me le disait. J'étais très jeune alors, n'ayant « jamais quitté mes parents, sans expérience de la vie, et j'étais effrayée « à la pensée d'être jetée seule dans Paris pour chercher les moyens « de subsister. Quant à ma mère, elle soutenait mon père, disait qu'il « avait raison, pensant d'ailleurs que dans cette situation il valait mieux « pour moi que je sois mariée ».

Cum igitur actrix asserat matrimonium sibi impositum fuisse: I° patris imperio, imo 2° et gravibus minis, videndum est utrum actricis affirmationes ex actis comprobentur necne.

Iamvero primo quidem Robertus Le Fortier, frater actricis, et Maria Falck, actricis soror, utrumque sub fide iuramenti confirmant. Nam Robertus Le Fortier deponit quoad primum, seu quoad patris imperium: « L'impression que pouvait donner ma sœur était celle d'une jeune fille « se soumettant au sacrifice que lui commandait son père, par crainte « de voir sá mère souffrir par suite de son refus... Ma sœur a eu seu- « lement à subir de paroles dures de la part de mon père ». Quoad minas vero: « Gomme menace, mon père dit à ma sœur que si elle « refusait de se marier, il supprimerait tout subside à l'entretien de son « foyer: ce qui était réduire sa mère à la détresse ». Item Maria Falk, quoad patris imperium : « Mon père poussait à ce mariage parce qu'ainsi « il n'aurait plus la charge de ma sœur... Ma mère n'aurait pas poussé « ma sœur à ce mariage s'il n'y avait pas eu la volonté de mon père, « exigeant cette union pour des motifs intéressés ». Quoad minas vero : « Oui, mon père a menacé ma sœur de ne plus subvenir à ses besoins, « si elle n'acceptait pas cette union. Et devant moi, mon père fit, un « jour, une scène très violente à ma sœur, lui disant que dorénavant « elle n'aurait plus à compter sur lui si elle refusait ce mariage,».

Ipse autem actricis pater, Gabriel Le Fortier, explicite admittit datum imperium, et implicite saltem minas illatas. Quoad imperium enim confessus est: « Elle (Eugenia) était très douce et très obéissante à mes « ordres: elle n'aurait jamais osé se révolter. Elle a manifesté beaucoup « de chagrin, mais rien ne m'arrêtait. Je voulais faire son bonheur et «je ne voulais pas la laisser seule dans une chambre, moi partant « ailleurs pour créer un nouveau ménage... J'aimais ma fille, j'étais très « sevère pour **elle** comme pour tous les autres: il fallait qu'on obéisse ». Ipsas quoque minas illatas implicite saltem admisit: « J'ai dit à ma fille « que, pour des raisons que je n'avais pas à lui exposer, il fallait qu'elle « se marie, et quitte la maison... Je ne voulais pas la laisser seule dans « une chambre, moi partant ailleurs », etc. « J'étais d'autant plus absolu « pour elle, je le répète, qu'il m'en aurait trop coûté de la laisser seule «dans une chambre, aux prises avec la vie... Les sœurs sont intervenues auprès de moi pour empêcher ce mariage. Je leur ai repondu « que pour des raisons qui m'étaient personnelles, je voulais quitter « la maison, et je ne voulais pas laisser leur sœur seule, sans moyens « d'existence ».

Circumstantiae quoque, et adiuncta confirmant metum gravem et iniustum a patre filiae incussum ad extorquendum suum consensum in matrimonium impositum.

Primo quidem impellens et turpissimum erat motivum, quo pater ducebatur ad cogendam filiam ut matrimonio consentiat. Ipse enim volebat se liberare a filia, ut liberius posset adhaerere amasiae, a qua et filios habebat, quemadmodum ex infra relatis constat. « Je voulais « me débarasser du dernier des quatre enfants, qui me restait de mon « premier lit. Je voulais, par la suite, me consacrer davantage et eom« plètement aux enfants du second lit ». Et Gabriel Le Fortier: « Le « motif était une question personnelle de mon père qui, voulant quit« ter le domicile conjugal pour vivre avec une autre femme, de qui il « avait des enfants, voulait, en mariant mes sœurs, diminuer le côté « odieux de l'abandon "de sa famille. Mon père n'aimait plus ses enfants « légitimes ».

Pater actricis erat durae indolis et cervicis. Ita Clementia Le Fortier, eius uxor: «Mon mari était un homme très ferme: il ne disait « rien chez nous. Ses enfants n'étaient pas en confiance avec lui. En « paroles, il était bref et sevère avec eux ». Et Irma Loewy, soror actricis: « Mon père était très sombre, ne causant jamais, ayant tou« jours l'air de mauvaise humeur ». Robertus Le Fortier: « Mon père « était d'un caractère renfermé, égoïste ». Maria Falck: « Mon père a

« toujours été taciturne, d'un caractère renfermé. On ne le voyait pres- « que jamais ».

Eugenia e contra mitis et timida erat et vix decem et novem circiter annorum. Ita eius mater : « Ma fille était très gentile et très obéis- « sante ». Irma Loevy: « Ma sœur était très obéissante ». Ioanna Francois: « Elle m'a toujours fait l'effet d'être une nature timide... ». Robertus Le Fortier: « Ma sœur était timide, doiaee, nerveuse, impressionnable et « portée au dévoûment ». Maria Falck: « Ma sœur était très douce, d'un « caractère résigné et très obéissante à ses parents ».

Nullum item auxilium Eugenia sperare poterat contra patris imperium. Ita Irma Loewy: « Ma sœur n'a fait intervenir personne, pas « plus étrangère que ma mère. Ils n'auraient rien pu sur mon père ». Robertus Le Fortier: « Ma sœur m'en causa et me demanda d'interve- « nir auprès de mon père pour éviter ce mariage. Je lui dis qu'il n'y « avait rien à faire, sachant mon père à idées très arrêtées ». Et Maria Falck: « Il n'y avait rien à faire: personne ne pouvait intervenir auprès « de mes parents ».

Porro metus illatus confirmatur quoque ex aliis circumstantiis et adiunctis, ut ex aversione, aut saltem indifferentia Eugeniae erga suum sponsum, ex signis moeroris et tristitiae in die celebrati matrimonii, etc., de quibus abunde constat ex actis.

Nec obstat matrem actricis denegasse violentiam et minas illatas, ut observat Vinculi Defensor. Nam ipsa denegat tantum minas ut a se illatas : « Je ne crois pas être allée jusqu'à la menacer ». Quoad violentiam vero, tum ex contextu, tum ex ceterorum, praesertim vero Mariae Falck depositionibus, patet eam intelligendam esse de vi physica, non de coactione morali. Hanc porro implicite saltem admittit ipsa mater dum fatetur: « Si elle n'avait pas pris son mari, elle eut été obligée d'aller «travailler chez les autres».

Neque relevat testimonium mere negativum Irmae Loewy, sororis actricis; nam ipsa tunc temporis in domo patris non amplius commorabatur: « J'étais mariée à cette époque, et n'ai rien su ou à peu près « de ce qui s'est passé avant le mariage. J'attendais un bébé à ce « moment-là ».

Item non officit quod actrix et testes in quibusdam circumstantiis discrepent. Hae enim sunt accidentales ad meritum causae. At quoad substantiam metus illati satis superque actrix et testes aliati conveniunt in asserendo et comprobando matrimonium initum fuisse ex metu gravi et iniusto, ab extrinseco, nempe a patre directe incusso ad extorquendum consensum in matrimonium.

Quibus omnibus in iure et in facto perpensis, Nos infrascripti Auditores pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi Nomine invocato, decernimus, declaramus ét sententiamus ***constare de matrimonii nullitate in casu,*** seu ad propositum dubium respondemus: ***affirmative.***

Quare mandamus Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsecutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam novi ***Codicis iuris canonici,*** lib. IV, tit. XVII.

Romae, in sede Tribunalis S. R. Rotae, die 4 aprilis 1919.

Aloisius Sincero, ***Ponens.***
Fridericus Cattani-Amadori.
Petrus Rossetti.

L. % S.

Ex Cancellaria, die 9 maii 1919.

Sac. T. Tani, ***Notarius.***

II

HARLEMEN.

NULLITATIS MATRIMONII (DE GLABBEEK - MASSA AR)

Declaratio contumaciae per edictum notificanda

Die I[a] iulii a. 1920, hora lia. m., comparuerunt, coram infrascripto Ponente, Illmus D. Adv. Vincentius Sacconi, Procurator actoris D. Gulielmi de Glabbeek, et Revmus D. Vinculi Defensor ***ex officio.***

Altera pars, nempe Dna Elisabeth Maria Massaar (vel Massaart), quamvis per ***edictum*** citata, nec comparuit, nec absentiae rationes aliquo modo significavit; unde, exspectata integra hora, actoris Procurator mulieris Massaar contumaciam accusavit.

D. Ponens, declarata reae conventae contumacia, iussit ad ulteriora progredi et, annuentibus actoris Procuratore ac Vinculi Defensore, mandavit disputari sequens dubium: ***An constet de matrimonii nullitate, in casu,*** atque designavit turnum rotalem, die 21 ianuarii p. a. 1921 habendum, pro eiusmet causae resolutione. .

Demum, ipse Ponens mandavit notificari per ***edictum*** praesens decretum declarationis contumaciae praedictae Dñae Elisabeth Mariae Massaar, assignato eidem termino duorum mensium, a die insertionis Decreti in ***Commentario Officiali S.*** Aedis computando, ad contumaciam ipsam, si et quatenus de iure, purgandam; cum comminatione quod, praefixo termino inutiliter elapso, ad causae resolutionem procedetur.

Ordinarii locorum, Parochi, Sacerdotes et fideles quicumque, notitiam habentes de domicilio aut commorationis loco praefatae Dominae, curare debent, si et quatenus fieri possit, ut de hac edictali declaratione eadem moneatur.

Romae, e Sede Tribunalis S. R. Rotae, I[a] iulii 1920.

Franciscus Parrillo, ***Ponens***

T. Tani, ***Notarius.***

(Traduction)

HARLEMEN.

NULLITATIS MATRIMONII (DE GLABBEEK-MASSAAR)

Déclaration de défaut à notifier par edit

Le premier juillet 1920, à 11 heures, ont paru devant le Ponent soussigné Mr l'avocat Vincent Sacconi, Procureur du demandeur Mr Guillaume de Glabbeek, et Mgr le Défenseur du lien ***ex officio.*** La défenderesse Mme Elisabeth Marie Massaar (ou Massart), quoique dûment citée par édit, n'a pas comparu sans justifier aucunement les raisons de son absence; par conséquent, après attente d'une heure, le Procureur du demandeur dénonça sa contumace.

Mgr le Ponent, ayant déclaré en défaut la défenderesse Mme Massaar, ordonna la poursuite du procès, approuva le doute suivant à discuter: ***Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas présent?*** et fixa pour la décision de la cause la session du 21 janvier 1921.

Enfin le même Mgr Ponent ordonna que le présent décret, par lequel Mme Elisabeth Massaar a été déclarée en défaut, lui soit notifié par édit; en lui donnant pour se purger, ***si et quatenus de iure,*** de sa contumace, un terme dè deux mois à commencer du jour où ce décret sera publié dans le journal officiel du St-Siège ***(Commentarium officiale S. Sedis),*** avec signification que, ce terme une fois écoulé, la sentence définitive sera prononcée.

Les Ordinaires des lieux, les Curés et les fidèles, qui auraient connaissance du domicile ou de la résidence de la dite Mme Massaar, doivent faire en sorte, dans la mesure du possible, qu'elle soit renseignée du présent décret.

Rome, du Siège du S. T. de la Rote, 1r juillet 1920.

François Parrillo, ***Ponent.***

Sac. T. Tani, ***Notaire.***

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 10 agosto 1920, presso l'Emo e Rmo signor Cardinale Antonio Vico, Prefetto della S. Congregazione dei Riti, Ponente della causa di canonizzazione della beata Maria Maddalena Postel, vergine, Fondatrice dell'Istituto delle Suore delle Scuole Cristiane, si è tenuta la Congregazione ***Antipreparatoria,*** nella quale dai Rmi Prelati Officiali e d'ai Consultori teologi della medesima si è discusso il dubbio su due miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione della stessa Beata, i quali vengono proposti per la Canonizzazione.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

28 luglio 1920. Il Sig. comm. Gioacchino Antonelli Costaggini, ***Minutante della Cancelleria dei Brevi Apostolici.***

30 » » Il Rev. P. Lorenzo di S. Basilio dei Carmelitani Scalzi, ***Consultore della Suprema Sacra Congregazione del S. Offizio.***

10 agosto » L'Emo sig. Card. Teodoro Valfrè di Bonzo, ***Protettore della Congregazione dei Servi della Carità e delle Figlie di Maria della Provvidenza.***

» » » Mons. Lorenzo Schioppa, arcivescovo tit. di Giustinianopoli, ***Nunzio Apostolico in Ungheria.***

20 » » L'Emo sig. Card. Michele Lega, ***Protettore dell'Arciconfraternita del Santissimo Crocifisso in S. Marcello, Roma.***

Coq Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Assistente al Soglio Pontificio:

11 agosto 1920. Mons. Giovanni Antonio Dueñas, vescovo di San Michele nel Salvador.

Protonotari apostolici ad instar participantium:

6 luglio 1920. Mons. Giuseppe Suhr, della diocesi di Pittsburg.
15 » » Mons. Edoardo A. Pace, dell'Università cattolica di Washington.
7 agosto » Mons. Giuseppe Pereira Alves, della diocesi di Recife.
11 » » Mons. Alfredo Noseda, della diocesi di Lugano.

Prelati Domestici di S. S. .-

9 giugno 1920. Mons. Maurizio Tobin, della diocesi di Armidale.
19 luglio » Mons. Luigi Donadeo, dell'archidiocesi di Napoli.
4 agosto » Mons. Giuseppe de Donno, della diocesi di Otranto.
5 » » Mons. Filippo Sa várese, dell'archidiocesi di Napoli.
11 » » Mons. Carlo Vannoni, della diocesi di Lugano.
» » » Mons. Enrico Maspoli, della medesima diocesi.
16 » » Mons. Giuseppe Laura, della diocesi di Ventimiglia.
17 » » Mons. Riccardo Fortis, dell'archidiocesi di Torino.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti **onorificenze:**

La Commenda dell'Ordine Piano:

29 luglio 1920. Al sig. conte Ranieri Callori di Vignale, cameriere segreto di Spada e Cappa di S. S.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

8 giugno 1920. Al sig. Michele Giuseppe Dufty, della diocesi di Wilcannia-Forbes.
27 luglio » Al sig. Giovanni Marango, della diocesi di Sira.
30 » •> Al sig. barone Giovanni De Gebsattel, già segretario della Legazione di Baviera presso la Santa Sede.
31 » » Al sig. Giuliano Gendoya, dell'archid. di Santiago di Cuba.
17 agosto » Al sig. Giovanni Bournisien, della diocesi di Séez.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

22 ***luglio*** ***1920.*** Al sig. Luciano Broche, della diocesi di Soissons.
25 » » Al sig. conte Adriano D'Esclaibes, cameriere segreto soprannumerario di Spada e Cappa di S. S.
29 » » Al sig. Eugenio Langlois, dell'archidiocesi di Parigi.
31 » » Al sig. Tommaso Padró y Griñan, dell'archidiocesi di Santiago di Cuba.
16 ***agosto*** » Al sig. Federico Roscher.
17 » » Al sig. Enrico Valera y Ramirez de Saavedra, marchese di Auñon, già addetto all'ambasciata di Sua Maestà Cattolica presso la Santa Sede.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

17 ***agosto*** ***1920.*** Al Sig. Teodoro de Arana y Belanstegui, conte de Arana, della diocesi di Vittoria.

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

7 ***giugno*** ***1920.*** Al sig. Leonello Püssemier, della diocesi di Gand.
30 » » Al sig. Pietro Katalinié, della diocesi di Spalato.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

17 ***agosto*** ***1920.*** Al sig. Giuseppe Cantore, della diocesi di Muro Lucano.

MAGGIOROOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rina Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S.:

23 ***luglio*** ***1920.*** Mons. Benedetto Fralleone, della diocesi di Segni.
» » » Mons. Sebastiano Mussetti, delParchidiocesi di Torino.
27 » » Mons. Edoardo Gallini, dell'archidiocesi di Bologna.
4 ***agosto*** ***1920.*** Mons. Giovanni Degobbis, della diocesi di Parenzo.
» » » Mons. Emmanuele Pacovich, della medesima diocesi.

4 agosto 1920. Mons. Angelo Cocconcelli, della diocesi di Guastalla.
11 » » Mons. Giovanni Dib, del patriarcato di Antiochia (rito maronita).
» » » Mons. Emanuele Tortorelli, dell'archidiocesi di Matera.
» » » Mons. Pietro Giuseppe Villalonga y Pons, dell'archidiocesi di Santiago di Cuba.
17 » » Mons. Giovanni Durando, dell'archidiocesi di Torino.
23 » » Mons. Giuseppe Angeloni, della diocesi di Cassano Jonio.
25 » » Mons. Enrico Capuccio, dell'archidiocesi di Torino.

Camerieri Segreti di Spada e Cappa soprannumerarii di S. S.:

7 luglio 1920. Il sig. Paolo Lambert, della diocesi di Lilla.
•28 » » Il nobile sig. Enrico Staftord Jerningham, dell'archidiocesi di Westminster.
7 agosto » Il sig. conte Vittorio de San Julián Mellado y Pérez de Meca, della diocesi di Madrid-Alcalà.
» » » Il sig. Giovanni de Velasco Nieto Palacios y Pérez, della medesima diocesi.
» » » Il sig. Enrico Carrion y Vecin, della medesima diocesi.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

26 luglio 1920. Mons. Domenico Bonavoglia, della diocesi di Muro Lucano.
11 agosto » Mons. Giuseppe Pagliani, della diocesi di Reggio Emilia.
» » » Mons. Guglielmo Classen, dell'archidiocesi di Colonia.
» » » Mone. Pietro Limberg, della medesima diocesi.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa soprannumerari di S. S.:

23 luglio 1920. Il sig. Raffaele del Rio del Val, della diocesi di Vich.
4 agosto » Il sig. Luigi Maria Cabello Lapiedra, della dioc. di Madrid.

Cappellano Segreto d'onore di S. S.:

23 luglio 1920. Mons. Giuseppe Di Maggio, della diocesi di Gaeta.

Cappellano d'onore extra urbem :

5 *agosto 1920.* Mons. Donato Perii, della diocesi di Trento.

Chierico soprannumerario della Cappella Pontificia:

5 agosto 1920. Rev. Tito Pasqualini.

Cappellani Comuni soprannumerari:

21 luglio 1920. Rev. Pietro Ravelii.
» » • » Rev. Enrico Ponti.

NECROLOGIO

U agosto 1920. Mons. Turribio Minguella y Arnedo, vescovo titolare di Basilinopoli.
» » » Mons. Vincenzo Sardi, arcivescovo titolare di Cesarea di Palestina, assessore della S. C. Concistoriale.
14 » » Mons. Francesco Niola, arcivescovo di Gaeta.
19 » » Mons. Gaspare Bova, vescovo titolare di Samaria, ausiliare dell' Emo arcivescovo di Palermo.
29 » » L'Emo signor Cardinale Leone Adolfo Amette, Arcivescovo di Parigi.

Annus XII - Yol. XII 15 Septembris 1920 Num. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

LITTERAE ENCYCLICAE

AD PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS, PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES, IN NATALI MD S. HIERONYMI ECCLESIAE DOCTORIS.

BENEDICTUS PP. XV

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Spiritus Paraclitus, cum genus humanum, ut arcanis divinitatis imbueret, sacris Litteris locupletasse^ sanctissimos doctissimosque viros, labentibus saeculis, non paucos providentissime excitavit, qui non modo caelestem illum thesaurum iacere sine fructu[1] non sinerent, sed suis et studiis et laboribus *consolationem* inde *Scripturarum* Christifidelibus uberrimam compararen! Hos inter, principem sane, communi omnium consensu, locum obtinet Sanctus Hieronymus, quem Doctorem Maximum sacris Scripturis explanandis divinitus sibi datum catholica agnoscit et veneratur Ecclesia. Iamvero, cum ab eius obitu plenum proxime quintum et decimum saeculum commemoratur! simus, nolumus, Venerabiles Fratres, singularem opportunitatem praetermittere, quin de Hieronymi in scientia Scripturarum laudibus ac promeritis vos data opera alloquamur.[1] Conscientia enim apostolici muneris impellimur, ut, ad nobilissimam hanc disciplinam provehendam, insigne tanti viri exem-

[1] Conc. Trid. s. V. decr. de reform, c. 1.

pium ad imitandum proponamus, et quae fel. rec. decessores Nostri Leo XIII et Pius X monita et praescripta hoc in genere utilissima ediderant, eadem, apostolica Nostra auctoritate, confirmemus et ad haec Ecclesiae tempora pressius aptemus. Etenim Hieronymus, « vir maxime catholicus et sacrae legis peritissimus »[1] atque «catholicorum magister»[2] itemque «morum exemplar mundique magister »[3], cum catholicam de sacris Libris doctrinam mirifice illustrant acriterque defendent, documenta sane plurima, eaque gravissima, Nobis affert, quae quidem usurpando, filios Ecclesiae universos, clericos potissimum, ad Scripturae divinae reverentiam, cum pia lectione assiduaque commentatione coniunctam, hortemur.

Nostis, Venerabiles Fratres, Hieronymum Stridone natum, in oppido ((Dalmatiae quondam Pannoniaeque confinio »[4], et ab ipsis incunabulis catholico laete nutritum[5], postquam Christi vestem in hac alma Urbe de sacro fonte suscepit[6], quoad longissime vixit, quicquid habuit virium, id in sacris Bibliis perscrutandis, exponendis vindicandisque adhibuisse. Is latinis graecisque litteris Romae eruditus, vixdum e rhetorum schola egressus erat cum, adhuc adulescens, Abdiam prophetam interpretari conatus est : qua ex « puerilis ingenii » exercitatione[7] ita in eo crevit Scripturarum amor, ut, veluti invento thesauro secundum evangelicam imaginem, « omnia istius mundi emolumenta » * pro eo contemnenda sibi esse duxerit. Quamobrem, nulla deterritus asperitate consilii, cum domum, parentes, sororem, propinquos dereliquit, tum a consuetudine lautioris cibi recessit, et in sacras Orientis regiones transmigravit, ut divitias Christi et Salvatoris scientiam in lectione et studio Bibliorum sibi pararet

[1] Sulp. Sev., Dial. 1, 7.

[2] Gass., De inc. 7, 26.

[3] S. Prosper", Carmen de ingrati», v. 57.

[4] De viris iii. 135.

[5] Ep. 82, 2, 2,

[6] Ep. 15, 1, 1; 16, 2, 1.

[7] In Abd. Praef.

* In Matth. 13, 44.

ampliores \ Qua in re quantum desudaverit, haud semel ipse describit: « Miro discendi ferebar. ardore, nec iuxta quorumdam praesumptionem ipse me docui. Apollinarium Laodicenum audivi Antiochiae frequenter et colui, et cum me in sanctis Scripturis erudiret, nunquam illius contentiosum super sensu dogma suscepi »[2]. Inde in regionem Chalcidis desertam Syriae orientalis regressus, ut verbi divini sensum perfectius assequeretur, simulque ut aetatis aestum studiorum assiduitate coerceret, cuidam fratri, qui ex Hebraeis crediderat, in disciplinam se tradidit, ut hebraijcum et chaldaicum quoque sermonem ediseeret. ((Quid ibi laboris insumpserim, quid sustinuerim difficultatis, quoties desperaverim quotiesque cessaverim et contentione discendi rursus inceperim, testis est conscientia tam mea, qui passus sum, quam eorum qui mecum duxerunt vitam. Et gratias ago Domino, quod de amaro semine litterarum dulces fructus capio »[3]. Cum autem ab haereticorum turbis ne in ea quidem solitudine quiescere sibi liceret, Constantinopolim se contulit, ubi Sanctum Gregorium Theologum illius Sedis Antistitem, qui summa doctrinae laude ac gloria floreret, ad sacrarum Litterarum interpretationem, fere triennium, ducem ac magistrum adhibuit; quo tempore Origenis in prophetas Homilias et Eusebii Chronicon latine reddidit, et Isaiae de Seraphim visionem edisseruit. Eomam autem ob rei christianae necessitates cum revertisset, a Damaso Pontifice familiariter exceptus, et in gerendis Ecclesiae negotiis est adhibitus[4]. Quibus etsi summopere distinebatur, nullo tamen pacto cum divinos pervolutare Libros[5] codicesque exscribere et inter se comparare[6], tum quaestiones sibi propositas dirimere et discipulos ex utroque sexu ad Bibliorum cognitionem informare desiit[7]; laboriosissima!» vero provinciam sibi

[1] Ep. 22, 30, 1.
[2] Ep. 84, 3, .1.
[3] Ep. 123, 12.
* Ep. 123, 9 al. 10; Ep. 127, 7, 1
[5] Ep. 127, 7, 1 s.
[6] Ep. *m*, *1;* Ep. 32, 1.
[7] Ep. 45, 2; 126, 3; 127, 7. •

a Pontifice mandatam latinae Novi Testamenti versionis emendandae, tam acri subtilique iudicio est exsecutus, ut recentiores ipsi huius disciplinae existimatores Hieronymianum opus cotidie magis admirentur plurisque faciant. Sed, quoniam ad sancta Palaestinae loca omni cogitatione desiderioque 'ferebatur, Damaso vita functo, Hieronymus Bethlehem concessit, ubi, coenobio apud Christi cunabula condito, totum Deo se devovit et, quantum ab orando superesset temporis, id omne in Bibliis ediscendis docendisque insumpsit. Nam, ut iterum de se ipse testatur, « iam canis spargebatur caput, et magistrum potius quam discipulum decebat; perrexi tamen Alexandriam, audivi Didymum. In multis ei gratias ago. Quod nescivi, didici; quod sciebam, illo diversum docente non perdidi. Putabant me homines finem fecisse discendi; rursum Ierosolymae et Bethlehem quo labore, quo pretio Baraninam nocturnum habui praeceptorem! Timebat enim Iudaeos et mihi alterum exhibebat Nicodemum » \ Neque vero in horum aliorumque doctorum institutione praeceptisque acquievit, sed praeterea subsidia omne genus adhibuit ad proficiendum utilia; praeterquam enim quod inde ab initio codices commentariosque Bibliorum optimos sibi comparaverat, libros quoque synagogarum et volumina bibliothecae Caesareénsis ab Origene et Eusebio collectae evolvit, ut, comparatione eorum codicum cum suis instituta, germanam textus biblici formam verumque sensum erueret. Quem ut plenius assequeretur, Palaestinam, qua late patet, peragravit* cum id sibi haberet persuasissimum quod ad Domnionem et Kogatianum scribebat: « Sanctam Scripturam lucidius intuebitur, qui Iudaeam oculis contemplatus est et antiquarum urbium memorias locorumque vel eadem vocabula vel mutata cognoverit. Unde et nobis curae fuit, cum eruditissimis Hebraeorum hunc laborem subire, ut circumiremus provinciam quam universae Christi ecclesiae sonant »[2]. Hieronymus igitur suavissimo illo

[1] Ep. 84, 3, 1 s.

[2] Ad Domnionem et Rogationum in 1 Paral. Praef.

pabulo animum continenter pascere, Pauli Epistulas explanare, Veteris Testamenti latinos codices e graecorum lectione emendare librosque fere omnes ex hebraica veritate denuo in latinum sermonem convertere, sacras Litteras coeuntibus fratribus cotidie edisserere, ad epistulas rescribere quae undique quaestiones de Scriptura dirimendas afferant, unitatis ac doctrinae catholicae oppugnatores acriter refellere; neque - tantum apud eum potuit Bibliorum amor - a scribendo vel dictando ante desistere, quam manus obriguerint et vox morte intercepta sit. Ita, nullis parcens nec laboribus nec vigiliis nec sumptibus, ad summam usque senectutem, in lege Domini noctu diuque apud Praesepe meditanda perseveravit, maioribus e solitudine illa efïusis iii catholicum nomen, per vitae exempla et scripta, utilitatibus, quam si Romae, in capite orbis terrarum, aevum exegisse!

Vita rebusque gestis Hieronymi vix delibatis, iam, Venerabiles Fratres, ad considerandam eius doctrinam de divina dignitate atque absoluta Scripturarum veritate veniamus. Qua in re nullam profecto in scriptis Doctoris Maximi paginam reperias, unde non liqueat, eum cum universa catholica Ecclesia firmiter constanterque tenuisse, Libros sacros, Spiritu Sancto inspirante conscriptos, Deum habere auctorem, atque ut tales ipsi Ecclesiae traditos esse \ Asseverat nimirum codicis sacri libros Spiritu Sancto inspirante vel suggerente vel insinuante vel etiam dictante compositos esse, immo ab Ipso conscriptos et editos; sed nihil praeterea dubitat, quin singuli eorum auctores, pro sua quisque natura atque ingenio, operam afflanti Deo libere navarint. Etenim non modo id universe affirmat quod omnibus sacris scriptoribus commune est, ipsos in scribendo Dei Spiritum secutos, ut omnis sensus omniumque sententiarum Scripturae Deus causa princeps habendus sit; sed etiam quod uniuscuiusque proprium est, accurate dispicit. Nam singillatim, in rerum compositione, in lingua, in ipso genere ac forma loquendi ita eos suis

[1] Conc. Vat. s. III const. de fide cath. cap. 2.

quemque facultatibus ac viribus usos esse ostendit, ut propriam uniuscuiusque indolem et veluti singulares notas ac lineamenta, praesertim prophetarum et apostoli Pauli, inde colligat ac describat. Quam quidem Dei cum homine communitatem laboris ad unum idemque opus conficiendum, Hieronymus comparatione illustrat artificis, qui in aliqua re factitanda organo seu instrumento utitur; quicquid enim scriptores sacri loquuntur, « Domini sunt verba, et non sua, et quod per os ipsorum dicit, quasi per organum Dominus est locutus»[1]. Quod si etiam inquirimus, qua ratione haec Dei, uti causae principis, virtus atque actio in hagiographum sit intellegenda, cernere licet, inter Hieronymi verba et communem de inspiratione catholicam doctrinam nihil omnino interesse, cum ipse teneat, Deum, gratia conlata, scriptoris menti lumen praeferre ad verum quod attinet, « ex persona Dei» hominibus proponendum; voluntatem praeterea movere atque ad scribendum impellere; ipsi denique peculiariter continenterque adesse donec librum perficiat. Quo potissimum ex capite sanctissimus vir summam Scripturarum praestantiam ac dignitatem infert, quarum scientiam thesauro pretioso[2] et nobili margaritae[3] aequiparat, in iisque asserit divitias Christi[4] et « argentum quo domus Dei ornatur »[5] inveniri.

Praecellentissimam vero earum auctoritatem sic verbis et exemplo commendabat, ut, quaecumque oriebatur controversia, ad Biblia veluti ad confertissimum armamentarium confugeret, et testimoniis inde eductis, tamquam firmissimis argumentis, quibus refragari minime liceret, ad coarguendos adversariorum errores uteretur. Ita Helvidio perpetuam Deiparae virginitatem neganti, aperte ac simpliciter: « Ut haec quae scripta sunt, non negamus, ita ea quae non sunt scripta, renuimus. Natum Deum esse de Virgine credimus, quia legimus. Mariam nupsisse

[1] Tract, de Ps. 88.
[2] In Matth. 13, 44; tract, de Ps. TT.
[3] In Matth. 13, 45 ss.
[4] Quaest, in Gen., Praef.
[5] In Agg. 2, 1 ss.; cf. in Gal. 2, 10 etc.

post partum, non 'credimus, quia non legimus »;\ Iisdem vero armis contra Iovinianum pro doctrina catholica de statu virginali, de perseverantia, de abstinentia deque bonorum operam merito se spondet acerrime propugnaturum: «-Adversus singulas propositiones eius, Scripturarum vel maxime nitar testimoniis, ne querulus garriat, se eloquentia magis quam veritate superatum »[2]. Atque in libris suis contra eundem haereticum defendendis « quasi vero », scribit, « rogandus fuerit ut mihi cederet, et non invitus et repugnans in veritatis vincula ducendus))[3]. De universa autem Scriptura, in Ieremiae commentario, quem morte prohibitus est absolvere : « Nec parentum nec maiorum error sequendus est, sed auctoritas Scripturarum et Dei docentis imperium » [4]. Et viam rationemque adversus hostes dimicandi sic Fabiolam docet : « Cum divinis Scripturis fueris eruditus et leges earum ac testimonia vincula sciens veritatis, contendes cum adversariis, ligatos eos et vinctos duces in captivitate!» et de hostibus quondam atque captivis liberos Dei facies » [5].

Porro cum divina sacrorum Librorum inspiratione summaque eorundem auctoritate docet Hieronymus immunitatem et omni ab errore et fallacia vacuitatem necessario cohaerere : quod, uti a Patribus traditum communiterque receptum, in celeberrimis Occidentis Orientisque scholis didicerat. Et sane, cum, post inceptam, Damasi Pontificis mandato, Novi Testamenti recognitionem, quidam « homunculi » ipsum studiose obiurgarent quod « adversus auctoritatem veterum et totius mundi opinionem aliqua in Evangeliis emendare » tentasset, paucis respondit, non adeo se hebetis fuisse cordis et tam crassae rusticitatis, ut aliquid de Dominicis verbis aut corrigendum putasset aut non divinitus inspiratum [6]. Primam vero Ezechielis visionem de

*** Adv. Helv. 19.**
[2] Adv. Iovin. 1, 4
[3] Ep. 49, al. 48, 14, 1.
*** In Ier. 9, 12 ss.**
[5] Ep. 78, 30, al. 28. mangio.
[6] Ep. 27, 1, 1 s.

quattuor Evangeliis exponens « totum autem corpus », animadvertit, « et dorsa plena oculis adprobatum qui viderit nihil esse in Evangeliis quod non luceat et splendore suo mundum illuminet: ut etiam quae parva putantur et viiia, Spiritus Sancti fulgeant maiestate » \ Iam quae de Evangeliis inibi affirmat, eadem de omnibus aliis « Dominicis verbis » in singulis commentariis profitetur, ut catholicae interpretationis legem ac fundamentum; et hac ipsa veritatis nota germanus propheta, Hieronymo auctore, a falso internoscitur[2]. Nam « Domini verba sunt vera, et eius dixisse, fecisse est »[3]. Itaque « Scriptura mentili non potest »[4], et nefas est dicere Scripturam mentiri[5], immo solum errorem nominis in eius verbis, admittere[6]. Addit praeterea Sanctus Doctor, se « aliter habere Apostolos, aliter reliquos tractatores » idest profanos ; « illos semper vera dicere, istos in quibusdam, ut homines, aberrare »[7]; et licet multa in Scripturis dicantur, quae videntur incredibilia, tamen vera esse[8]; in hoc « verbo veritatis » nullas res sententiamque inter se pugnantes inveniri posse, « nihil dissonum, nihil diversum »[9]; quare « cum videatur Scriptura inter se esse contraria, utrumque verum » esse, « cum diversum sit »[10]. Cui cum fortiter principio adhaeresceret, si qua in sacris libris inter se discrepare viderentur, eo curas omnes cogitationesque Hieronymus convertere, ut quaestionem enodaret; quodsi rem nondum apte diremptam putaret, de eadem, data occasione, iterato libenterque inquirere, haud ita felici interdum exitu. Scriptores tamen sacros nunquam de fallacia arguit vel levissima - « hoc quippe impiorum est,

1 In Ex. 1, 15 ss.
2 In Mich. 2, 11 s.; 3, 5 ss.
8 In Mich. 4, 1 ss.
* In Ier. 31, 35 ss.
* In Nah. 1, 9.
« Ep. 57, 7, 4.
7 Ep. 82, 7, 2.
» Ep. 72, 2, 2.
8 Ep. 18, *1*, 4; cf. Ep. 46, 6, 2
10 Ep. 36, 11, 2.

Gelsi, Porphyrii, Iuliani » \ - In quo quidem cum Augustino plane consentit, qui, ad ipsum Hieronymum scribens, se solis libris sacris hunc timorem honoremque ait deferre, ut nullum eorum auctorem scribendo /errasse aliquid, firmissime credat, ideoque, si quid in eis offendat litteris, quod videatur contrarium veritati, non id opinari, sed vel mendosum esse codicem vel interpretem errasse vel seipsum minime intellexisse ; quibus haec subiicit : « Nec te, mi frater, sentire aliud existimo : prorsus, inquam, non te arbitror sic legi tuos libros velle tamquam prophetarum et Apostolorum, de quorum scriptis quod omni errore careant, dubitare nefarium est »[2]. Hac igitur Hieronymi doctrina egregie confirmantur atque illustrantur ea quibus fel. rec. decessor Noster Leo XIII antiquam et constantem Ecclesiae fidem sollemniter declaravit de absoluta Scripturarum a quibusvis erroribus immunitate : « Tantum abest ut divinae inspirationi error ullus subesse possit, ut ea per se ipsa non modo errorem excludat omnem, sed tam necessario excludat et respuat, quam necessarium est, Deum, summam veritatem nullius omnino erroris auctorem esse ». Atque allatis definitionibus Conciliorum Fiorentini et Tridentini in synodo Vaticana confirmatis, haec praeterea habet : « Quare nihil admodum refert, Spiritum Sanctum assumpisse homines tamquam instrumenta ad scribendum, quasi non quidem primario auctori, sed scriptoribus inspiratio quidpiam falsi elabi potuerit. Nam supernaturali ipse virtute ita eos ad scribendum excitavit et movit, ita scribentibus adstitit, ut ea omnia eaque sola quae ipse haberet, et recte mente conciperent, et fideliter conscribere vellent, et apte infallibili veritate exprimerent : secus non ipse esset auctor sacrae Scripturae universae »[3]. Quae decessoris Nostri verba quamquam nullum relinquunt ambigendi vel tergiversandi locum, dolendum tamen est, Venerabiles Fratres, non modo ex iis

f **Ep. 57, 9, 1.**

⁸ **S. Aug. ad S. Hieron., inter epist, S. Hier. 116, 8.**

³ **Litt. Enc.** *Providentissimus Deus.,*

qui foris sunt, sed etiam e catholicae Ecclesiae filiis, immo vero, quod animum Nostrum vehementius excruciat, ex ipsis clericis sacrarumque disciplinarum magistris non defuisse qui, iudicio suo superbe subnixi, Ecclesiae magisterium in hoc capite vel aperte reiecerint vel occulte oppugnarmi Equidem illorum comprobamus consilium, qui ut semet ipsos aliosque ex difficultatibus sacri codicis expédiant, ad eas diluendas, omnibus studiorum et artis criticae freti subsidiis, novas vias atque rationes inquirunt ; at misere a proposito aberrabunt, si decessoris Nostri praescripta neglexerint et certos fines terminosque a Patribus constitutos praeterierint. Quibus sane praeceptis et finibus nequaquam recentiorum illorum continetur opinio, qui, inducto inter elementum Scripturae primarium seu religiosum et secundarium seu profanum discrimine, inspirationem quidem ipsam ad omnes sententias, immo etiam ad singula Bibliorum verba pertinere volunt, sed eius effectus, atque in primis erroris immunitatem absolutamque veritatem, ad elementum primarium seu religiosum contrahunt et coangustant. Eorum enim sententia est, id unum, quod ad religionem spectet, a Deo in Scripturis intendi ac doceri ; reliqua vero, quae ad profanas disciplinas pertineant et doctrinae revelatae, quasi quaedam externa divinae veritatis vestis, inserviant, permitti tantummodo et scriptoris imbecillitati relinqui. Nihil igitur mirum, si in rebus physicis et historicis aliisque similibus satis multa in Bibliis occurrant quae cum huius aetatis bonarum artium progressionibus componi omnino non possint. Haec opinionum commenta, sunt qui nihil repugnare contendant decessoris Nostri praescriptionibus, cum is hagiographum in naturalibus rebus secundum externam speciem, utique fallacem, loqui declaraverit. Id vero quam temere, quam falso affirmetur, ex ipsis Pontificis verbis manifesto apparet. Neque enim ab externa rerum specie, cuius rationem esse habendam, Leo XIII, praeeuntibus Augustino et Thoma Aquinate, sapientissime edixit, ulla falsi labes divinis Litteris aspergitur, quandoquidem sensus in iis rebus proxime

cognoscendis, quarum sit propria ipsorum cognitio, minime decipi, dogma est sanae philosophiae. Praeterea decessor Noster, quovis inter elementum primarium et secundarium, uti vocant, remoto discrimine omnique ambiguitate sublata, luculenter ostendit, longissime a vero abesse illorum opinionem, qui arbitrantur <(de veritate sententiarum cum agitur, non adeo exquirendum quaenam dixerit Deus, ut non magis perpendatur quam ob causam ea dixerit » ; idemque docet divinum afflatum ad omnes Bibliorum partes, sine ullo delectu ac discrimine, proferri, nullumque in textum inspiratum errorem incidere posse : « At nefas omnino fuerit, aut inspirationem ad aliquas tantum Sacrae Scripturae partes coangustare, aut concedere sacrum ipsum errasse auctorem »,

Neque minus ab Ecclesiae doctrina, Hieronymi testimonio ceterorumque Patrum comprobata, ii dissentiunt, qui partes Scripturarum historicas non factorum *absoluta* inniti veritate arbitrantur, sed tantummodo *relativa,* quam vocant, et concordi vulgi opinione : idque non verentur ex ipsis Leonis Pontificis verbis inferre, propterea quod principia de rebus naturalibus statuta ad disciplinas historicas transferri posse dixerit. Itaque contendunt, hagiographos, uti in physicis secundum ea quae apparerent locuti sint, ita eventa ignaros rettulisse prouti haec e communi vulgi sententia vel falsis aliorum testimoniis constare viderentur, neque fontes scientiae suae indicasse, neque aliorum enarrationes fecisse suas. Rem in decessorem Nostrum plane iniuriosam et falsam plenamque erroris cur multis refellamus? Quae est enim rerum naturalium cum historia similitudo, quando physica in iis versantur quae « sensibilité! apparent » ideoque cum phaenomenis concordare debent, cum, contra, lex historiae praecipua haec "sit, scripta cum rebus gestis, uti gestae reapse sunt, congruere oportere? Recepta semel istorum opinione, quo pacto incolumis consistat veritas illa, ab omni falso immunis, narrationis sacrae, quam decessor Noster in toto Litterarum suarum contextu retinendam esse declarat? Quodsi

affirmât, ad historiam cognatasque disciplinas eadem principia transferri utiliter posse quae in physicis locum habent, id quidem non universe statuit, sed auctor tantummodo est ut haud dissimili ratione utamur ad refellendas adversariorum fallacias et ad historicam Sacrae Scripturae fidem ab eorum impugnationibus tuendam. Atque utinam novarum rerum fautores hic sisterent; siquidem eo procedunt ut Doctorem Stridonensem ad sententiam suam defendendam invocent, utpote qui historiae fidem et ordinem in Bibliis servari « non iuxta id quod erat, sed iuxta id quod illo tempore putabatur » et hanc quidem propriam esse historiae legem asseveraverit [1]. In quo mirum quantum ad sua commenta detorquent verba Hieronymi. Nam quis est qui non videat, hoc Hieronymum dicere, hagiographum non in rebus gestis enarrandis, veritatis ignarum, ad falsam se vulgi opinionem accommodare, sed in nomine personis et rebus imponendo communem sequi loquendi modum? Ut cum Sanctum Iosephum patrem Iesu appellat, de quo quidem patris nomine quid sentiat, ipse in toto narrationis cursu haud obscure significat. Atque haec ad Hieronymi mentem « vera historiae lex » est, ut scriptor, cum de eiusmodi appellationibus agitur, remoto omni erroris periculo, usitatam loquendi rationem teneat, propterea quia penes usum est arbitrium et norma loquendi. Quid, quod res quas Biblia gestas enarrant, hic noster non secus ac doctrinas fide ad salutem necessaria credendas proponit? Et sane in commentario Epistulae ad Philemonem haec habet: « Quod autem dico, tale est: Credit quispiam in Conditorem Deum: non potest credere nisi prius crediderit de sanctis eius vera esse quae scripta sunt ». Exemplis deinceps quam plurimis ex Veteris Testamenti codice allatis, sic concludit: « Haec et cetera quae de sanctis scripta sunt, nisi quis universa crediderit, in Deum sanctorum credere non valebit »[2]. Hieronymus igitur idem omnino profitetur, quod Augustinus, communem totius antiquitatis christia-

[1] In Ier. 23, 15 ss.; in Matth. 14,8; adv. Helv. 4.

[2] In Philem. 4.

nae sensum complexus, scribebat: « Quidquid de Henoch et de Elia et de Moyse Scriptura sancta, certis et magnis fidei suae documentis in summo culmine auctoritatis locata, testatur, hoc credimus... Non ergo ideo credimus natum ex Virgine Maria, quod aliter in vera carne exsistere et hominibus apparere non posset (uti voluit Faustus), sed quia sic scriptum est in ea Scriptura cui nisi crediderimus, nec christiani nec salvi esse poterimus » \ - Neque aliis Scriptura sancta obtrectatoribus caret; eos intellegimus, qui rectis quidem, si intra certos quosdam fines contineantur, principiis sic abutuntur, ut fundamenta veritatis Bibliorum labefactent et doctrinam catholicam communiter a Patribus traditam subruant. In quos Hieronymus, si adhuc viveret, utique acerrima illa sermonis sui tela coniiceret, quod, sensu et iudicio Ecclesiae posthabito, nimis facile ad citationes quas vocant implicitas vel ad narrationes specie tenus historicas confugiunt; aut genera quaedam litterarum in libris sacris inveniri contendunt, quibuscum integra ac perfecta verbi divini veritas componi nequeat; aut de Bibliorum origine ita opinantur, ut eorundem labet vel prorsus pereat auctoritas. Iam quid de iis sentiendum, qui, in ipsis Evangeliis exponendis, fidem illis debitam humanam minuunt, divinam evertunt? Quae enim Dominus Noster Iesus Christus dixit, quae egit, non ea censent ad nos integra atque immutata pervenisse, iis testibus, qui quae ipsi vidissent atque audivissent, religiose perscripserint; sed - praesertim ad quartum Evangelium quod attinet - partim ex Evangelistis prodiisse, qui multa ipsimet excogitarint atque addiderint, partim e narratione fidelium alterius aetatis esse congesta; ob eamque causam aquas e duobus fontibus manantes uno eodemque alveo sic hodie contineri, ut nulla iam certa nota distingui inter se possint. Haud ita Hieronymus, Augustinus et ceteri Ecclesiae Doctores historicam Evangeliorum fidem intellexerunt, de qua « qui vidit, testimonium perhibuit, et verum est testimonium eius. Et ille scit, quia vera dicit, ut et vos cre-

[1] S. Aug., Contra Faustum 2(>, 3 s. C s.

datis » \ Ac Hieronymus quidem, postquam haereticos, qui apocrypha evangelia confecerant, in eo reprehendit quod « conati sunt magis ordinare narrationem quam historiae texere veritatem »[2], de Scripturis canonicis, contra, scribit: « nulli dubium sit, facta esse quae scripta sunt »[3], iterum iterumque cum Augustino consentiens, qui de Evangeliis praeclare : « vera haec », inquit, <(et de illo fideliter veraciterque conscripta sunt, ut quisquis Evangelio eius crediderit, veritate instruatur, non mendaciis illudatur » *.

Iam videtis, Venerabiles fratres, quanto opere sit vobis adnitendum, ut quam Patres diligentissime detegerint insanam opinandi libertatem, eamdem Ecclesiae filii non minus diligenter devitent. Quod quidem eo facilius assequemini, si et clericis et laicis, quos Spiritus Sanctus vobis credidit regundos, persuaseritis, Hieronymum ceterosque Ecclesiae Patres hanc de sacris Libris doctrinam nusquam alibi nisi in schola ipsius divini Magistri Iesu Christi didicisse. Num quid aliud legimus de Scriptura sensisse Dominum? Cuius ex verbis « scriptum est » .et « oportet impleri Scripturam » iam argumentum omni exceptione maius exsistit, quod omnibus controversiis finem imponat. Sed, ut in re paulisper commoremur, cuiusnam scientiam aut memoriam fugiat, Dominum Iesum in sermonibus quos ad populum habuit, cum in monte prope lacum Genesareth, tum in synagoga Nazareth et in civitate sua Capharnaum, capita doctrinae et argumenta ad eam probandam ex codice sacro assumpsisse? Nonne ad disceptandum cum pharisaeis et sadducaeis invicta arma indidem cepit? Sive enim doceat, sive disputet, ex qualibet Scripturae parte sententias affert et exempla, et uti talia affert, quibus sit necessario credendum; quo in genere ad Ionam et Ninivitas, ad reginam Saba et Salomonem, ad Eliam et Elisaeum, ad David, ad Noe, ad Lot et Sodomitas et

[1] Ioh. 19, 35.

[2] In Matth. Prol. " •

[3] Ep. 78, 1, 1; cf. in Mare. 1, 13-31

* S. Aug., C. Faustum 26, 8.

ipsam uxorem Lot, sine ullo discrimine, provocat[1]. Veritatem autem sacrorum Librorum sic testatur, ut sollemniter edicat.: « Iota unum aut unus apex non praeteribit a lege donec omnia fiant »[2], et: « Non potest solvi Scriptura »[3]: quamobrem « qui solverit unum de mandatis istis minimis et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno caelorum »[4]. Quam ut doctrinam Apostoli, quos brevi in terris erat relicturus, plene imbibèrent, ante quam ad Patrem in caelum adscendit, « aperuit illis sensum, ut intellegerent Scripturas, et dixit eis: Quoniam sic scriptum est et sic oportebat Christum pati et resurgere a mortuis tertia die »[5]. Doctrina igitur Hieronymi de praestantia et veritate Scripturae, ut uno verbo dicamus, doctrina Christi est. Quare omnes Ecclesiae filios, eosque praecipue, qui sacrorum alumnos ad hanc excolunt disciplinam, vehementer hortamur, ut Stridonensis Doctoris vestigia constanti animo persequantur: ex quo, sine dubio, futurum est, ut hunc Scripturarum thesaurum, quanti ille habuit, tanti ipsimet faciant, et ex eius possessione suavissimos capiant beatitatis fructus.

Etenim quod Doctore Maximo utamur duce ac magistro, id utilitates non modo quas supra memoravimus, sed alias etiam nec paucas nec mediocres habet, quas, Venerabiles Fratres, placet vobiscum paucis recolere. Quod quidem ut aggrediamur, ille in primis ante oculos mentis Nostrae obversatur ardentissimus Bibliorum amor, quem omni vitae suae exemplo et verbis Spiritu Dei plenis Hieronymus demonstravit atque in fidelium animis cotidie magis excitare studuit. « Ama Scripturas sanctas », ita in virgine Demetriade hortari omnes videtur, « et amabit te sapientia; dilige eam et servabit te; honora illam et amplexantur te. Haec monilia in pectore et in auribus tuis haereant »[6].

[1] Cf. Matth. 12, 3. 39-42; Luc. 17, 20-29. 32 etc.
[2] Matth. 5, 18.
[3] Ioh. 10, 35.
[4] Matth. 5, 19.
[5] Luc. 24, 45 s.
[6] Ep. 130, 20.

Continua sane Scripturae lectio atque accuratissima singulorum librorum et vel sententiarum vocumque pervestigatio id effecit, ut tantum sacri codicis usum haberet, quantum nullus alius scriptor ecclesiasticae antiquitatis. Cui Bibliorum scientiae cum subtilitate iudicii coniunctae tribuendum est, quod versio Vulgata a Doctore nostro confecta, omnium integrorum iudicum consensu, reliquis longe praestat antiquis versionibus, cum accuratius atque elegantius archetypon reddere videatur. Vulgatam vero ipsam, quam « longo tot saeculorum usu in ipsa Ecclesia probatam» Concilium Tridentinum uti authenticam habendam et in docendo et orando usurpandam esse constituit, praegestimus animo, si quidem benignissimus Deus huius lucis Nobis usuram protulerit, ad codicum fidem, emendatam restitutamque videre : quo ex arduo laboriosoque opere, a fel. rec. decessore Nostro Pio X sodalibus Benedictinis providenter commisso, minime dubitamus quin nova ad Scripturarum intellegentiam praesidia accedant. Quarum amor e Hieronymi praesertim epistulis adeo eminet, ut eae velut ipsis divinis verbis contextae videantur; et, quemadmodum Bernardo nihil ea sapiebant unde dulcissimum Iesu nomen abesset, sic noster nullis iam litteris delectabatur quae luminibus carerent Scripturarum. Quare ad sanctum Paulinum, virum senatoria olim et consulari dignitate conspicuum, eumque non multo ante ad Christi fidem conversum, haec candide scribebat : « Si haberes hoc fundamentum (id est scientiam Scripturarum), immo, quasi extrema* manus in tuo opere duceretur, nihil pulchrius, nihil doctius nihilque latinius tuis haberemus voluminibus... Huic prudentiae et eloquentiae si accederet vel studium vel intellegentia Scripturarum, viderem te brevi arcem tenere nostrorum » [1]

Sed qua via ac ratione magnus Hic thesaurus, a Patre caelesti in solacium peregrinantium filiorum conlatus, sit cum laeta boni exitus spe quaerendus, Hieronymus suo ipse exemplo indi-

[1] Ep. é8, 9, 2; 11, 2.

eat. Atque in primis monet, praeparationem diligentem affectamque bene voluntatem ad eiusmodi studia afferamus. Ipse enim, postquam baptismo ablutus est, omnia ut removeret externa impedimenta, quae a sancto eum proposito remorari poterant, hominem illum imitatus, qui, thesauro invento, « prae gaudio illius vadit et vendit universa quae habet et emit agrum illum » \ fluxas inanesque huius mundi delicias missas facere, solitudinem percupere, et severam vitae institutum eo studiosius amplecti, quo magis in vitiorum illecebris antea salutem periclitan perspexerat. At certe, iis sublatis impedimentis, reliquum erat, ut animum quoque ad Iesu Christi scientiam compararet, Eumque indueret qui « mitis » est « et humilis corde » ; siquidem in se' id expertus erat, quod Augustinus sibi sacrarum Litterarum studia ineunti contigisse testatus est. Qui postquam se in scripta Ciceronis aliorumque adulescens immerserat, cum animum ad Scripturam sanctam intenderet, « visa est mihi », ait, « indigna quam Tullianae dignitati compararem. Tumor enim meus refugiebat modum eius, et acies mea non penetrabat interiora eius. Verumtamen illa erat quae cresceret cum parvulis: sed ego dedignabar esse parvulus, et turgidus fastu mihi grandis videbar »[2]. Haud aliter Hieronymus, etsi in solitudinem secesserat, profanis litteris adeo delectabatur, ut humilem Christum nondum in humilitate Scripturae cognosceret. « Itaque miser ego », inquit, « lecturas Tullium ieiunabam. Post noctium crebras vigilias, post lacrimas quas mihi praeteritorum recordatio peccatorum ex imis visceribus eruebat, Plautus sumebatur in manus. Si quando in memetipsum reversus, prophetas legere coepissem, sermo horrebat incultus, et quia lumen caecis oculis non videbam, non oculorum putabam culpam esse sed solis »[3]. Sed brevi Crucis stultitiam sic adamavit, ut sit documento quantum humilis piusque animi habitus ad Bibliorum intellegentiam con-

[1] **Matth. 13, 44**

[2] **S. Aug. Conf. 3, 5; cf. 8, 12.**

[3] **Ep. 22, 30, 2.**

ferat. Itaque cum sibi ipse conscius esset « semper in exponen* dis Scripturis sanctis Spiritus Dei indigere nos adventu »[1] et non aliter Scripturam esse legendam et intellegendam « quam sensus Spiritus Sancti flagitat quo conscripta est » \ sanctissimus vir Dei opem et Paracliti lumina, amicis quoque deprecatoribus usus, suppliciter implorat; eumque legimus divino auxilio fratrumque precibus et explanationes librorum sacrorum, quas inchoaret, commendantem, et quas feliciter absolvisset, referentem acceptas. Praeterea, quemadmodum Dei gratiae, sic maiorum auctoritati se permittit, ut affirmare queat, se « quod didicerat, non a seipso, id est a praesumptionis pessimo praeceptore, sed ab illustribus Ecclesiae viris »[3] didicisse ; fatetur enim, se « nunquam in divinis voluminibus propriis viribus credidisse »[4], et cum Theophilo, episcopo Alexandrino, legem, ad quam vitam suam et studia sacra composuerat, hisce verbis communicat : « Sed tamen scito nobis esse nihil antiquius quam Christiani iura servare nec patrum transferre terminos semperque meminisse Romanam fidem apostolico ore laudatam »[5]. Atque Ecclesiae, supremae per Romanos Pontifices magistrae, toto pectore obsequitur et paret; e regione igitur Syriae deserta, ubi haereticorum factionibus premebatur, ut controversiam Orientalium de Sanctissimae Trinitatis mysterio dirimendam Romanae Sedi subiiceret, ita scribit ad Damasum Pontificem: « Ideo mihi cathedram Petri et fidem apostolico ore laudatam censui consulendam, inde nunc meae animae postulans cibum unde olim Christi vestimenta suscepi... Ego nullum primum nisi Christum sequens, Beatitudini Tuae id est cathedrae Petri communione consoeior. Super illam petram aedificatam Ecclesiam scio... Decernite, obsecro : si placet, non timebo tres hypostases dicere; si iubetis, condatur nova post Nicaenam

[1] In Mich. 1, .10, 15.

[2] In Gal. 5, 19 ss.

» Ep. 108, 26, 2.

[4] Ad Domnionem et PoR-atinmim in 1. Par. Praef.

[5] Ep. 63, 2.

fides, et similibus verbis cum Arianis confiteamur orthodoxi»*h* Tandem hanc fidei suae praeclaram confessionem in proxima epistula repetit: « Ego interim clamito : Si quis cathedrae Petri iungitur, meus est »[2]. Quam quidem fidei regulam in Scripturarum studio continenter secutus, falsam quandam sacri codicis interpretationem hoc uno argumento réfutât: « Sed haec non recipit Ecclesia Dei »[3], et librum apocryphum, quem Vigilantius haereticus ipsi opposuerat, paucis hisce reiicit: « Quem ego librum nunquam legi. Quid enim necesse est in manus sumere quod Ecclesia non recipit? »[4]. Ergo cum in fidei integritate retinenda tam esset diligens, acerrime cum iis depugnabat qui ab Ecclesia descivissent, eosque adversarios veluti suos proprios habebat: « Breviter respondebo, nunquam me haereticis pepercisse et omni egisse studio, ut hostes Ecclesiae mei quoque hostes fierent »[5]; et ad Rufinum cum scriberet : « In uno tibi » ait « consentire non poterò, ut parcam haereticis, ut me catholicum non probem »[6]. Eorum tamen defectionem complorans, rogabat, vellent ad lugentem Matrem, unicam salutis causam, reverti [7], et pro iis « qui de Ecclesia egressi erant et dimitientes doctrinam Spiritus Sancti suum sensum sequebantur », precabatur, ut toto animo ad Deum converterentur [8]. Quodsi unquam alias, Venerabiles Fratres, at hac nostra praesertim aetate, cum Dei revelantis Ecclesiaeque docentis auctoritatem atque imperium non pauci contumaciter detrectant, spiritu Doctoris Maximi omnes e clero populoque christiano imbuantur oportet. Nostis enim - quod iam Leo XIII praemonuerat - « quale adversetur et instet hominum genus, quibus vel artibus vel armis confidant ». Omnino igitur quam plurimos quamque maxime idoneos exci-

[1] Ep. 15, 1. 2. 4.
[2] Ep. 16, 2, 2.
[3] In Dan. 3, 37.
[4] Adv. Vigil. 6.
[5] Dial. c. Pelag., Prolog. 2.
[6] Contra Ruf. 3, 43.
[7] In Mich. 1, 10 ss.
[8] In Is. I. 6 cap. 16, 1-5.

tetis oportet sanctissimae causae defensores, qui non modo adversus eos dimicent quibus, ordinem supernaturalem universum negantibus, nulla est Dei revelatio et afflatus, sed etiam cum iis congrediantur qui, profanarum novitatum cupidi, sacras Litteras quasi librum prorsus humanum interpretari audent, aut a sententiis discedunt in Ecclesia a prisca antiquitate receptis, aut magisterium eius sic neglegunt, ut Apostolicae Sedis Constitutiones et Pontificii Consilii de Re Biblica decreta parvi pendant vel silentio praetereant vel etiam ad placita sua subdole petulanterve detorqueant. Utinam catholici omnes auream sancti Doctoris regulam sequantur, et, Matris dicto audientes, intra terminos antiquos a Patribus positos et ab Ecclesia ratos se modeste contineant.

Sed ad propositum redeamus. Animos igitur iam pietate ac demissione comparatos, ad Bibliorum studium invitat Hieronymus. Ac primum omnibus iterum iterumque cotidianam verbi divini lectionem commendat: « Modo non sit corpus nostrum subditum peccatis, et ingredietur in nos sapientia: exerceatur sensus, mens cotidie divina lectione pascatur » [1]. Et in Epistulam ad Ephesios: « Unde omni studio legendae nobis Scripturae sunt et in lege Domini meditandum die ac nocte, ut probati trapezitae sciamus quis nummus probus sit, quis adulter » [2]. Neque ab hac communi lege matronas virginesque eximit. Laetae, matri Romanae, haec de filia instituenda, inter alia, tradit praecepta: « Reddat tibi pensum cotidie Scripturarum certum... Pro gemmis aut serico divinos codices amet... Discat primum psalterium, his se canticis avocet, et in Proverbiis Salomonis erudiatur ad vitam. In Ecclesiaste consuescat calcare quae mundi sunt. In Iob virtutis et patientiae exempla sectetur. Ad Evangelia transeat, nunquam ea positura de manibus. Apostolorum Acta et Epistulas tota cordis imbibât voluntate. Cumque pectoris sui cellarium his opibus locuplétavèrit, mandet memoriae prophetas et Hepta-

[1] In Tit. s, 9.
[2] In Eph.. 4.

ieuchum et Regum ac Paralipomenon libros, Esdraeque et Esther volumina, ut ultimum sine periculo discat Canticum Canticorum » \ Neque aliter Eustochium virginem hortatur : « Crebrius lege et disce quam plurima. Tenenti codicem somnus obrepat et cadentem faciem pagina sancta suscipiat »[2]. Cui cum epitaphium mitteret Paulae matris, sanctissimam feminam eo quoque nomine dilaudat,. quod una cum filia sic se Scripturarum studiis excoluisset, ut eas et penitus nosset et memoriae mandasset. Addit praeterea: « Loquar et aliud quod forsan aemulis videatur incredulum : hebraeam linguam, quam ego ab adulescentia multo labore ac sudore ex parte didici, et infatigabili meditatione non deserò, ne ipse ab ea deserar, discere voluit et consecuta est ita ut psalmos hebraice caneret et sermonem absque ulla latinae linguae proprietate resonaret. Quod quidem usque hodie in sancta filia eius Eustoehio cernimus »[3]. Neque sanctam praeterit Marcellam, quae item Scripturas calleret optime [4]. Quem vero lateat, ex pia sacrorum librorum lectione quantum utilitatis ac suavitatis in animos rite compositos defluat? Ad Biblia enim quisquis pia mente, firma fide, humili animo et cum proiiciendi voluntate accesserit, is eum ibi inveniet et comedet panem qui de caelo descendit, et Davidicum illud in se ipse experietur : « Incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi »[5], cum haec verbi divini mensa sit vere « continens doctrinam sanctam, erudiens fidem rectam, et firmiter usque ad interiora velaminis, ubi sunt Sancta Sanctorum, perducens »[6]. Quod autem in Nobis est, Venerabiles Fratres, Christifideles omnes auctore Hieronymo cohortari numquam desinemus, ut sacrosancta praesertim Domini Nostri Evangelia, itemque Acta Apostolorum et Epistulas cotidiana lectione per-

[1] Ep. 107, 9. 12.

[2] Ep. 22, 17, 2; cf. ib. 29, 2

[3] Ep. 108, 26.

* Ep. 127, 7.

[5] Ps. 50, 8.

[6] Irait, Chr. 4, 13. 4.

**volutare et in sucum et sanguinem convertere studeant. Itaque in his saecularibus sollemnibus ad Societatem, quae Sancti Hieronymi nomine nuncupatur, libenter provolat cogitatio Nostra; eoque libentius quod Nosmet ipsi rei inchoandae perficiendaeque participes fuimus, cuius quidem incrementa cum praeterita iucunde perspeximus, tum praecipimus laeto animo futura. Huic enim Societati non ignoratis, Venerabiles Fratres, id esse propositum, quattuor Evangelia et Acta Apostolorum quam latissime pervulgare ita, ut nulla iam sit christiana familia quae iis careat, omnesque cotidiana eorum lectione et meditatione assuescant, Quod opus Nobis ob exploratas eius utilitates carissimum, vehementer cupimus, societatibus eiusdem nominis et instituti ubique conditis, et iis ad Romanam aggregatis, in dioeceses vestras propagari atque diffundi. Eodem in genere optime de re catholica merentur illi e variis regionibus viri, qui omnes Novi Testamenti et selectos e Vetere libros commoda ac nitida forma edendos et evulgandos perdiligenter curarunt et in praesenti curant: unde constat haud exiguam fructuum copiam in Ecclesiam Dei permanasse, cum multo iam plures ad hanc caelestis doctrinae mensam accedant, quam Dominus Noster per suos prophetas, Apostolos et Doctores christiano orbi ministravit **

Iam vero, cum sacri codicis studium ab omnibus fidelibus requirit Hieronymus, tum maxime ab iis qui « iugum Christi collo suo imposuerunt »• et ad divinum verbum praedicandum divinitus vocati sunt. Sic enim in monacho Rustico clericos omnes affatur : « Quamdiu in patria tua es, habeto cellulam pro paradiso, varia Scripturarum poma decerpe, his utere deliciis, harum f mere complexu... Numquam de manu et oculis tuis recedat liber, Psalterium discatur ad verbum, oratio sine intermissione, vigil sensus nec vanis cogitationibus patens »[2]. Nepotianum vero presbyterum sic monet : « Divinas Scripturas saepius lege, immo nunquam de manibus tuis sacra lectio deponatur.

[1] **Tmit. Chr. 4, 11. 4.**

Disce quod doceas. Obtine eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, ut possis exhortari in doctrina sancta et contradicentes revincere » \ Cum autem in Sancti Paulini memoriam praecepta a Paulo discipulis Timotheo ac Tito de scientia Scripturarum impertita redegisset, haec addit : « Sancta quippe rusticitas sibi soli prodest, et quantum aedificat ex vitae merito Ecclesiam Christi, tantum nocet si contradicentibus non resistit. Malachias propheta, immo per Malachiam Dominus : Interroga, ait, sacerdotes legem. In tantum sacerdotis officium est interrogatum respondere de lege. Et in Deuteronomio legimus : Interroga patrem tuum et annuntiabit tibi, presbyteros tuos et dicent tibi... Daniel in fine sacratissimae visionis iustos ait fulgere quasi Stellas, et intellegentes id est doctos quasi firmamentum. Vides quantum distent inter se iusta rusticitas et docta iustitia? Alii stellis, alii caelo comparantur »[2]. Aliorum quoque clericorum « iustam rusticitatem » in epistula ad Marcellam per ironiam carpit : « quam (rusticitatem) illi solam pro sanctitate habent, piscatoriam se discipulos asserentes, quasi idcirco iusti sint, si nihil scierint » [3]. At non eiusmodi tantummodo rústicos, verum etiam clericos litteratos Scripturarum ignorantia peccare animadvertit, et gravissimis verbis assiduam in sacris voluminibus exercitationem sacerdotibusinculcat. Quae quidem exegetae sanctissimi documenta, Venerabiles Fratres, studiose efficite ut animis clericorum et sacerdotum vestrorum altius insideant ; nam vestrum in primis est diligenter revocare eos ad considerandum quid ab ipsis divini muneris, quo aucti sunt, ratio postulet, si eo non indignos se praestare velint : « Labia enim sacerdotis custodient scientiam et legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est »[4]. Sciant igitur, sibi nec studium Scripturarum esse neglegendum, nec illud alia via aggrediendum, ac Leo XIII Encyclicis Litteris « Providentissimus

[1] Ep. 52, 7, 1.
[2] Ep. 53, 3 ss.
[3] Ep. 27, 1, 2.
* Mal. 2, 7.

Deus » data opera praescripsit. Iidem profecto perfectius aliquid attingent, si Institutum Biblicum celebrarmi, quod, secunduni Leonis XIII optata, proximus decessor Noster condidit permagna quidem cum Ecclesiae sanctae utilitate, ut est horum decem annorum experimento testatissimum. Sed quoniam plerique hoc nequeunt, optabile est ut selecti ex utroque clero viri, vobis, Venerabiles Fratres, auctoribus atque auspicibus, undique in Urbem conveniant operam rei biblicae in Instituto Nostro daturi. Qui autem alumni convenerint, iis non una de causa Institutum frequentare licebit. Alii enim, secundum praecipuum huius Lycei magni finem, studia biblica ita pertractabunt, ut ea «postmodum tam privatim quam publice, tum scribentes cum docentes, profiteri valeant, sive in munere magistrorum penes catholicas scholas, sive in officio scriptorum pro catholica, veritate vindicanda, eorum dignitatem tueri possint »[1]; alii vero, qui iam ministerio sacro initiati sint, ampliorem, quam in theologiae curriculo, cognitionem Scripturae sacrae, itemque magnorum eius interpretum et temporum locorumque biblicorum, sibi comparare poterunt, quae cognitio ad usum praecipue pertineat, ad id nempe, ut perfecti evadant verbi divini administri, ad omne opus bonum instructi[2].

Habetis, Venerabiles Fratres, ex Hieronymi exemplo et auctoritate quibus virtutibus oporteat instructum esse, quisquis se ad lectionem studiumve Bibliorum conferat: nunc ipsum audiamus docentem quorsum sacrarum litterarum cognitio spectare quidque debeat intendere. Primum in iis paginis cibus quaerendus est, unde vita spiritus ad perfectionem alatur: quam ob causam Hieronymus in lege Domini meditari die ac nocte et in sanctis Scripturis panem de caelo ac manna caeleste, omnes in se delicias habens, consuevit comedere[3]. Quo quidem cibo animus noster carere qui possit? Et quomodo ecclesiasticus vir viam salutis alios doceat, quando, neglecta Scripturae meditatione, se ipse

[1] Pius X in Litt. Ap. *Vinea electa,* 7 Maii 1909.

[2] Cf. 2 Tim. 3, 17.

[3] Tract, de Ps. 147.

non docet? Aut quo pacto, sacra administrando, confidat se « esse ducem caecorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiae et veritatis in lege » [1] si hanc legis doctrinam commentari nolit et superno lumini aditum prohibeat? Heu quot sacrorum administri, posthabita Bibliorum lectione, fame ipsi pereunt et alios nimis multos interire sinunt, cum scriptum sit : « Parvuli petierunt panem et non erat qui f rangeret eis »[2]. « Desolata est omnis terra quia nullus est qui recogitet corde »[3]. Deinde, ut res postulaverit, argumenta ex Scripturis petenda sunt quibus fidei dogmata illustremus, confirmemus, tueamur. Quod ille mirifice praestitit, adversus sui temporis haereticos dimicans : quos ad refellendos, quam acuta, quam solida e locis Scripturae arma desumpserit, omnia eius opera luculenter ostendunt. In quo si eum imitari erunt nostri Scripturarum interpretes, id profecto consecuturum est - quod decessor Noster in Encyclicis Litteris « Providentissimus Deus » <(maxime optabile et necessarium » dixit -, ut « eiusdem Scripturae usus in universam theologiae influat disciplinam eiusque prope sit anima ». Praecipuus denique Scripturae usus ad divini verbi ministerium pertinet, sancte fructuoseque exercendum. Atque hoc loco, gratissimum est Doctoris Maximi verbis roborari praecepta, quae Nos Litteris Encyclicis « Humani generis » de verbi divini praedicatione tradidimus. Ac profecto insignis interpres tam ^graviter, tam frequenter continuam sacrarum Litterarum lectionem ad id potissimum sacerdotibus commendat, ut munere docendi et contionandi digne perfungantur. Neque enim eorum sermo habeat aliquid, cum momenti et ponderis, tum ad effingendus animos efficacitatis, nisi a sacra Scriptura informetur ab eaque vim suam ac robur mutuetur. « Sermo presbyteri Scripturarum lectione conditus sit »[4]. Nam « quidquid in Scripturis sanctis dicitur, tuba comminans est et

[1] **Rom. 2, 19** s.
[2] **Thren. 4, 4.**
[3] **Ier. 12, 11.**
[4] **Ep. 52, 8, 1.**

grandi voce credentium aures pene-trans » \ « Nihil enim ita percutit, ut exemplum de Scripturis sanctis »[2].

Quae autem sanctus Doctor habet de legibus in usu Bibliorum servandis, ea, quamquam ad interpretes quoque, maximam partem, pertinent, sacerdotes in verbi divini praedicatione ante oculos habento. Ac primo quidem monet, ipsa Scripturae verba perdiligenter consideremus, ut certo constet quidnam sacer scriptor dixerit. Neque enim quisquam ignorat, Hieronymum, si quando opus esset, consuevisse ad codicem primigenium adire, aliam interpretationem cum alia comparare, vim verborum excutere et, si qui incidisset error, causas erroris aperire ut de ipsa lectione omnis tolleretur dubitatio. Tum vero, quae in verbis insit significatio et sententia, docet esse inquirendum, quia « de Scripturis sanctis disputanti non tam necessaria sunt verba quam sensus »[3]. Atque in eiusmodi significatione perscrutanda minime diffitemur Hieronymum, doctores latinos nonnullosque ex graecis superiorum temporum imitatum, fortasse plus aequo allegoricis interpretationibus initio concessisse. Verum fecit ipse sacrorum Librorum amor, fecit perpetuus labor in eos recognoscendos ac penitus percipiendos impensus, ut cotidie magis in recta sensus litteralis aestimatione proficeret, et sana hoc in genere principia proponeret ; quae, cum nunc quoque tutam omnibus viam muniant ad plenum ex sacris libris sensum eruendum, breviter exponemus. Ad litteralem igitur seu historicam explicationem in primis animum intendere debemus : « Prudentem semper admoneo lectorem, ut non superstitiosis acquiescat interpretationibus et quae commatice pro fingentium dicuntur arbitrio, sed consideret priora, media et sequentia, et nectat sibi universa quae scripta sunt » \ Addit, reliquum omne interpretationis genus, tamquam fundamento, sensu litterali inniti[5], qui

[1] In Amos 3, 3 ss.

[2] In Zach. 9, 15 s.

[3] Ep. 29, 1, 3.

[4] In Matth. 25, 13.

[5] Cf. in Ez. 38, 1 ss.; 41, 23 ss.; 42, 13 s.; in Marc. 1, 13-31; Ep. 129, 6, 1 etc.

neque tum abesse putandus est, cum aliquid translate effertur; nam « frequenter historia ipsa metaphorice texitur et sub imagine... praedicatur » \ Qui vero opinantur, Doctorem nostrum id nonnullis Scripturae locis tribuisse quod sensu historico carerent, eos ipsemet refellit: « Non historiam denegamus, sed spiritalem intellegentiam praef erimus »[2]. Litterali autem seu historica significatione in tuto collocata, interiores altioresque rimatur sensus, ut exquisitiore epulo spiritum pascat: docet enim de libro Proverbiorum, idemque de reliquis Scripturae partibus saepe monet, sistendum non esse in solo litterali sensu, « sed, quasi in terra aurum, in nuce nucleus, in hirsutis castanearum operculis absconditus fructus inquiritur, ita in eis divinum sensum altius perscrutandum »[3]. Quamobrem, cum Sanctum Paulinum edoceret, « quo in Scripturis sanctis calle gradiätur », « totum », ait, « quod legimus in divinis libris, nitet quidem et fulget etiam in cortice, sed dulcius in medulla est. Qui esse vult nucleum, frangit nucem »[4]. Monet tamen, cum de quaerendo agitur eiusmodi interiore sensu, quemdam modum esse adhibendum, « ne, dum spiritales divitias sequimur, historiae contemnere paupertatem videamur »[5]. Itaque haud paucas improbat antiquorum scriptorum mysticas interpretationes ob eam praecipue causam quod in litterali sensu minime inniterentur: « ut omnes illius repromissiones quas sancti prophetae suo ore cecinerunt, non inanem sonum habeant et crassa solius tropologiae nomina, sed fundentur in terra et cum historiae habuerint fundamenta, tunc spiritalis intellegentiae culmen accipiant »[6]. Qua in re sapienter animadvertit, non esse a Christi et Apostolorum vestigiis discedendum, qui, quamquam Vetus Testamentum uti Novi Foederis praeparationem et obumbrationem considerant propterea-

[1] In Hab. 3, 14 ss.
[2] In Mare. 9, 1-7; cf. in Ez. 40, 24-27.
[3] In Eccle. 12, 9 s.
[4] Ep. 58, 9, 1.
[5] In Eccle. 2, 24 ss.
[6] In Amos 9. 6.

que locos complures typice interpretantur, non omnia tamen ad typicam significationem trahunt. Atque, ut rem confirmet, saepe ad Paulum Apostolum appellat, qui, exempli gratia, « exponens sacramenta Adae et Evae, non negavit plasmationem eorum, sed super fundamentum historiae spiritalem intellegentiam aedificans ait : Propter hoc relinquet homo etc. » \ Quodsi sacrarum Litterarum interpretes et divini verbi praecones, Christi et Apostolorum exemplum secuti monitisque Leonis XIII obtemperantes, ea non neglexerint « quae ab eisdem Patribus ad allegoricam similemve sententiam translata sunt, maxime cum ex litterali descendant, et multorum auctoritate fulciantur », et modeste temperateque e litterali sententia ad altiora exsurgant atque se erigant, cum Hieronymo experientur quam verum illud Pauli : « Omnis Scriptura divinitus inspirata et utilis ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iustitia » [2], et larga ex infinito Scripturarum thesauro habituri sunt rerum sententiarumque subsidia, quibus fortiter suaviterque vitam moresque fidelium ad sanctitatem conforment. •

Quod vero attinet ad exponendi et dicendi rationem, quoniam inter dispensatores mysteriorum Dei quaeritur ut fidelis quis inveniatur, statuit Hieronymus, potissimum « veritatem interpretationis » retinendam esse et « commentatoris officium esse, non quid ipse velit, sed quid sentiat ille quem interpretatur, exponere » [3]; adiicit autem, « grande periculum esse in Ecclesia loqui, ne forte interpretatione perversa de Evangelio Christi hominis fiat Evangelium » [4]. Deinde « in explanatione sanctarum Scripturarum non verba composita et oratoriis flosculis adornata, sed eruditio et simplicitas quaeritur veritatis » [5]. Quam quidem ad normam cum scripta sua exararet, in commentariis profitetur hoc sibi habere propositum, non ut verba sua « -laudentur, sed ut

[1] In Is. 6, 1-7.
* 2 Tim. 3, 16.
[8] Ep. 49 al. 48, 17, 7.
[4] In Gal 1, 11 ss.
[5] In Amos, Praef, in 1. 3.

quae ab alio bene dicta sunt, ita intellegantur ut dicta sunt »[1]; in expositione vero divini verbi eam requiri orationem, quae a nullam lucubrationem redolens... rem explicet, sensum edisserat, obscura manifestet, non quae verborum compositione fröndescat »[2]. Atque hic placet plures Hieronymi locos subiicere, e quibus liquet, quam vehementer ab eloquentia illa abhorreret declamatorum propria, quae vacuo verborum strepitu et celeritate loquendi inanes plausus intendit. « Nolo te », monet Nepotianum presbyterum, « declamatorem esse et rabulam garrulumque, sed mysterii peritum et sacramentorum Dei tui eruditissimum. Verba volvere et celeritate dicendi apud imperitum vulgus admirationem sui facere, indoctorum hominum est »[3]. « Ex litteratis quicumque hodie ordinantur, id habent curae, non quomodo Scripturarum medullas ebibant, sed quomodo aures populi declamatorum flosculis mulceant » \ « Taceo de mei similibus, qui si forte ad Scripturas sanctas post saeculares litteras venerint, et sermone composito aurem populi mulserint, quidquid dixerint, hoc legem Dei putant, nec scire dignantur quid prophetae, quid Apostoli senserint, sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia : quasi grande sit et non vitiosissimum dicendi genus, depravare sententias et ad voluntatem suam Scripturam trahere repugnantem »[5]. « Nam sine Scripturarum auctoritate garrulitas non haberet fidem, nisi viderentur perversane doctrinam etiam divinis testimoniis roborare »[6]. Verum haec garrula eloquentia et verbosa rusticitas « nihil mordax, nihil vividum, nihil vitale demonstrat, sed totum flaccidum marcidumque et mollitum ebullit in olera et in herbas, quae cito arescunt et corruunt » ; simplex, contra, Evangelii doctrina, similis minimo grano sinapis, « non exsurgit in olera, sed crescit

[1] In Gal., Praef, in 1. 3.
[2] Ep. 36, 14, 2? cf. Ep. 140, 1, 2
[3] Ep. 52, S, 1.
[4] Dial. c. Lucif 11.
[5] Ep. 53, 7, 2.
[6] In Tit. 1, 10 s.

in arborem, ita ut volucres caeli... veniant et habitent in ramis eius » \ Quare hanc sanctam dicendi simplicitatem, cum perspicuitate et venustate minime quaesita coniunctam, ipse in omnibus sectabatur : « Sint alii diserti, laudentur ut volunt, et inflatis buccis spumantia verba trutinentur: mihi sufficit sic loqui ut intellegar et ut de Scripturis disputans Scripturarum imiter simplicitatem »[2]. Etenim « ecclesiastica interpretatio etiamsi habet eloquii venustatem, dissimulare eam debet et fugere, ut non otiosis philosophorum scholis paucisque discipulis, sed universo loquatur hominum generi »[3]. Quae profecto consilia et praecepta si iuniores sacerdotes ad effectum deduxerint et seniores continenter prae oculis habuerint, confidimus eos fore Christifidelium animis per ministerium sacrum summopere profuturos.

Reliquum est, Venerabiles Fratres, ut « dulces fructus » commemoremus, quos Hieronymus « de amaro semine litterarum » decerpsit, in eam erecti spem, futurum, ut eius exemplo ad cognoscendam percipiendamque sacri codicis virtutem sacerdotes et fideles vestris curis concrediti incendantur. Sed tantas tamque suaves spiritus delicias, quibus pius anachoreta affluebat, malumus ex eius veluti ore quam ex Nostris verbis complectamini. Audiatis igitur quomodo de sacra hac disciplina Paulinum « symmystam, sodalem et amicum » alloquatur : « Oro te, frater carissime, inter haec vivere, ista meditari, nihil aliud nosse, nihil quaerere, nonne tibi videtur iam hic in terris regni caelestis habitaculum? »[4]. Alumnam vero suam, P aulam ita interrogat : « Oro te, quid hoc sacratius sacramento? quid hac voluptate iucundius? Qui cibi, quae mella sunt dulciora quam Dei scire prudentiam, in adyta eius intrare, sensum Creatoris inspicere et sermones Domini tui, qui ab huius mundi sapientibus deridentur, plenos docere sapientia spiritali? Habeant sibi ceteri suas

[1] In **Matth. 13, 32.**

[2] **Ep. 36, 14, 2.**

[3] **Ep. 48 al. 49, 4, 3.**

opes, gemma bibant, serico niteant, plausu populi delectentur et per varias voluptates divitias suas vincere nequeant : nostrae deliciae sint, in lege Domini meditari die ac nocte, pulsare ianuam non patentem, panes Trinitatis accipere et saeculi Auctus, Domino praeeunte, calcare » \ Ad eandem Paulam et filiam eius Eustochium in commentario Epistulae ad Ephesios : « Si quidquam est, Paula et Eustochium, quod in hac vita sapientem teneat et inter pressuras et turbines mundi aequo animo manere persuadeat, id esse vel primum reor meditationem et scientiam Scripturarum »[2]. Qua cum ipse uteretur, gravibus animi maeroribus corporisque aegrotationibus affectus, tamen pacis et interioris gaudii solacio fruebatur : quod quidem gaudium non erat in vana atque otiosa delectatione positum, sed, a caritate profectum, in caritatem actuosam erga Ecclesiam Dei convertebatur, cui divini verbi custodia a Domino commissa est.

Etenim in sacris utriusque Foederis Litteris Ecclesiae Dei laudes legebat passim praedicatas. Singulae fere illustres sanctaeque mulieres, quae in Veteri Testamento honorificum obtinent locum, nonne huius Christi Sponsae figuram praeferebant? Nonne sacerdotium et sacrificia, instituta et sollemnia, universae paene Veteris Testamenti res gestae ad eam adumbrandam pertinebant? Quid, quod tot Psalmorum et prophetarum vaticinationes in Ecclesia divinitus impletas intuebatur? Non ipsi denique audita erant, a Christo Domino et ab Apostolis enun-tiata, **maxima eiusdem Ecclesiae privilegia? Quidni igitur in animo Hieronymi amorem erga Christi Sponsam cotidie magis excitaverit scientia Scripturarum? Iam vidimus, Venerabiles Fratres, quanta reverentia et quam flagranti caritate** is **Ecclesiam Romanam et Petri Cathedram prosequeretur; vidimus quam acriter Ecclesiae adversarios impugnaret. Cum autem iuniori commilitoni Augustino, idem proelium proelianti, plauderet, et se una cum eo haereticorum invidiam in se suscepisse**

[1] **Ep. 30, .13.**
[2] **In Eph., Prol.**

laetaretur : « Macte virtute », ita eum alloquitur, « in orbe celebrans. Catholici te conditorem antiquae rursum fidei venerantur atque suscipiunt, et, quod signum maioris gloriae est, omnes haeretici detestantur, et me pari persequuntur odio, ut quos gladiis nequeant, voto interficiant » \ Quae egregie confirmat Postumianus, apud Sulpicium Severum de Hieronymo testatus : « Cui iugis adversum malos pugna perpetuumque certamen concivit odia perditorum. Oderunt eum haeretici, quia eos impugnare non desinit; oderunt clerici, quia vitam eorum insectatur et crimina. Sed plane eum omnes boni admirantur et diligunt »[2]. Quo ex haereticorum peritorumque hominum o*dio multa perpessu aspera Hieronymus oppetiit, tum maxime cum Pelagiani coenobium Bethlehemiticum tumultuose adorti vastarunt; at omnes indignitates contumeliasque libenter pertulit, neque animo concidit, utpote qui pro tuenda Christi fide mori non dubitaret : « Hoc meum gaudium est », ad Apronium scribit, « quando in Christo audio filios meos dimicare, et istum zelum in nos ipse confirmet, cui credimus, ut pro fide eius sanguinem voluntarie fundamus... Nostra autem domus secundum carnales opes haereticorum persecutionibus penitus eversa, Christo propitio spiritalibus divitiis plena est. Melius est enim panem manducare quam fidem perdere »[3]. Quodsi errores nusquam impune serpere passus est, haud minore sane studio in perditos mores vehementi illo suo dicendi genere usus est, ut, quantum in se erat, Christo « exhiberet... gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid eiusmodi, sed ut sit sancta et immaculata »[4]. Quam graviter eos increpat, qui sacerdotalem dignitatem pravo vitae instituto violarent I Quam eloquenter ethnicos vitupérât mores, qui ipsam Urbem magna ex parte inficerent! Hanc vero vitiorum scelerumque omnium colluviem ut quoquo pacto cohiberet, opponere ipse virtutum christianarum praestan-

[1] Ep. 141, 2; cf. Ep. 134, 1.

[2] Postumianus apud Sulp. Sev., Dial. 1, 9.

» Ep. 139.

tiam atque pulchritudinem, verissime ratus nihil tam ad malum aversandum valere quam rerum optimarum amorem ; instare ut adulescentes pie ac recte instituerentur; gravibus consiliis coniuges ad vitae integritatem sanctitatemque hortari ; studium virginitatis purioribus instillare animis; arduam quidem sed suavem interioris vitae severitatem omnibus laudibus extollere ; primam illam christianae religionis legem, caritatis scilicet cum labore coniunctae, qua servata, e perturbationibus ad tranquillitatem ordinis se hominum societas feliciter reciperet, omni contentione urgere. De caritate autem ita praeclare ad Sanctum Paulinum : « Verum Christi templum anima credentis est : illam exorna, illam vesti, illi ofier donaria, in illa Christum suscipe. Quae utilitas, parietes fulgere gemmis et Christum in paupere fame mori? » \ Laboris vero legem non scriptis modo, sed totius quoque vitae exemplis tam impense omnibus suadebat, ut Postumianus, qui sex menses cum Hieronymo in urbe Bethlehem commoratus erat, apud Sulpicium Severam testatus sit : « Totus semper in lectione, totus in libris est : non die, non nocte requie scit; aut legit aliquid semper aut scribit»[2]. Ceterum, quantum Ecclesiam adamaret, liquet etiam ex commentariis, in quibus nullam dilaudandae Christi Sponsae opportunitatem praeterit. Ita, exempli causa, in explanatione Aggaei prophetae legimus: « Venerunt electa omnium gentium et repleta est gloria domus Domini, quae est Ecclesia Dei viventis, columna et firmamentum veritatis... His metallis illustrior fit Ecclesia Salvatoris quam quondam synagoga fuerat : his lapidibus vivis aedificatur domus Christi et pax ei praebetur aeterna »[3]. Et in Michaeam : (V Venite, ascendamus in montem Domini : ascensione opus est ut quis ad Christum valeat pervenire et domum Dei Iacob, Ecclesiam, quae est domus Dei, columna et firmamentum veritatis »[4]. In prooemio commentarii in Matthaeum-. « Ecclesia...

» Ep. 58, 7, 1. . . • .

» Postumianus apud Sulp. Ser., Dial. 1, 8;

» in Agg, 8í LE».

* la Mick. 4, *Im,*

**supra petram Domini voce fundata est, quam introduxit Rex in cubiculum suum et ad quam per foramen descensionis occultae misit manum suam » **

Quemadmodum in postremis, quos attulimus, locis, sic plerumque Dominum Iesum intime cum Ecclesia coniunctum Doctor noster concelebrat. Caput enim cum a corpore mystico separari nequeat, necessario coniungitur cum Ecclesiae studio Christi amor, qui scientiae Scripturarum praecipuus atque dulcissima omnium fructus habendus est. Hanc profecto sacri codicis scientiam adeo Hieronymus persuasum habebat usitatam esse viam qua ad cognitionem et .amorem Christi Domini pervenitur, ut asseverare minime dubitaverit: «Ignoratio Scripturarum ignoratio Christi est »[2]. Idem ad sanctam Paulam scribit : « Quae enim alia potest esse vita sine scientia Scripturarum per quas etiam ipse Christus agnoscitur, qui est vita credentium ? »[3]. In Christum enim veluti centrum omnes utriusque Testamenti paginae vergunt; et Hieronymus, cum verba Apocalypsis explanat quae sunt de fluvio et ligno vitae, inter alia, haec habet : « Unus fluvius egreditur de throno Dei, hoc est gratia Spiritus Sancti, et ista gratia Spiritus Sancti in sanctis Scripturis est, hoc est in isto fluvio Scripturarum. Tamen iste fluvius duas ripas habet, et Vetus et Novum Testamentum, et in utraque parte arbor piantata Christus est » \ Nihil igitur mirum si, quaecumque in sacro codice leguntur, ea, pia meditatione, ad Christum referre consueverat : « Ego quando lego Evangelium et video ibi testimonia de lege, testimonia de prophetis, solum Christum considero: sic vidi Moysen, sic vidi prophetas, ut de Christo intellegerem loquentes. Denique quando venero ad splendorem Christi et quasi splendidissimum lumen dari solis adspexero, lucernae lumen non possum videre. Numquid lucernam si incendas in die, lucere potest ? Si sol luxerit, lux lucernae non paret :

[1] In Matth., Prol.

[2] In Is., Prol.; cf. tract, de Ps. 77.

* Ep. 80, 7.

* £YAJT* ffc-Pfl. %* > ,,4

sic et Christo praesente comparata lex et prophetae non apparent. Non detraho legi et prophetis, quin potius laudo, quia Christum praedicant. Sed sic lego legem et prophetas ut non permaneam in lege et prophetis, sed per legem et prophetas ad Christum perveniam » \ Ita, qui Christum ubique pie quaereret, eum Scripturarum commentatione ad amorem et scientiam Domini Iesu mirifice efferri cernimus, in qua margaritam illam Evangelii pretiosam invenit : « Unum autem est pretiosissimum margaritum, scientia Salvatoris et sacramentum passionis illius et resurrectionis arcanum »[2]. Qua Christi caritate cum flagraret, nimirum fiebat ut, pauper et humilis cum Christo, animo ab omnibus terrenis curis libero ac soluto, unice Christum quaereret, eius spiritu ageretur, cum eo coniunctissime viveret, eum patientem in se, imitando, efrìngeret, nihil haberet antiquius quam ut cum Christo et pro Christo pateretur. Quare, cum, iniuriis odiisque improborum hominum lacessitus, Damaso vita functo, Roma discessisset, in eoque esset ut navem conscenderet, haec scribebat : « Et licet me sceleratum quidam putent et omnibus flagitiis obrutum, et pro peccatis meis etiam haec parva sint, tamen tu bene facis, quod ex tua mente etiam malos bonos putas... Gratias ago Deo meo quod dignus sum quem mundus oderit... Quotam partem angustiarum perpessus sum qui cruci milito? Infamiam falsi criminis importarunt : sed scio per malam et bonam famam perveniri ad regna caelorum »[3]. Et sanctam virginem Eustochium ad eiusmodi vitae labores pro Christo fortiter ferendos sic hortabatur : « Grandis labor, sed grande praemium, esse quod Martyres, esse quod Apostolos, esse quod Christus est... Haec omnia, quae digessimus, dura videbuntur ei qui non amat Christum. Qui autem omnem saeculi pompam pro purgamento habuerit et vana duxerit universa sub sole, ut Christum lucrifaciat, qui commortuus est Domino suo et conresurrexit et crucifixit carnem cum vitiis et concupiscentiis, libere procla-

[1] Tract, in Marc. 9, 1-7.

[8] In Matth. 13, 45 s.

[3] Ep. 45, 1. 6.

rnabit: Quis nos separabit a caritate Christi? » \ Fructus igitur e sacrorum voluminum lectione Hieronymus capiebat ubérrimos: incle interiora illa lumina, quibus ad Christum magis magisque cognoscendum adamandumque trahebatur; inde spiritum illum orationis, de quo tam pulchra conscripsit; inde mirabilem illam cum Christo consuetudinem, cuius incitatus deliciis, per arduam crucis semitam, ad adipiscendam victoriae palmam sine intermissione procurrit. Idem continuo animi ardore in Sanctissimam Eucharistiam ferebatur, cum « nihil illo ditius qui Corpus Domini canistro vimineo, sanguinem portat vitro »[2]; nec minore reverentia et pietate Deiparam colebat cuius perpetuam virginitatem pro viribus defendit; eandemque Dei Matrem, nobilissimum virtutum omnium exemplar, Christi sponsis proponere ad imitandum consueverat[3]. Quamobrem nemo mirabitur, tam vehementer Hieronymum allectum atque attractum esse iis Palaestinae locis quae Redemptor Noster et Sanctissima eius Mater consecravissent; ipsius profecto sententiam in iis licet agnoscere, quae Paula et Eustochium, eius discipulae, ex urbe Bethlehem ad Marcellam conscripserunt: « Quo sermone, qua voce speluncam tibi possumus Salvatoris exponere? Et illud praesepe, in quo infantulus vagiit, silentio magis quam infirmo sermone honorandum est... Ergone erit illa dies, quando nobis liceat speluncam Salvatoris intrare, in sepulcro Domini Aere cum sorore, Aere cum matre? Crucis deinde lignum lamberé et in Oliveti monte cum ascendente Domino, voto et animo sublevari? »[4]. Has igitur recolens sacras memorias, Hieronymus, Roma procul, corpori quidem duriorem sed tam suavem animo vitam agebat, ut exclamaret: « Habeat Roma, quod angustior Urbe Romana possidet Bethlehem »[5].

[1] Ep. 22, 38 s.
[2] Ep. 125, 20, 4.
[3] Cf. Ep. 22, 38, 3.
[4] *E\).* 4(5, 11. 13.
[5] Ep. 54, 13,

Sanctissimi viri optatum, alia ratione atque ipse intellegebat, perfectum esse, est cur Nos gaudeamus et Romani cives Nobiscum gaudeant; quas enim Doctoris Maximi reliquias, in illo ipso specu conditas, quem tamdiu incoluerat, Davidica nobilissima civitas se olim possidere gloriabatur, eas iam felix Roma habet, in maiore Deiparae Basilica depositas, apud ipsum Praesepe Domini. Silet quidem vox illa, cuius sonum e solitudine olim prodeuntem totus audivit catholicus orbis; sed scriptis suis, quae « per universum mundum quasi divinae lampades rutilant» \ Hieronymus adhuc clamat. Clamat, quae sit Scripturarum praestantia, quae integritas et historica fides, quam dulces fructus earum lectio pariat ac meditatio. Clamat, ut ad institutum vitae christiano nomine dignum omnes Ecclesiae filii redeant, et ab ethnicorurn moribus, qui hac nostra aetate paene revixisse videntur, se immunes atque incolumes servent. Clamat, ut Petri Cathedra, Italorum praesertim pietate et studio, quorum in finibus divinitus constituta est, eo sit in honore, ea fruatur libertate, quam apostolici muneris dignitas atque ipsa perfunctio omnino postulant. Clamat, ut christianae illae gentes, quae ab Ecclesia Matre misere desciverunt, ad eam denuo confugiant, in qua spes omnis posita est salutis aeternae. Atque utinam his monitis obsequantur orientales in primis Ecclesiae, quae iam nimium diu a Petri Cathedra averso sunt animo. Hieronymus enim, cum in iis regionibus viveret et Gregorio Nazianzeno Didymoque Alexandri no usus esset magistris, orientalium aetatis suae populorum doctrinam ea complexus est pervulgata sententia: « Si quis in Noe arca non fuerit, periet regnante diluvio »[2]. Cuius diluvii Auctus nonne hodie impendent ad omnia, nisi eos Deus avertat, hominum instituta destruenda ? Ecquid enim, sublato, universarum rerum auctore et conservatore, Deo, non corruat ? Ecquid non pereat, quod ab se Christum, qui vita est, segregarit? Sed qui olim, discipulis comprecantibus,

[1] Cassian., **De** incarn. **7, 26.**

[2] **Ep. 15, 2, 1.**

mare turbatimi tranquillavit, potest -idem pulcherrima pacis munera exagitatae hominum consortioni restituere. In quo opituletur Hieronymus Ecclesiae Dei, quam cum peramanter coluit, tum a quavis adversariorum oppugnatione strenue defendit; idque patrocinio suo impetret, ut, discidiis secundum Iesu Christi optata compositis, « fiat unum ovile et unus pastor ».

Iam quae, Venerabiles Fratres, quinto decimo a Doctoris Maximi obitu exeunte saeculo, vobiscum communicavimus, ea vos ad clerum populumque vestrum perferre ne cunctemini, ut omnes, Hieronymo duce ac patrono, non modo catholicam de divina Scripturarum inspiratione doctrinam retineant ac tueantur, sed etiam principiis studiosissime inhaereant, quae Litteris Encyclicis « Providentissimus Deus » et hisce Nostris praescripta sunt. Universis interea Ecclesiae filiis optamus, ut, sacrarum Litterarum dulcedine perfusi et roborati, supereminentem Iesu Christi scientiam assequantur : cuius auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, vobis, Venerabiles Fratres, cunctoque clero et populo vobis concredito, apostolicam benedictionem amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die xv mensis Septembris anno MDCCCCXX, **Pontificatus Nostri septimo.**

BENEDICTUS PP. XV



i nilus XII - Vol. XIÍ 1 Octobris 1920 Num. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

CONSTITUTIO APOSTOLICA

MACE1ENSIS

ERECTIONIS NOVAE PROVINCIAE ECCLESIASTICAE

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Inter varias gra vissi masque Apostolatus Nostri curas-, ea sane magni momenti est, quae dioecesum per universum orbem distributarum respicit statum. Est enim supremae Nostrae potestatis et iudicii illas moderari, earumque limites definire vel immutare, aut etiam novas provincias ecclesiasticas constituere, prout, habita temporum rerumque ratione, fidelium utilitati conducere dignoscimus.

Pluribus siquidem ex locis et a magnae notae viris animadversum fuit rei catholicae valde profuturum esse, si nova in Brasiliana Republica ecclesiastica provincia erigeretur, quae civiles Status ***Alagoas*** et ***Sergipe*** nuncupatus, complectereturr, in quibus modo tres dioeceses numerantur, Maceiensis, nempe, Penedensis et Aracainensis.

Hoc autem consilium cum plene secuti fuerint tum Nuntius Apostolicus in Brasiliana Republica, tum Archiepiscopi, quorum hoc interest, videlicet Olindensis et Recifensis, et Sancti Salvatoris, Nos, omnibus mature perpensis, ad praefatam erectionem deveniendum censuimus.

Quapropter, habito prius explicito consensu praedictorum Ordinariorum Archidioecesum Olindensis et Recifensis, ac Sancti Salvatoris aliorumque quorum hoc interesse poterat, ac ceterorum suppleto, qui

sua interesse praesumeret, Nos, suffragante venerabili fratre Angelo Seapardini, Archiepiscopo Damasceno, hodierno in Brasiliana ditione Sanctae Sedis Nuntio, ac de consulto dilectorum filiorum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, qui sacrae Congregationi Consistoriali sunt praepositi, de apostolicae potestatis plenitudine, Maceiensem sedem a iure metropolitico archiepiscopalis ecclesiae Olindensis et Recifensis absolvimus et eximimus, eamque ad gradum et dignitatem ecclesiae archiepiscopalis et metropolitanae evehimus atque extollimus. Huic autem sic erectae archiepiscopali et metropolitanae Sedi Maceiensi pleno iure attribuimus et assignamus omnia et singula iura, privilegia, praerogativas quibus ceterae archiepiscopales et metropolitanae sedes in Brasiliana regione gaudere solent, atque venerabilem fratrem Emmanuelem Antonium Oliveira Lopes, qui modo Maceiensem sedem obtinet, archiepiscopi titulo, dignitate, iuribus ac privilegiis augemus, una cum facultate deferendi crucem et pallium, sicut ceteri archiepiscopi, postquam tamen hoc ab Apostolica Sede in sacro Consistorio postulatum et impetratum fuerit.

Memoratae insuper Maceiensis ecclesiae capitulum illico ad metropolitani capituli gradum, titulum et honorem apostolica auctoritate pariter evehimus, cum omnibus iuribus, privilegiis, praeminentiis ac honoribus, quibus cetera metropolitana capitula in illis regionibus donantur.

Huius vero archiepiscopalis et metropolitanae sedis suffraganeae erunt dioecesis Penedensis, quae hucusque pertinuit ad archidioecesim Olindensem et Recifensem, et dioecesis Aracainensis, quae hucusque pertinuit ad archidioecesim Sancti Salvatoris; quas proinde a iure metropolitico ipsorum Archiepiscoporum eximimus et subtrahimuS. Penedenses igitur et Aracainenses pro tempore Episcopi suffraganei erunt Archiepiscopi Maceiensis, cuius metropoliticae iurisdictioni, iuxta canonicas leges, subiecti erunt, sicut et ipsorum clerus et populus.

Fines autem huius archiepiscopalis et metropolitanae Maceiensis sedis iidem erunt ac fines qui hucusque episcopalem dioecesim Maceiensem efiformarunt ac constituerunt. Nobis tamen et Apostolicae Sedi reservamus facultatem novas circumscriptiones et dismembrationes in hac nova ecclesiastica provincia libere peragendi quandocumque id in Domino magis expedire visum fuerit, quin ullum in hac re Antistitum et Capitulorum consensum exquiri, aut territorialem ullam compensationem attribuì necesse sit.

Praesentes autem litteras et in eis contenta quaecumque nulla unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio,

seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu, notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia et potestatis plenitudine editas, perpetuo validas esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque iis omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari volumus et decernimus, sublata cuicumque, etiam cardinalitia dignitate fulgenti, quovis aliter iudicandi et interpretandi facultate, irritum quoque et inane decernentes quidquid in contrarium, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

Ad haec omnia, ut supra, exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Hieronymum Thomé da Silva, archiepiscopum Sancti Salvatoris in Brasilia, eidem tribuentes necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, aliam personam in ecclesiastica dignitate constitutam, simulque definitive prommtiandi super quavis difficultate, vel oppositione in exsecutionis actu quomodolibet oritura, imposito tamen eidem onere, intra sex menses, a data praesentium litterarum computandos, ad sacram Congregationem Consistorialem mittendi authenticum exemplar exsecutionis peractae.

Non obstantibus praedecessorum Nostrorum constitutionibus et ordinationibus, ceterisque quibuscumque in contrarium praemissorum, quibus omnibus, de illis eorumque totis tenoribus praesentibus litteris pro expressis habentes, motu, scientia et Apostolicae potestatis plenitudine latissime specialiter derogamus.

Nemini ergo liceat quae hisce litteris Nostris statuta sunt infringere, vel eis, ausu temerario, contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo, die decima tertia mensis februarii, Pontificatus Nostri anno sexto.

O. CARD. CAGIANO
S. B. E. Cancellarius.

% C. CARD. DE LAI, ***Ep. Sabinensis,***
Secret. S. Congreg- Consistorialis.

Raphaël Virili, ***Protonotarius Apostolicus.***
Ludovicus Schüller, ***Protonotarius Apostolicus.***

Loco Plumbi.

Bey. in Cane Ap., vol. XXI, n. 2.

LITTERAE APOSTOLICAE

1

TEMPLUM TRE VÍRENSE SANCTI MATTHIAE TITULO AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS HONESTATUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Exstat in civitate Trevirorum ecclesia Deo sacra in honorem sancti Matthiae, in qua huius Apostoli ossa recondita sunt et antiqua christiani populi religione coluntur. Sacra autem haec aedes eo ipso in loco consurgit, uhi sanctus Eucharius, quem Romanum Martyrologium discipulum divi Petri et primum Trevirensium episcopum praedicat, una cum Valerio et Materno, prima christianae fidei fundamenta in eadem urbe posuit. Constat sane ex vetustissimis monumentis, a primis Ecclesiae saeculis eum locum fuisse christianis ritibus sacrum. Consignata autem maiorum sermone traditio refert, corpus sancti Matthiae a sancta Helena, Constantini Magni matre, una cum aliis insignibus sacris relliquiis Trevirensi Ecclesiae fuisse donatum. Templum, molis magnitudine praestans, duodecimo saeculo conditum, a Decessore Nostro beato Gregorio III Pontifice, adstante sancto Bernardo abbate, consecratum est. Multa per saecula continens templo fuit insignis Ordinis sancti Benedicti abbatia, quam monachi illustrarunt, regularis disciplinae studio non minus quam doctrinae laude spectati. Everso per nefas a Gallis invasoribus coenobio monachisque a sede deturbatis, parum abfuit quin ecclesia ipsa funditus everteretur; quae tamen exinde mansit parochialis ecclesia suburbii Trevirensis, cui a sancto Matthia nomen est. Haud tamen interrupta mansit Trevirensium civium et advenarum devotio erga ecclesiam illam et sepulcrum apostoli Matthiae. Etenim ad celeberrimum illud sanctuarium iugiter confluxere innumeri turmatim fideles, tum apostoli relliquias veneraturi, tum etiam imaginem beatae Mariae Virginis, quae eodem in templo antiquo cultu asservatur. Pluribus et insignibus quidem privilegiis atque indulgentiis Romani Pontifices, Nostri Decessores, hoc templum auxerunt atque locupletami. Novissimis autem annis, temporis iniuria fatiscens, sacra aedes, corrogata a fidelibus stipe, instaurata est, novoque in praesens cultu

renidet. Nunc vero cum dilectus filius Iacobus Freitz, hodiernus parochus dictae ecclesiae ad sancti Matthiae, Treviris, enixis Nos precibus flagitet, ut ecclesiam enunciatam ad Basilicae Minoris dignitatem evehere dignemur, dictasque preces cumulet atque ornet amplissimum Trevirensium episcopi suffragium ; Nos votis his concedendum ultro libenterque existimavimus. Quare, conlatis consiliis cum venerabili fratre Nostro Antonio S. R. E. Cardinali Vico, episcopo Portuensi et sanctae Rufinae, Sacrae Rituum Congregationi Praefecto, Nos, animo repetentes christianae antiquitatis memorias, quae ipsi templo tam sacris pignoribus illustri quodammodo inhaerent, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi, perpetuumque in modum, praefatam ecclesiam Treviris exsfantem, sancti Matthiae nomine et honore Deo consecratam, titulo ac dignitate Basilicae Minoris condecoramus, omnibus et singulis privilegiis eidem attributis quae Minoribus almae huius Urbis basilicis de iure competunt. Porro haec concedimus, decernentes praesentes Litteras Nostras firmas, validas atque efficaces semper exstare et permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die XX martii anno MCMXX, Pontificatus Nostri sexto.

P. CARD. **G**ASPARRI, ***a Secretis Status.***

II

PRAEFECTURA APOSTOLICA NIGERIAE INFERIORIS IN AFRICA OCCIDENTALI IN VICARIATUM APOSTOLICUM ERIGITUR TITULO NIGERIAE MERIDIONALIS.

BENEDICTUS PP. XV

Ad futuram rei memoriam. — Quae catholico nomini aeternaeque fidelium saluti bene, prospere ac feliciter eveniant, ea ut sollicito studio praestemus Nos admonet supremi Apostolatus munus, quo in terris divinitus fungimur. Iamvero ut fructus uberiores in Praefectura Apostolica Nigeriae Inferioris in Africa Occidentali divini Verbi praedicatio in dies ferre valeat, cum, attentis etiam sacrarum aedium multiplicitate,

aucto institutorum fideliumque numero, ac populi pietate in praedicta Missione feliciter progrediente, opportunum visum sit consilium enunciatam Praefecturam in Apostolicum Vicariatum erigere, Nos, omnibus rei momentis attente perpensis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, haec quae, infra scripta sunt idcirco decernenda existimavimus. Nimirum ut fidelium illarum regionum spirituali bono satius provideamus, apostolica Nostra auctoritate, praesentium tenore, Praefecturam Apostolicam Nigeriae Inferioris in Africa Occidentali in Vicariatum Apostolicum erigimus, actualibus limitibus servatis, illique nomen facimus Nigeriae Meridionalis. Non obstantibus Constitutionibus et sanctionibus apostolicis, ceterisque omnibus speciali licet atque individua mentione ac derogatione dignis in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, diexvi aprilis MCMXX, Pontificatus Nostri anno sexto.

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Status.***

m

PRAEFECTURA APOSTOLICA GUINEAE GALLICAE IN AFRICA OCCIDENTALI IN VICARIATUM APOSTOLICUM ERIGITUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Supremi apostolatus munus, quo in terris divinitus fungimur, Nos monet ut ea sollicito studio decernamus, quae in exploratam cedant christianae plebis utilitatem. Iamvero, ut in Praefectura Apostolica Guineae Gallicae in Africa Occidentali catholicum nomen impensius promoveatur, atque christiana fides maiora in dies incrementa capiat, cum opportunum visum sit consilium eamdem Praefecturam provehere ad Vicariatum Apostolicum, Nos, omnibus rei momentis attente perpensis cum V V. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, haec quae, infra habentur, idcirco statuenda existimavimus. Nimirum quo satius religionis incremento in ea regione consultum sit, Praefecturam Apostolicam Guineae Gallicae in Africa Occidentali in Vicariatum Apostolicum, auctoritate Nostra, vi praesentium, erigimus, iisdem limitibus servatis ac nomine Guineae Gallicae, Non obstantibus constitutionibus et sanctionibus apostolicis

ceterisque omnibus, licet speciali atque individua mentione ac derogatione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die XVII aprilis MCMXX, Pontificatus Nostri anno sexto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

IV

PERANTIQUA ABBATIA NERESHEIMENSIS SANCTORUM UDALRICI ET AFRAE IN INTEGRUM RESTITUITUR ET CONGREGATIONI BEURONENSI UNITUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter Suebiae coenobia, quondam celeberrima, tam antiquitatis gloria, quam regularis disciplinae laude atque humanarum litterarum studio, iure meritoque praeclara extitit et vulgatissima fama libera atque imperialis ad sanctorum Udalrici et Afrae abbatia Neresheimensis. Haec originem duxit ab Hartmanno, comite de Dilligen, qui, anno reparatae salutis 1095, ecclesiae monasteriique fundamenta posuit et, regularibus Canonicis ibi primo collocatis, mox illuc sancti Benedicti monachos Hirsaugienses, perinsignis tunc observantiae, e monasterio Petrishusiano, Constantiensis dioeceseos, accersivit, atque ita ex hoc florentissimo monasticae disciplinae seminario surculos in sancto Udalrici monte plantavit, uberrimos integerrimae asceseos fructus in longam posteritatem daturos. Hanc fundationem rec. me. Praedecessor Noster Honorius Papa II propensae voluntatis peculiari testimonio prosequutus, anno Domini 1125, apostolica auctoritate confirmavit: fratres autem per septem integra saecula, usque ad nefariam expulsionem ineunte saeculo nuper elapso peractam, piae fundatoris intentioni grato iugiter animo, laudabili studio responderunt. Abbates ad sanctorum Udalrici et Afrae, turbulentissimis etiam Ecclesiae ac Reipublicae temporibus, non solum ipsi inconcussa fide romanae unitati et catholicae veritati adhaeserunt, sed etiam suos in Christo filios suaeque ditioni subditos ab omni haereseos contagio servaverunt immunes. Quo aptius propriae monasticae familiae et totius Ordinis bono consulerent, ab anno 1497 Bursfeldensi Congregationi subiecti fuerunt, visitationis munere saepius strenue functi, usque dum abbas Simpertus, anno Domini 1685, propriam Congregationem, Suebico-Ben&-

dictinam nuncupatam, sub titulo Sancti Spiritus excitavit. Quantum vero promovendis litterarum studiis adlaboraverunt potissimum in alma Universitate O. S. B. Salisburgensi vix digno laudis praeconio celebrari potest. Decorem autem domus Dei adeo iidem abbates dilexerunt, ut¿ neque laboribus neque sumptibus parcentes, novum itemque magnificum templum eximendum curaverunt, amplitudine non minus quam structura et artis operum ac pictarum tabularum ornamento praenobile. Attamen, vix decennio post sollemnem novi huius templi consecrationem, gliscente teterrima tempestate et rerum publicarum non minus quam sacrarum nefaria eversione, anno Domini 1802, libera atque imperialis haec Neresheimensis abbatia, a civili gubernio vi oppressa est. Quadragesimus quintus huius coenobii abbas, Michael Dobler, a sacro limine deturbatus, exsul supremum diem obiit anno 1815; novissimus autem eiusdem Capituli monachus anno 1854 e vivis excessit. In praesens vero, quod felix faustumque siet, ex auspicato spes prope certa arridet futurum ut brevi enunciatum perinsigne coenobium in pristinum restituatur. Dilectus enim filius celsissimus Princeps vir de Thum et Taxis, cuius in familiae proprietatem, ex lege saecularizationis* quam vocant, suppressae eiusdem abbatiae sedes omnesque possessiones transierunt, munificentia sua liberum usum monasterii, in statu quo antea servati, partemque non exiguam fundorum arehicoenobio Beuronensi O. S. B. concessit. Quocirca cum dilectus filius Raphael Walzer, archiabbas monasterii sancti Martini Congregationis Beuronensis, Ordinis sancti Benedicti, desiderio flagrans denuo instaurandi tantam divini cultus scholam, supplici prece Nos flagitaverit, ut ea decernere dignemur quae ad abbatiae eiusdem restitutionem conducant: Nos votis his annuendum ultro libenterque exsistimavimus. Et sane nihil Nobis magis cordi est, quam hae veteres inclyti Benedictini Ordinis abbatiae, haec veneranda fidei ac religionis monumenta, quae, licet inter mediae aetatis tenebras, quasi lucida sidera, micarunt, hac quidem nostra aetate ad pristinum decus et splendorem redeant. Quare, collatis consiliis cum dilecto filio Nostro S. R. E. Cardinali Praefecto Congregationi pro negotiis Religiosorum pertractandis, haec quae infrascripta sunt, apostolica Nostra auctoritate, per praesentes decernimus; nimirum: I. Perantiquam abbatiam sanctorum Udalrici et Afrae Neresheimensem, O. S. B., cum omnibus iuribus ac privilegiis olim ei concessis, in integrum restituimus, eamque tamquam abbatiam sui iuris Congregationi Beuronensi unimus, nec non privilegiorum et favorum huic Congregationi concessorum participem eam reddimus. - II. Plenam Neresheimensis abbatiae sic per nos restitutae administrationem, cum omnibus iuribus et facultas

iibus, quae abbati regulari de regimine ex iure competunt, dilecto filio Raphaeli Walzer, hodierno archiabbati, eiusque legitimis in memorata archiabbatiáe sancti Martini de Beuron successoribus, tamquam administratoribus apostolicae huius Sedis, committimus, usquedum religiosa familia Neresheimensis tanta, favente Deo, incrementa susceperit, ut proprius eidem praefici possit abbas. Facultatem dictum abbatem nominandi, iuxta constitutionem in eadem Congregatione vigentem, dicto administratori benigne concedimus, ubi primum ipse opportunum tempus omniaque a sacris canonibus requisita adesse iudicaverit. - III. Denique monachis Beuronensibus, qui ad efformandam primam restitutae abbatiae familiam mittantur, liberam impertimur facultatem, statim post restitutionem abbatiae Neresheimensis stabilitatem suam ibi firmandi, licet secundum Constitutiones Beuronenses, monachi ad monasterium de novo fundandum transeuntes stabilitatem suam transferre non possint, nisi post quinquennium ibi peractum. - Haec concedimus, praecipimus, mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die XIV iunii MCMXX, Pontificatus Nostri anno sexto.

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Status.***

V

TEMPLUM METROPOLITANUM INSULAE SANCTI DOMINICI, ANNtJNTIATIONI BEATAE MARIAE VIRGINIS SACRUM, TITULO AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS ORNATUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter Americae regiones, quae rerum gestarum memoria florent, merito recensetur sancti Dominici insula, quam primam, post eam quam sancti Salvatoris nomine appellavit, Christophorus Columbus detexit et christianae religioni atque humanitati subegit ac peperit. Quo cum clarissimus omnium nauta, ad

locum ***Sancto Cerro*** postea nuncupatum, appulisset, primus Crucis Sanctae lignum erexit, quasi regionis illius possessionem Christo Redemptori daturas, illudque cum maritimi itineris sociis adora vit; inde etiam, in testimonium incensae erga Beatissimam Virginem pietatis suae, aurum transmisit mundissimum, quo Basilicae Liberianae lacunar obtectum atque ornatum mirifice est. Haud ita multo post, religioni in Dominiciana Insula provehendae ac stabiliendae Romani Pontifices Decessores Nostri consuluerunt, et quidem aptissime; Alexander enim PP. VI, Litteris Apostolicis ***Piis fidelium*** die 25 mensis iunii anno 1493 datis, Bernardum Boil, e Franciscanum Ordine, delegit, qui ibi Pontificii Legati munere fungeretur; Iulius II, anno 1504, primam in detectis Americae regionibus, episcopalem sancti Dominici sedem constituit, quam Paulus III anno 1545 ad Metropolitanae dignitatem evexit; denique fel. rec. Decessor Noster Pius PP, VII, pace post Gallicam rerum eversionem restituta, Litteris Apostolicis ***Divinis praeceptis*** die 28 mensis novembris anno 1816 datis, iura, privilegia, praerogativas illius Archiepiscopalis Sedis, quam tantis nominibus commendari significabat, restituit atque confirmavit. Neque laudibus sane minoribus extollenda videtur Metropolitana sancti Dominici Ecclesia, Annuntiationi beatae Mariae Virginis dicata, quae, haud multo post detectam insulam invectumque illuc christianum nomen, exaedificari coepta est. Templum enim illud, solidissimiis sectis lapidibus exstructum atque affabre ornatum, singulari opere artificioque perfectum, praestantissimum totius Dominicianae regionis monumentum merito dici potest. Ibidem vero, inter sacras reliquias, illud a Christifidelibus colitur Crucis lignum, quod a ***Sancto Cerro*** nuncupari supra diximus; invisere item licet Christophori Columbi sepulcrum, cum traditum a maioribus sit, inlustrem hunc catholici nominis propagatorem corpus suum ea in Ecclesia principe condi voluisse. Insulam autem non modo memoriam incliti viri peculiari veneratione prosequuntur, sed etiam virtutes atque constantem ardentemque eius fidem imitari atque exprimere sic conantur, ut fidei integritate, pietate et Apostolicae Sedis reverentia, veluti transmissa ab eo hereditate, in exemplum ceteris Americae Latinae incolis praefulgeant. Nil igitur mirum si populus Dominicianus Metropolitanam aedem frequentissimus celebret, eo vel magis quod Ordo Canonicorum et reliqui e clero divini cultus splendori animisque fidelium, cum poenitentia expiandis, tum sacra Synaxi et divini verbi praedicatione alendis studiosa voluntate prospiciunt. Quibus de caussis venerabilis frater Adulphus Alexander Nouel, votis quoque totius cleri populique sui obsecundans, a Nobis demisse exposcere non dubitavit, ut metropolitanum archidioecesis suae templum

ad Basilicae Minoris dignitatem evehere de apostolica benignitate vellemus. Placuit profecto oblatas Nobis preces peramanter excipere, ut non modo archiepiscopum ipsum voti compotem redderemus, sed etiam Dominieianae genti, Nobis et Apostolicae huic Sedi tam arctis necessitudinis vinculis devinctae, peculiarem exhiberemus paternae benevolentiae in eam Nostrae significationem. Itaque, apostolica auctoritate Nostra, praesentium vi perpetuumque in modum, Metropolitanam Ecclesiam sancti Dominici, Deo in honorem Annuntiationis beatae Mariae Virginis dicatam, Basilicae Minoris titulo ac dignitate honestamus, eidemque omnia privilegia, praerogativas, honores, indulta tribuimus, quae minoribus Almae huius Urbis basilicis de iure competunt. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum perpetuo suffragari: sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque et inane fieri, si secus quidquam super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuslibet.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die xiv mensis iunii anno MCMXX, Pontificatus Nostri sexto.

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Status.***

VI

ECCLESIA SANCTAE MARIAE ANGELORUM IN URBE AD BASILICAM MINOREM EVEHITUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Titulum sancti Cyriaci in Thermis, fidei christianorum tempore Diocletiani imperatoris perinsigne monumentum, inde ab anno 1091 Carthusianis commissum, proximam aedem in Thermis incolentibus, iamque saeculo xvi dirutum, Decessor Noster Pius PP. IV in novum transtulit templum, quod in honorem sanctae Mariae Angelorum, Michaele Angelo Buonarroti architecto, aptatum est intra muros antiqui aedificii iam ad balneas constituti. Quod autem nova sacra aedes in profano eo loco constituta sit, videtur sollertissimo studio deberi cuiusdam Antonii Del Duca, pii sacerdotis e dioecesi

Cephaludensi Romae commorantis, qui simulacrum quoque beatae Mariae Virginis Angelorum inibi publicae Romanorum venerationi -proposuit. Quod quidem simulacrum die 27 elapsi mensis iunii, hoc anno* aureo diademate Ordo Canonicorum sacrosanctae Nostrae Basilicae Vaticanae pro instituto suo sollemniter decoravit. Constat vero iam inde a saeculo xvi Christifideles ad hoc beatissimae Virginis simulacrum venerandum confluere consuevisse; at magis magisque sacra aedes, post quam recentiore tempore inibi paroecia auctoritate apostolica fuit erecta, a fidelibus Urbis celebratur, qui publice religionem suam et incensarli erga Virginem pietatem testificantur. Cum autem dilectus filius Ioseph Giovanelli, cubicularius honoris Noster, ecclesiae sanctae Mariae Angelorum hodiernus curio, ut ipsius templi decus provehatur, supplicibus precibus, suffragio fultis venerabilis fratris Nostri Basilii S. R. E. Cardinalis Pompilj, episcopi Veliterni, in hac alma Urbe Nostra Vicarii in spiritualibus generalis, Nos rogaverit, ut eidem sacrae aedi dignitatem, titulum et privilegia Basilicae Minoris concedere dignemur, Nos votis hisce annuendum ultro libenterque censemus. Quapropter, ut fidelibus Urbis stimulos ad beatam Virginem Angelorum impensius colendam addamus et inlustre templum novae dignitatis ornamento augeamus, conlatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Congregationi Sacrorum Rituum praepositis, motu proprio ac de certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, praesentium tenore perpetuumque in modum, enunciatum templum, beatae Mariae Virgini Angelorum dicatum in hac alma Urbe Nostra, dignitate* ac titulo Basilicae Minoris honestamus, cum omnibus honoribus, praerogativis, privilegiis, indultis, quae ceteris Minoribus Almae huius Urbis Basilicis de iure competunt. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos pertinent nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die xx mensis iulii MCMXX, .Pontificatus Nostri anno[1] sexto.

P. CARD, GASPARRI, ***a Secretis Status.***

VII

CATHEDRALIS AEDES LBONENSIS DEIPARAE « MATRI LUMINUM » SACRA, IN REPUBLICA MEXICANA, TITULO AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS AUGETÜR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Tot interj2eleberrima templa, quae in honorem Deiparae Virginis exstructa sunt ubique terrarum, iure adnumeramus praeclaram, tum maiorum memoria, tum populi frequentia, tum denique multis Romanorum Pontificum testimoniis, aedem cathedralem dioecesis Leonensis in Mexicana Republica. Ibi enim, duobus fere abhinc saeculis, pie colitur vetus Deiparae imago, cui titulus ***a Matre luminum.*** Ad quam affertur ex omni Mexicana provincia convenire consuevisse Christifideles quasi ad lumen salutis, sive impétrateos eius opem, sive de susceptis donis gratiam reddituros. Quare et iconem veterem et sacrum ei templum Romani Pontifices Antecessores Nostri claris iam testimoniis pietatis suae honestarunt. Nam, ut praecipua repetamus, Pius PP. IX, per Litteras Apostolicas die 12 septembris anno 1872 datas, primariam dioecesis Patronam Deiparam Virginem eo titulo constituit; Leo XIII, per similes Litteras die 20 martii anni 1901 Piscatoris annulo obsignatas, aurea corona eius imaginem praecingendam curavit; Pius X, denique, additionem historicam ad sextam divini Officii lectionem concessit, die sacro eidem Matri luminum perlegendam. Nihil igitur mirum si tam altis stimulis pietas fidelium, iamdiu virens, ita excitata auctaque sit, ut hodiernus Leonensium Antistes facile censuerit postulandum a Nobis novum pro templo suo Cathedrali decus, titulum nempe Basilicae Minoris, qui et in novam Virginis gloriam et in ampliorem populi utilitatem provide cederet. Nos vero, cui nihil est antiquius quam ut Mariae cultum foveamus ubique terrarum, nihilque -videtur utilius quam in tantis saeculi tenebris ad Matrem Luminum errantes oves reducere, oblatis precibus libenti animo adnuimus. Quare, conlatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R E. Cardinalibus Congregationi Sacrorum Rituum praepositis, motu proprio ac de certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, enunciatum templum in dioecesi ista Leonensi in Mexicana Republica, Mariae Deiparae sub titulo ***Matris luminum*** dicatum, dignitate ac titulo -Basilicae Minoris honestamus, cum omnibus honoribus, praerogativis, privilegiis, indultis quae Minoribus Almae huius Urbis Basilicis de iure

competunt. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque integros effectus iugiter sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinet nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ad definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die v augusti MCMXX, Pontificatus Nostri anno sexto.

P. GARD. GASPARRÎ, *a Secretis Status.*

VIII

DECERNITUR DE TRIDUANIS SOLLEMNIBUS ET DE CAPPELLA PAPALI IN BASILICA LIBERIANA HABENDIS ET DE SIMILIBUS SUPPLICATIONIBUS IN UNIVERSO CATHOLICO ORBE PERAGENDIS IN HONOREM SANCTI HIERONYMI, ECCLESIAE DOCTORIS, DECIMO QUINTO SAECULO AB EIUS OBITU EXEUNTE, ET INDULGENTIAE PLENARIA ET PARTIALES CONCEDUNTUR.

BENEDICTUS PP. XV.

Universis Christifidelibus praesentes Litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem. — Cum in honorem sancti Hieronymi, Ecclesiae Doctoris, saeculo quintodecimo ab eius obitu exeunte, Pia Societas, ab eodem nuncupata, pro Evangeliis vulgandis, sibi propositum habeat sollemnia celebrandi, Nos, in eminenti Sedis Apostolicae loco, disponente Domino, collocati, iniuncti Nobis officii munera cupientes salubriter exsequi, hoc laudabile Piae Societatis inceptum, quod ad excitandam provehendamque fidelium pietatem erga eumdem Ecclesiae Doctorem erit summopere profuturum, amplissime probamus. Hieronymus enim, licet Stridone in Pannonia natus, in hac alma Urbe Nostra studiis litterarum sacrarumque disciplinarum vacavit, et postea diu sancti papae Damasi scriba atque a secretis perdiligens assiduusque fuit. Inter praestantissimis vero antiqui aevi christiani scriptores nemo forte reperiatur, qui acrius fidei morumque integritatem adversus haereticos et pravos christianos tuitus sit; at omnium consensu habetur et colitur Doctor Maximus Sacris Scripturis explanandis atque interpretandis, et Vulgata, quam eius studiis et laboribus Ecclesia debet,

non modo est, Concilii Tridentini decreto, authentica declarata et usu ecclesiastico recepta, sed etiam a doctis viris cotidie pluris aestimatur. Quam ob rem Piae Societatis, quae patrocinio ac praesidio Magistri omnium latinorum Sacrae Scripturae interpretum utitur, visum est Nobis merito commendare propositum, quod supra memoravimus, saecularia sollemnia celebrandi in Patriarchali Basilica sanctae Mariae Maioris, vulgo « Liberiana »: in quam, ut e constanti hominum memoria testimoniisque fide dignis colligitur, temporibus expeditionibus Crucigerorum a sepulcro Bethlemitico translatum est corpus sancti Doctoris, ibique servatur et pie colitur. Ut igitur, in hisce saecularibus sollemnibus, Piae Societati a sancto Hieronymo, de Evangeliorum divulgatione tam praeclare meritae, gratificemur, et simul sancti Doctoris cultum magis magisque apud Christifideles provehamus, statuimus peculiari voluntatis Nostrae significatione faustae commemorationis laetitiam ac sollemnitatem augere. Itaque decernimus iti Liberiana Basilica, diebus decimo septimo, octavo et nono mensis decembris, hoc anno, triduanas haberi supplicationes, et, ad liturgiae splendorem amplificandum, postremo ex tribus die, id est decimo nono, Missam et alia divina officia in eodem templo in Pontificalibus celebranda, etsi Nobis absentibus, super altare maximum, Summis Pontificibus reservatum, peragi, adstantibus Emis ac Revmis S. R. E. Cardinalibus, nec non RR. DD. Praelatis, qui ius habent ad Cappellas Papales conveniendi, tamquam si coram Nobis Sacra illa celebrarentur. Licentiam tamen huiusmodi, per has Apostolicas Litteras, uti mos est, pro hac vice tantum concedimus atque impertimur. Ut sollemnia autem, quae supra diximus, uberiore cum spirituali emolumento celebrentur, largimur ut omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus, qui, vere poenitentibus et confessis ac sacra Communione refectis basilicam sanctae Mariae Maioris, ultimo sollemnium praedictorum die, devote visitaverint vel Sacris inibi, ob hanc causam peractis, interfuerint, ibique de more pro Christianorum principum concordia, haeresum exstirpatione, peccatorum conversione ac sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam, semel tantum, omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Itemque iisdem Christifidelibus, qui, duobus triduanae supplicationis praecedentibus diebus, praedictam basilicam devote visitaverint, ibique, corde saltem contriti, ut supra oraverint, septem annos et totidem quadragenas de iniunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentiis, in forma Ecclesiae consueta relaxamus. Quas omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones ac poenitentiarum rela-

xationes etiam animabus Christifidelium in Purgatorio detentis per modum suffragii applicari posse indulgemus. Quo autem huius decimi-quinti saecularis anni commemoratio fructuosior ac sollemnior exsistat, optamus ut, intra annum a tricesimo die huius mensis septembris, in toto orbe catholico, quo et tempore et modo cuique Episcopo videbitur, sollemnis similis in honorem sancti Hieronymi, Ecclesiae Doctoris, tri-duana supplicatio fiat: cui quotquot interfuerint, eis omnibus et sin-gulis indulgentias, quas et uti supra memoravimus, usitatis condicio-nibus, lucrari licebit. Quam triduanam supplicationem in dioecesibus peragendam aliave sollemnia vehementer cupimus ut praecipue promo-veant sodales Societatum a sancto Hieronymo, sicubi exsistant, Acade-miae theologicae et quotquot in Seminariis et in studiorum Universita-tibus rei biblicae vacant, ut magnus iste Sanctus ipsis non solum caelestis solatii copiam, sed idonea quoque auxilia benigne a Deo implo-ret ad recte Sacram Scripturam interpretandam, ab adversariis tuendam fructuoseque meditandara. Non obstantibus constitutionibus et ordina-tionibus ac Litteris apostolicis in contrarium praemissorum quomo-dolibet concessis, ceterisque contrariis quibuslibet.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die xv mensis septembris, anno MCMXX, Pontificatus Nostri septimo.

P. CARD. GASPARRÌ, ***a Secretis Status.***

IX

FACULTAS FIT'PONTIFICIO INSTITUTO ORIENTALI DOGTORALES LAUREAS **CON**-FERENDI.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Quod Nobis in condendo Pontificio Instituto Orientali proposueramus, ut, quantum in Nobis erat, antiquo catholicarum Orientis regionum decori restituendo consuleremus, id feli-citer iam nunc evenire, ex iis quae, dilectus filius Ildephonsus Schuster, Abbas et Ordinarius S. Pauli extra Moenia, Praeses Pontificii Instituti Orientalis, nuper ad Nos attulit, permagna sane cum iucunditate com-perimus ; placuit enim accipere, plures iam ex utroque clero discipulos curriculum studiorum, quod, Litteris die xv mensis octobris anni MCMXVII datis, constituimus, uberrimo cum fructu exegisse. Opportunum igitur videtur, rem tam prospere, Deo dante, inceptam sic provehi, ut maiora in

dies incrementa capiat et copiosiores afferat utilitates, quibus in primis catholicae Ecclesiae Orientalis Patriarchae atque sacrorum Antistites merito delectentur, qui Instituti ipsius exordia et coram et scriptis Nobis sunt gratulati. Itaque ut piam alumnos inter aemulationem alamus honestumque laboris certamen promoveamus, utque simul doctores variis disciplinis in Instituto tradendis probe noverint quanti eorum peritiam diligentemque operam faciamus, re accurate perpensa conlatisque consiliis cum dilecto filio Nostro Nicolao S. R. E. Diacono Cardinali Marini, Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali secretario, apostolica auctoritate Nostra, harum Litterarum vi, Pontificio Instituto Orientali concedimus in perpetuum, ut, perinde atque aliae studiorum Universitates vel Academiae in Urbe exsistentes, doctorales laureas, in ecclesiasticis dumtaxat disciplinis quae ad Orientales christianas gentes attinent, conferre possit ac valeat alumnis ex utroque clero, cum latino tum orientali, qui eiusdem Instituti scholas, secundum leges et statuta ipsius propria ac per nos probata, biennium celebraverint et, facto scientiae suae periculo, cum voce tum scriptis, coram academico doctorum coetu, maiorem suffragiorum numerum retulerint. Praesentes vero Litteras, quibus Nobis videmur utiliter Instituti ipsius incremento consuluisse, decernimus firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinet, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuslibet.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die XXV mensis septembris MCMXX, Pontificatus Nostri anno septimo.

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Status.***

EPISTOLA

AD R. P. D. ALOISIUM M. DB STEFANIS, ORDINIS S. HIERONYMI MODERATOREM GENERALEM: GRATIAS AGIT DE OBLATO SIBI EXEMPLARI EPISTULARUM EIUSDEM SANCTI DOCTORIS, QUAE DENUO EDITAE SUNT XV EXEUNTE! SAECULO AB IPSIUS OBITU BEATISSIMO.

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Gratum sane munus abs te nuper accepimus, bina volumina Epistularum S. Hieronymi, quas quidem, iamdiu in italicam linguam translatas, denuo vos edendas curavistis saeculo exeunte quinto decimo cum vir ille sanctissimus, a quo Institutum vestrum nomen habuit, ad caelestium sedes avolavit. Nec certe ulla alia excogitan poterat ratio dignior aut opportunior agendi eventus huius faustitatem. Etenim inter varia et praeclarissima opera quibus hic Ecclesiae Doctor christianam sapientiam illustravit, id est proprium Epistularum ut virum inducant, tanta sanctitudine doctrinaeque praestantem, cum hominibus omne genus de rebus aeternis colloquentem : cumque sic ferantur natura homines ut quorum scriptis delectentur eorum imitentur exempla, magnum inde expectari licet pietatis et fidei emolumentum. Quapropter, ex animo vobis gratulantes quod tam frugifero opere saecularia sollemnia in honorem Patroni vestri celebratis, id valde precamur ut quam plurimi has Epistulas perlegant; ita enim Hieronymus, hac aetate nostra, non aliter ac sua, virtuti infensissima, rursus ad christianae vitae studium italorum animos excitabit, constantiam praesertim in ipsis roborando ut impigre actuoseque contra novos improborum conatus avitam fidem tueantur. Qua spe laeti, in auspicium caelestium donorum itemque ut peculiaris benevolentiae Nostrae pignus, apostolicam benedictionem tibi, dilecte fili, universaeque religiosae familiae cui tu praees sollerter, amantissime impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die xix mensis septembris MCMXX, Pontificatus Nostri anno septimo.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACKA CONGREGATIO CONSISTOEIALIS

I

PROVISIO ECCLESIARUM

S. C. Consistorialis decretis, SSmus D. N. Benedictus Pp. XV has, quae sequuntur, ecclesias de proprio pastore providit, nimirum :

30 iulii 1920. — Cathedrali ecclesiae Campinensi praefecit R. P. D. Franciscum de Campos Barreto, hactenus episcopum Pelotensem.

— Cathedrali ecclesiae Portus Nationalis R. P. D. Dominicum Carrerot, O. P., hactenus episcopum titularem Uranopolitanum et Praelatum SSmae Conceptionis de Araguaya.

13 augusti. — Cathedrali ecclesiae Petrocoricensi R. P. D. Christophorum Ludovicum Legasse, hactenus episcopum Oranensem.

19 augusti. — Titulari episcopali ecclesiae Spigacensi R. D. Eduardum Byrne, coadiutorem in ecclesia pro-cathedrali Dublinensi, deputatum in auxiliarem R. P. D. Guilelmi Walsh, archiepiscopi Dublinensis.

26 augusti. — Cathedrali ecclesiae de Huaraz, in Republica Peruviana, R. P. Dominicum Vargas, lectorem Ordinis Praedicatorum.

— Cathedrali ecclesiae Eriensi R. P. D. Ioannem Marcum Gannon, hactenus episcopum titularem Nilopolitanum.

31 augusti. — Cathedrali ecclesiae Pacensi R. D. Raymundum Perez et Rodríguez, vicarium generale revmi Archiepiscopi Granatensis.

7 septembris. — Metropolitanae ecclesiae Edmontonensi R. P. D. Henricum O' Leary, hactenus episcopum Carolinopolitanum.

9 septembris. — Episcopali ecclesiae Chatamensi R. P. D. Patritium Chiasson, iam episcopum titularem Lyddensem ac vicarium apostolicum Sinus S. Laurentii.

10 septembris. — Episcopali ecclesiae Carolinopolitanae R. P. D. Ludovicum O' Leary, hactenus episcopum titularem Hierapolitanum.

— Titulari episcopali eccl. Samaritanae R. D. Patritium Keane, parochum in Oakland, quem deputavit in auxiliarem episcopi Sacramentensis.

21 septembris. — Cathedrali ecclesiae Iacensi R. D. Franciscum Frutos Valiente, canonicum-cappellanum maiorem regum in Metropolitana ecclesia Toletana.

II

NOMINATIO

SSmus D. N. Benedictus Pp. XV, decreto S. Congregationis Consistorialis, nominavit:

30 iulii 1920. — Adm. Rev. P. Sebastianum Thomam, vicarium provincialem Fratrum Ordinis Praedicatorum Uberabae, ***Administratorem Apostolicum Praelaturae Nullius SSmae Conceptionis de Araguaya.***

III

DESIGNATIO METROPOLITANI PRO CONCILIO PROVINCIALI

Iuxta can. 285 Codicis Iuris Canonici, episcopus Osnabrugensis, immediate Apostolicae Sedi subiectus, designavit Rmum Archiepiscopum Coloniensem.

Quam designationem Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV approbare dignatus est.

Romae, ex aedibus S. C. Consistorialis, die 27 augusti 1920.

SACRA CONGREGATIO **CONCILII**

DIOECESIS *N.* ET ALIARUM IN GALLIA

CATHEDRATICI

Die 13 martii 1920

SPECIES FACTI. - Revmi Episcopi ecclesiasticae Provinciae ***N.*** in Gallus, canonibus 1504 et 1507 obsequentes, auctoritati S. Sedis postulatum quoddam de taxa pro cathedratico persolvenda subiecerunt, his terminis exponentes taxae rationem atque modum eam exigendi:

« 1° Les taxes de Chancellerie ne suffisent pas à couvrir les dépenses « des Secrétariats, et les évêques sont obligés de prendre sur leurs fonds « personnels ou de trouver ailleurs le moyen de combler les déficits. « La taxe ***cathédratique*** leur serait donc très utile à cet effet.

« 2° La base de cette même taxe, calculée en raison de fr. 0,02 par « habitant, est très modeste. Par exemple : le curé d'une paroisse de «500 âmes ne donnera que 10 francs par an; le curé d'une paroisse « de 1000 âmes versera 20 francs, etc. Les deux centimes ne sont pas « exigés de chaque personne de la paroisse : ils sont prélevés sur les « revenus des églises et des Confraternités ».

Idipsum postea fere iisdem verbis postularunt Ordinarii finitimae provinciae ecclesiasticae X; ac nuperrime ex parte quoque Metropolitae archidioecesis ***Z.,*** nomine etiam suorum suffraganeorum, oblatae sunt preces pro approbatione taxae cathedratici singulis annis solvendae, ab ecclesiis paroecialibus primae classis, in summa decem francorum; a ceteris ecclesiis, octo francorum ; a confraternitatibus, quinque francorum.

ANIMADVERSIONES. - Rmi Consultores quibus harum petitionum studium demandatum fuit, rem pertractarunt tum quoad rationem iuridicam propositae formae, tum etiam quoad generalem opportunitatem taxam cathedratici in Gallia instaurandi. Summa autem propositarum animadversionum hisce redit.

Quoad primum, unanimiter concludebant taxam sub nomine cathedratici ab episcopis propositam, non congruere cum iuridica notione ipsius census cathedratici. Siquidem cathedraticum ex ipsa lege iam definiri potest: Modica quaedam taxa quam « ***omnes*** ecclesiae vel ***bene-« fida*** .iurisdictioni Episcopi subiecta, itemque ***laicorum confraternitates,*** « debent quotannis ***in signum subiectionis*** solvere Episcopo » (can. 1504).

I. - Hisce prae oculis habitis, iam patet, taxam ab episcopis provinciarum ***N.*** et ***X.*** propositam, non gravare nisi parochos seu ecclesias paroeciales: exigitur enim pro numero animarum cuilibet ecclesiae subditarum. Iubente vero citata lege (c. 1504), cathedraticum pensitandum est:

a) ab omnibus ecclesiis episcopi iurisdictioni subiectis: igitur non modo ab ecclesiis paroecialibus, sed etiam a collegialibus, ab oratorii» publicis saecularibus, item ab ecclesiis, capellis, paroeciis saecularibus quibus Regulares praesunt;

b) ab omnibus beneficiis episcopi iurisdictioni subiectis, sive sint perpetua sive manualia; lex enim non distinguit: igitur non modo ab omnibus parochis etiam ad nutum amovibilibus, sed a canonicis quoque qui suam possident specialem praebendam; si autem singuli sustentantur ex massa communi, tunc unicum cathedraticum est ex eadem massa persolvendum; in casu autem haec omnia beneficia omittentur;

.c) a confraternitatibus laicorum, auctoritate ordinaria erectis, dummodo ecclesia ***propria*** utantur; tales autem in Gallia fere nullae sunt, nec licet, iis deficientibus, taxare simplices pias associationes (v. g. Enfants de Marie, Mères de famille) quae utuntur ecclesia paroeciali, ad normam can. 108.

Cf. ad haec, Pallottini, v. ***Episcopus,*** § III; et consonat doctrina communis, v. g., Benedictus XIV, ***De synodo dioecesana,*** lib. V, cap. 6 et 7; ***Il Monitore Ecclesiastico,*** vol. XXXVI, 1911, pag. 364-371 ; ***Acta Apostolicae Sedis,*** 1917, pag. 496 ss.

II. - Modus autem cathedraticum exigendi, quem episcopi provinciarum ***N.*** et ***X.*** instituere optant (scil. pro rata cuiusque paroeciae incolarum), non convenit ipsi notioni ***didrachmae*** cathedratici: « nam potius « quam ad lucrum Episcopi, constitutus est hic census a iure in reco- **ce** gnitionem subiectionis et honoris in cathedram episcopalem » (Santi, ***Praelect.,*** 1. III, tit. 39, n. 6) ; idcirco est taxa ***de se*** modica, et uniformis esse debet, minime ad reditus ecclesiae, multoque minus ad numerum incolarum augenda. Antiquitus in ***duobus solidis aureis*** constituta, in Conc. Rom. a 1725 (tit. VIII, c. 4) xx iulios excedere (circ. 10 francs) prohibebatur, salvis consuetudinibus favorabilioribus iam inolitis. E contrario, in casu, non modo cathedraticum hanc summam excederet, sed immo variabile esset, et 'quidem pro ***numero*** incolarum, cum quo tamen numero reditus paroeciae non semper aequam proportionem servant; ac praeterea liquet hac ratione non haberi merum « signum recognitionis honoris », sed verum tributum fiscale ***personale,*** a quo indoles cathedratici summopere abhorret.

Quoad alterum.

Animadversiones propositae non tangunt nisi ex parte tertium postulatum, i. e. Archiepiscopi ***Z.;*** sed communia omnibus proponi adhuc possunt ad quaestionem de opportunitate, in praesentibus rerum adiunctis, instaurandi in Gallus taxam cathedratici. - Omisso enim quod iam a centenis annis et ultra in Gallus quaevis mentio cathedratici obliterata est (quod quidem non extinguit in ecclesiis officium illud solvendi si restituatur, sed exonerare videtur episcopos ab officio illud ex novo instaurandi); omisso etiam quod, praeter canonicatus praebendatos (quos proposita restitutio non tangit), nulla sunt beneficia aut officia ecclesiastica in Gallus, quae certis tutisque annuis proventibus fruantur, sed immo fere omnes ecclesiae, rurales praesertim, summa egestate premuntur; considerari etiam debet ibidem unicum fere fontem, unde ipsi Archiepiscopi, Episcopi, Vicarii Generales, parochi, cooperatores, ecclesiastici omnes sustentatur, esse collaticiam stipem quae de fidelibus

colligitur sub nomine « Denier du Culte ». Ex ea enim quota pars ab Episcopis in clerum refunditur, unde vicissim a clero cathedraticum Episcopo esset solvendum, et quidem non titulo voluntario, hortationibus et suasionibus dumtaxat adhibitis, ut persolvitur a piis fidelibus obolus pro cultu, sed titulo necessario, per modum impositae taxae; vicissim Episcopi hanc taxam, specie saltem, in sui exclusivum favorem exigèrent, quibus insimul non modica quota praefati oboli pro cultu iam destinatur. Id autem prima fronte minus opportunum apparet, nec incommodis vacaret in opinione tum populi tum cleri ; ex quo facile suadetur, cur ex quatuordecim ecclesiasticis provinciis quibus Gallia constat, nonnisi duae vel tres usque ad praesentem diem de hoc cathedratico instaurando cogitarunt.

Quod autem innuebatur ab Oratoribus de necessitate consulendi congruae sustentationi officialium Cancellariae Episcopalium, ad quam non sufficiunt ordinariae taxae, id oritur ex non recto supposito, quod videlicet his quoque officialibus destinari non possit pars proventuum ex collecta stipe oboli pro cultu obvenientiura ; sunt qui id putent, hoc innixi argumento, quod iste « Denier du Culte » invectus sit ad supplendas pensiones olim a Gubernio suppeditatas, ex quibus nulla his officialibus assignabatur; verum haec coarctatio mentis oblatorum satis ab ipsorum proposito aliena videtur, qui id unum dantes intendunt, videlicet necessitatibus subvenire administrorum Dei in sua dioecesi. Ceterum haec necessitas, si exstaret, nonnisi permitteret facultate uti can. 1505 concessa imponendi speciale tributum; non autem huiusmodi tributum vestire nomine et specie subsidii cathedratici, a quo toto caelo differret, quippe quod in mero signo et symbolo recognitionis et honoris erga cathedram Episcopi consistit. - Quare, etc.

RESOLUTIO. - Propositis in plenariis S. C. Concilii comitiis die 13 martii 1920 in Palatio Vaticano habitis, supra recensitis precibus nonnullorum Galliae Ordinariorum, super his Emi Patres rescribendum censuere:

Prout exponitur, non expedire.

Quam resolutionem, referente in audientia insequentis diei infrascripto S. C. C. Secretario, Ssmus Dnus Noster Benedictus divina Providentia Pp. XV approbare et confirmare dignatus est.

I. MORI, ***Secretarius.***

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

DECRETUM

DE EDITIONE TYPICA MEMORIALIS RITUUM

Memoriale Rituum, quod pro aliquibus praestantioribus sacris **funr** ctionibus in Ecclesiis minoribus a Summo Pontifice Benedicto XIIÏ probatum eiusque iussu editum fuit ac pluries reproductum, nunc iuxta leges liturgicas etiam recentiores diligenti studio revisum atque opportune reformatum, Sanctissimus Dominus noster Benedictus Papa XV, ex Sacrorum Rituum Congregationis consulto, suprema Sua auctoritate recognovit, atque hanc Memorialis Rituum editionem tamquam typicam habendam esse sancivit: simulque statuit ac declaravit, ut eidem editioni omnes ceterae in posterum conformari atque authentico testimonio comprobari debeant; servatis normis, quae pro editione librorum liturgicorum traditae sunt typographis per decretum eiusdem Sacrae Congregationis n. 4266, die 17 maii anno 1911. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 14 ianuarii 1920.

i$l A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. G. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

II

DECRETUM

DE EDITIONE TYPICA MISSALIS ROMANI

Evulgata editione typica Breviarii Romani a fel. rec. Pio Papa X, per Decretum Sacrae Rituum Congregationis die 25 martii 1914 approbata, Commissio Pontificia ab eodem Pontifice die 2 iulii 1911 instituta, quae illam editionem, ad normam Bullae *Divino afflatu* et Motu Proprio *Abhinc duos annos* et subsequentium huius Sacrae Congregationis Decretorum, concinnandam curavit, easdem normas prae oculis habens, diligenti studio manus apposait editioni Missalis Romai instau-

randae. In qua editione, ex altera typica anni 1900 deprompta, illud tantum innovatum est, quod ex recentibus praescriptionibus liturgicis et ex additionibus et variationibus in Breviario typico inductis, consequeretur. Insuper praesenti editioni Missalis Romani adiectae sunt, ad modum Appendicis, Missae propriae pro aliquibus locis approbatae, quae in respectivis festis particularibus, vel in eorum solemnitatibus externis, ubi ex Indulto Sanctae Sedis concessum est, commode adhiberi poterunt. Itaque has mutationes ordinate dispositas, suis locis respective adiunctas et accurate revisas, prouti in hac editione prostant, Sacra Rituum Congregatio, de mandato Sanctissimi Domini nostri Benedicti Papae XV, probari posse censuit. Sanctitas porro Sua, referente infrascripto Cardinali eidem Sacrae Congregationi Praefecto, hanc ipsam editionem suprema Sua auctoritate probavit, eamque uti Typicam habendam esse, cui omnes editiones in posterum conformandae erunt, declaravit atque decrevit.

Contrariis non obstantibus quibuscumque etiam speciali mentione dignis.

Die 25 iulii 1920.

i$(A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

L. $ S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

III

RITUS SEU FORMULA BREVIOR CONSECRATIONIS ALTARIS IMMOBILIS QUOD AMISIT CONSECRATIONEM OB SEPARATIONEM, ETSI MOMENTANEAM, TABULAE SEU MENSAE A STIPITE: UTI IN CASU DE QUO AGIT CODEX IUR. CAN. IN CANONE 1200, § 1.

Instaurato Altari immobili et mensa, integrum Reliquiarum sepulcrum habente, cum stipite coniuncta, Consecrator sancto chrismate inungat, ad modum crucis, coniunctiones mensae cum stipite in quatuor angulis, quasi illas coniungens, ad singulas cruces dicens : In nomine Pa^tris et Fl £ß Iii et Spiritus Sancti, ***recitatis dein orationibus*** Maiestatem tuam, ***et*** Supplices te deprecamur ***iuxta Pontificale Romanum; ac subinde scripto declaret ac testetur praefatum A Itare a se, ordinaria vel delegata auctoritate, rite consecratum, uti tale habendum esse et sub eodem titulo quo ipsum ante execrationem gaudebat.***

IV

RITUS ET FORMULA BREVIOR IN CONSECRATIONE ALTARIUM QUAE AMISERUNT CONSECRATIONEM: UTI IN CASU DE QUO AGIT CODEX IUR. CAN. IN CANONE 1200, § 2, NN. 1 et 2.

Pontifex, indutus rochetto et stola alba, vel Presbyter, indutus superpelliceo et stola alba, accedit versus altare et, loco congruenti stans, benedicit aquam cum sale, ciñere et vino, incipiens absolute exorcismum salis.

Exorcizo te, creatura salis, in nomine Domini nostri Iesu Christi, qui Apostolis suis ait: Vos estis sal terrae, et per Apostolum dicit: Sermo vester semper in gratia sale sit conditus; ut sancti © ficéris ad consecrationem huius altaris, ad expelléndas omnes daemonum tentationes; et omnibus, qui ex te sumpserint, sis animae et corporis tutaméntum, sanitas, protectio et confirmatio salutis. Per eumdem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui venturus est iudicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem.

RJ. Amen.

Deinde dicit:

f. Dominus vobiscum.

RJ. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Deus, Pater omnipotens, qui hanc gratiam caélitus sali tribuere dignatus es, ut ex illo possint universa condiri, quae hominibus ad escam procreasti, bene©die hanc creaturam salis, ad effugándum inimícum; et ei salubrem medicinam immitte, ut proficiat suméntibus ad animae et corporis sanitatem. Per Christum Dominum nostrum.

RJ\ Amen.

Tum procedit absolute ad exorcismum aquae:

Exorcizo te, creatura aquae, in nomine Dei Pa©tris, et Fi©Iii, et Spiritus © Sancti, ut repellas diábolum a término iustorum, ne sit in umbráculis huius Ecclesiae et altaris. Et tu, Dómine Iesu Christe, infunde Spiritum sanctum in hanc Ecclesiam tuam et altare; ut proficiat ad sanitatem corporum animarumque adorántium te, et magnificétur nomen tuum in gentibus: et increduli corde convertantur ad te, et non habeant alium Deum, praeter te, Dominum solum, qui venturus es iudicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem.

RJ*. Amen.

Deinde dicit.

f. Dómine, exaudi orationem meam.

RJ. Et clamor meus ad te veniat,

f. Dominus vobiscum.

RJ. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Dómine Deus, Pater omnipotens, statútor omnium elementorum, qui per Iesum Christum Filium tuum Dominum nostrum elementum hoc aquae in salutem humani generis esse voluisti, te supplices deprecamur, ut, exauditis orationibus nostris, eam tuae pietatis aspectu sancti^ fices; atque ita omnium spirituum immundórum ab ea recedat incursio, ut ubicumque fuerit in nomine tuo aspèrsa, gratia tuae benedictionis adveniat, et mala omnia, te propinante, procul recédant. Per eumdem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat Deus, per omnia saecula saeculorum.

BJ. Amen.

Tum dicit super cineres:

Benedictio cinerum.

f. Domine, exaudi orationem meam.

BJ. Et clamor meus ad te veniat,

f. Dominus vobiscum.

R). Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, parce poenitentibus, propitiáre supplicántibus, et mittere digneris sanctum Angelum tuum de caelis, qui bene**edicat** et sancti % ficet hos cineres, ut sint remédium salubre ómnibus, nomen sanctum tuum humiliter implorantibus, ac semetipsos pro conscientia delictorum suorum accusántibus, ante conspectum divinae dementiae tuae facinora sua deplorantibus, vel serenı́ssimam pietatem tuam suppliciter obnixéque flagitántibus ; et praesta, per invocationem sanctissimi nominis tui, ut quicumque eos super se aspérserint, pro redemptione peccatorum suorum, corporis sanitatem et animae tutelam percipiant. Per Christum Dominum nostrum.

RJ. Amen.

Tum accipit sal, et miscet cineri in modum crucis, dicens:

Commixtio salis et cineris pariter fiat. In nomine Pa £B tris, et Fi Iii, et Spiritus Sancti.

RJ. Amen.

Deinde, accipiens pugillum de mixtura salis et cinerum, mittit in aquam in modum crucis, dicens:

Commixtio salis, cíneris et aquae pariter fiat. In nomine Pa © tris, et Fi ©Iii, et Spiritus © Sancti.

RJ. Amen.

Deinde dicit super vinum :

Benedictio vini.

f. Domine, exaudi orationem meam.

RJ. Et clamor meus ad te veniat.

-f. Dominus vobiscum.

RJ. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Iesu Christe, qui in Cana Galilaeae ex aqua vinum fecisti, quique es vitis vera, multiplica super nos misericordiam tuam ; et bene © dicere et sancti © ficáre digneris hanc creaturam vini, ut ubicumque fusum fuerit, vel aspérsum, divinae id benedictionis tuae opuléntia repleátur, et sanctificétur : Qui cum Patre, et Spiritu sancto, vivis et regnas Deus, per omnia saecula saeculorum.

RJ. Amen.

Deinde mittit in modum crucis vinum in aquam ipsam, dicens:

Commixtio vini, salis, cíneris et aquae pariter fiat. In nomine Pa©tris, et Fi ©Iii, et Spiritus © Sancti.

RJ. Amen.

f. Dómine, exaudi orationem meam.

BJ. Et clamor meus ad te veniat,

f. Dominus vobiscum.

RJ. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, creator et conservátor humani generis, et dator gratiae spiritualis, ac largiter aeternae salutis, emitte Spiritum sanctum tuum super hoc vinum cum aqua, sale et ciñere mixtum; ut armátum caelestis defensione virtutis, ad consecrationem huius altaris tui proficiat. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate eiusdem Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum.

RJ\ Amen.

Postea cum praemissa aqua benedicta facit multam, seu coementum quod benedicit, dicens:

-f. Dominus vobiscum.

RJ. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Summe Deus, qui summa et média unaque custódis, qui omnem creaturam intrinsecus ambiéndo conclúdis, sancti^ fica et benedie has creaturas calcis et sábuli. Per Christum Dominum nostrum.

RJ. Amen.

Goementum benedictum reservatur et residuum aquae benedictae funditur in sacrarium.

Deinde consecrator, accedens ad altare, signat cum pollice dexterae manus de Chrismate confessionem, id est sepulchrum altaris, a quo ablatae sunt Reliquiae, in quatuor angulis signum crucis, et dicens, dum unamquamque crucem facit:

Gonse)$t crétur, et sancti £g ficétur hoc sepulchrum. In nomine Pa ***i%*** tris et Fí)g Iii, et Spiritus **£g** Sancti. Pax huic domui.

Deinde recondit ibi vasculum cum Reliquiis et aliis in eo inclusis veneranter, atque accipiens lapidem, seu tabulam, qua debet claudi sepulchrum, facit cum pollice crucem de Chrismate subtus in medio ejus, dicens :

Conseferetur et sancti*$<ficétur haec tabula ***(vel*** hic lapis), per istam unctionem et Dei benedictionem. In nomine Pa ***ffa*** tris, et Fi ^ Iii, et Spiritus ^ Sancti. Pax tibi.

Et mox, coemento benedicto adhibito, adiuvante, si opus fuerit, coementario, ponit et coaptat tabulam, seu lapidem, super sepulchrum, claudens illud, et dicit:

Oremus.

Deus, qui ex omnium cohabitatione Sanctorum, aeternum maiestati tuae condis habitáculum, da aedificationi tuae incrementa caelestia : et praesta; ut quorum hic Reliquias pio amóre complectimur, eorum semper meritis adiuvemur. Per Christum Dominum nostrum.

RJ*. Amen.

Tunc, coementario adiuvante, cum eodem coemento firmat ipsam tabulam, seu lapidem, super sepulchrum : deinde ipse facit crucem desuper ex Chrismate cum pollice dexterae manus, dicens:

Signé £B tur et sancti £g ficétur hoc altare. In nomine Pa ***Çfe*** tris, et Fi)Ji Iii, et Spiritus £g Sancti. Pax tibi.

Suprascripti ritus seu formulae breviores Consecrationis altarium execratorum concordant cum originalibus approbatis. In fidem, etc.

Ex Secretaria S. Rituum Congregationis, die 9 septembris 1920.

Philippus Di Fava, ***S. R. C. Substitutus.***

DIAEIÜM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

AVVISO

La Direzione dell' « Annuario Pontifìcio » pressò la Segreteria di Stato interessa vivamente gli Illmi e Rai Ordinari delle diocesi, i collegi prelatizi i Superiori generali degli Ordini religiosi, i Rettori dei collegi ecclesiastici e tutti i dignitari appartenenti alla Corte pontificia a volerle trasmettere in tempo utile le relazioni e rettifiche occorrenti per la edizione dell'« Annuario » pel prossimo anno 1921, in conformità della lettera circolare dell'Emo sig. Cardinale Gasparri, Segretario di Stato, in data 15 luglio 1915, e delle particolari istruzioni ricevute al momento delle nomine e promozioni.

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di mominare:

6 agosto 1920. Mons. Alberto Vassallo di Torregrossa, arcivescovo titolare di Emesa, ***Nunzio Apostolico presso la Repubblica del Paraguay.***

1 settembre » Mons. Enrico Gasparri, arcivescovo titolare di Sebaste, già Nunzio Apostolico in Colombia, ***Nunzio Apostolico nel Brasile.***

» » » Mons. Francesco Marmaggi, arcivescovo titolare di Adrianopoli, ***Nunzio Apostolico presso la Real Corte di Rumenta.***

» » » Mons. Luigi Maglione, arcivescovo titolare di Cesarea di Palestina, ***NUMZÌO Apostolico presso la Confederazione Svizzera.***

18 » » L'Emo sig. Card. Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, ***Protettore della Confraternita di Santa Wivine nella Chiesa parrocchiale di Notre-Dame du Sablón di Bruxelles.***

21 » » Il Rev. P. Maestro Agostino Ruelli, dell'Ordine Eremitano di Sant'Agostino, ***Sotto-Sacrista dei Sacri Palazzi Apostolici.***

27 » » Mons. Giuseppe Pizzardo, ***sotto-segretario della S. Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinari.***

COD Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare:

Protonotarii apostolico ad instar participantium :

30 maggio 1920. Mons. Arturo Lane, della diocesi di Oregon-City.

Prelati Domestici di S. S. :

20 maggio- 1920. Mons. Michele G. Phelan, dell'archidiocesi di New-York.
» » » Mons. Edoardo G. Flynn, della medesima archidiocesi.
1 settembre » Mons. Giovanni Pepe, della diocesi di Lucera.
» » » Mons. Giacomo Pellegrini, della medesima diocesi.
9 » .» Mons. Pietro Tacci, della diocesi di Tolentino.
12 » » Mons. Marcellino Basaldua y Muguruza, della diocesi di Camagüey.
14 » » Mons. Lorenzo Luigi Dimphy, della diocesi di Lincoln.

ONORIFICENZE

Cori Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Commenda con placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

20 luglio 1920. Al sig. cav. Arnoldo Giuseppe M. Guissen, delia diocesi di Harlem.
15 settembre » Al sig. barone Antonio van Wynbergen, dell'archidiocesi di Utrecht.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

20 agosto 1920. Al sig. cav. Nicola Bevilacqua, della diocesi di Vicenza.
22 » » Al sig. dottor Gonzalo Saverio d'Almeida Garret, della diocesi di Portalegre.
27 » » Al sig. avvocato Giacomo Flaherty, dell'archidiocesi di Filadelfia.
9 settembre » Al sig. Enrico Adolfo du Bellet.
13 » » Al sig. cav. Giuseppe Frascari, Cameriere d'onore di Spada e Cappa di Sua Santità.
15 » » Al sig. conte Enrico Pocci, Cameriere segreto di Spada e Cappa di Sua Santità.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

3 settembre 1920. Al sig. Enrico Vuillemenot, Maggiore della Guardia Palatina d'onore.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

11 settembre 1920. Al sig. ing. Cristoforo De Luise, dell'archidiocesi di Napoli.
» », » Al sig. avv. Gennaro Grieco, della medesima archidiocesi.
12 » » Al sig. Pietro Nardoni, di Roma. •
13 » » Al sig. prof. Carlo Costantini, di Roma.

La Commenda dell' Ordine di S. Silvestro Papa :

13 settembre 1920. Al sig. Carlo Sebastiani, di Roma.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

31 agosto ' 1920. Al sig. Luigi Aquilani, di Roma.
9 settembre » Al sig. Federico Bruno, della diocesi di Savona.
» » » Al sig. Girolamo Catenacci, di Roma.
10 » » Al sig. Giuseppe Coronas y Arrue, dell'archidiocesi di Santiago di Cuba.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rina Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

2 settembre 1920. Mons. Giacomo Vallée, del Patriarcato di Venezia.
13 » » Mons. Giuseppe Kirleir, dell'archidiocesi di Filadelfia.

Cameriere Segreto di Spada e Cappa, soprannumerario di S. S.:

18 settembre 1920. Il sig. conte Giuseppe Dalla Torre, della diocesi di Padova.

Cameriere d'onore in abito paonazzo di S. S. :

2 settembre 1920. Mons. Francesco Silvestrini, del Patriarcato di Venezia.

Camerieri d'onore di Spada e Cappa soprannumerari di S. S. :

27 agosto 1920. 11 sig. Emmanuele Villagran Prado, dell'archid. di Messico.
2 settembre » Il sig. Alessandro Antonio Paolo Weryha-Darowski, della diocesi di Luck-Zytomir.
24 » » Il sig. Ermanno Francesco Gustavo de Greve-Dierfeld, della diocesi di Treviri.

NECROLOGIO

20 agosto 1920. Mons. Costante Giovanni Prudhomme, vescovo titolare di Gerra, vicario apostolico del Laos (Indocina).
3 settembre » L' Emo signor Cardinale Vittoriano Guisasola y Menendez, arciv. di Toledo, patriarca delle Indie Occidentali.
18 » » Mons. Teodoro Kappenberg, vescovo titolare di Sozopoli, ausiliare di Munster.
» » » Mons. Giovanni M. Pellizzari, vescovo di Piacenza.
» » » Mons. Lodovico Balas de Sipek, vescovo di Rosna via.
29 » » Mons.' Vincenzo Giacomo Sánchez de Castro, vescovo di Santander.
27 » » Mons. Giambattista Arista, vescovo di Acireale.

Âmms XII - Vol. XII 2 Novembris 1920 Num. 12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

LITTERAE ENCYCLICAE

AD PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS, PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES, DE SANCTO EPHREM SYRO MONACO EDESSENO DOCTORE ECCLESIAE RENUNTIANDO.

BENEDICTUS PP. XV

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Principi Apostolorum Petro illud est a divino Ecclesiae Conditore attributum, ut, fide omnis erroris immuni [1] cum Deo cohaerens, tanquam « coriphaeus Apostolici chori » [2] et communis omnium magister ac rector[3] Illius gregem pasceret, qui Ecclesiam suam, in ipsius Petri eiusque successorum visibilis, perennis ac solidi magisterii auctoritate.[4] aedificavit[5]; qua in mystica petra, idest totius ecclesiastici aedificii fundamento [6], quasi quodam in cardine et centro, non minus catholicae fidei quam christianae caritatis communio consisteret.

Id quidem esse Primatus Petro conlati singulare munus ut caritatis, item ac fidei, divitias usquequaque diffunderet atque

[1] Luc. XXII, 32.

[2] S. Theod. Stud. *ep. II ad Michaelem Imperatorem.*

[3] S. Oyr. Alex. De *Trinit.* diai. iv.

[4] S. Ttieod. Stud. ibid.

[5] Matth. XVI, 18.

[6] S. Cyr. Alex. *Comm. in Lue.* e. xxn, v. 32.

in omnibus veluti tueretur, Ignatius Theophorus, recens ab apostolorum aetate, pulchre declaravit. In iis enim quas ex itinere misit ad Ecclesiam Romanam nobilissimas litteras, suum nuntians in Urbem adventum, martyrii pro Christo faciendi causa, praeclarum de illius Ecclesiae in ceteras omnes principatu edidit testimonium, cum eam •« universo coetui caritatis Praesidentem »[1] nuncupavit, scilicet ut significaret non modo Ecclesiam universam esse adspectabilem divinae caritatis imaginem, sed etiam Romanae Sedi beatissimum Petrum, una cum Primatu, caritatis suae erga Christum triplici confessione affirmatae reliquisse hereditatem, ut eodem igne fidelium omnium animos incenderei

Utramque notam ut pontificiae propriam auctoritatis antiqui Patres, praecipue qui inlustriores Orientis cathedras obtinebant, exploratissimam cum haberent, ad hanc Apostolicam Sedem, quae una salutem in extremo discrimine sponderet, confugere consueverant, quotiescumque vel haeresum fluctibus vel intestinis discidiis iactabantur. Ita egisse constat Basilium Magnum[2], ita insignem Nicaenae fidei propugnatorem Athanasium[3], ita Ioannem Chrysostomum[4], deiferos illos orthodoxae fidei Patres, cum ab episcoporum conciliis, secundum veterum ecclesiasticorum canonum praescripta[5], ad supremum Romanorum Pontificum iudicium provocarunt. Hos vero quis dixerit ei mandato, quod a Christo haberent confirmandi fratres, aliqua ex parte defuisse? Quin immo, ne id officium desererent, alii in exsilium impavide proficisci, ut Liberius, ut Silverius, ut Martinus; alii causam orthodoxae fidei, eiusque defensorum qui Pontificem appellaver ant, animose agere, ut vel eorum, qui vita functi essent, vindicarint memoriam : exemplo sit Innocentius 1[6], qui episcopis Orientis imperavit, ut in liturgicis diptychis, cum

[1] S. Ign. *Epist, ad Rom.*
[2] S. Basil. Magn. Epist. cl. n, ep. 69.
[3] S. Felicis II Epist, et Decr. — Epist. Athanas. et episeop. Aegyptior.
[4] S. Ioan. Chrys. Ep. ad Innocent, episc. Rom.
[5] Sardic. can. 3, 4, 5.
[6] Tiieodoret. 1. v, c. 34.

orthodoxorum Patrum nominibus inter actionem sacram commemorandum, denuo Chrysostomi nomen inscriberent.

Nos autem, cum populos Orientales non minore sane, quam decessores Nostri, sollicitudine et caritate complectamur, equidem gaudemus nonnullos ex iis, teterrimo bello restincto, et se in libertatem vindicasse et sacra e dominatu laicorum subduxisse. Qui cum rem publicam, pro suae quisque nationis ingenio maiorumque institutis, ordinare contendant, videmur rem tempori eorumque condicionibus congruentem facturi, si exemplum sanctitatis, doctrinae patriaeque caritatis splendidissimum iis proposuerimus cum ad diligentius imitandum, tum ad studiosius colendum. Sanctum Ephrem Syrum intellegimus, quem cum flumine Euphrate haud inepte comparat Gregorius Nyssenus, quod eius « aquis irrigata christianorum multitudo centuplum fidei fructum » efferret[1] ; Ephrem dicimus, cuius laudes deiferi orthodoxique Patres et Doctores, a Basilio, Chrysostomo, Hieronymo ad Franciscum Salesium et Alphonsum de Ligorio, uno ore praedicant. Gratum quidem est vocibus adiungere horum veritatis praeconum vocem Nostram, qui etsi dissimiles inter se ingeniis ac temporum locorumque intervallis disiuncta sunt, ille tamen ex iis oritur conficiturque concentus, cuius facile « unum eundemque Spiritum » modulatorem agnoscas.

Quod autem illas quas dedimus ad vos Encyclicas Litteras, Venerabiles Fratres, in MD natali S. Hieronymi, hae tam brevi spatio consequantur, hoc ideo usu venit, quia duo praeclarissimi viri non una re conveniunt. Etenim fuerunt Hieronymus et Ephrem fere aequales, ambo monachi, ambo Syriae incolae, uterque sacrorum Librorum cognitione studioque excellentes; quos iure dixeris, veluti «duo candelabra lucentia »[2], a Deo destinatus alterum proprie ad occidentales, alterum ad orientales regiones illuminandas. Quae autem eorum scriptis continentur, eiusdem bonitatis sunt eiusdemque spiritus ; ac propterea fit, ut, quemadmodum in iis concors et immutabilis latinorum atque

[1] S. Greg. Nyss. *Vita S. Ephrem,* e. i, n. 4.
[2] Cf. Apoc. xi, 4.

orientalium Patrum doctrina elucet, sic eorum laudes et gloria veluti in unum coalescant et copulentur.

Utra ex celeberrimus quondam urbibus, Msibi et Edessa, beatum Ephrem in lucem ediderit, ambigitur : eum certo, cum postremae persecutionis martyribus sanguine coniunctum [1], christiano more parentes eduxerunt. Quos si copiosae vitae commoda defecerant, at laus illa longe maior splendidiorque ornabat, quod « in iudicio Christum professi fuerant » [2]. Ineunte vero adulescentia, Ephrem, ut in opusculo Confessionum suarum conqueritur, remissius languidiusque animi restitit cupiditatibus, quibus illa aetas exagitari solet : erat enim ingenio fervens, in iram praeceps, iurgiorum cupidus, mente linguaque solutior. Sed cum in vincula esset ob falsum crimen coniectus, humanas res et inania mundi oblectamenta coepit despicere; itaque, ubi se iudici purgavit, ilico monachi habitum induit, et deinceps se totum ad pietatis exercitationes sacrarumque studia Scripturarum contulit. Cum autem gratiam sibi conciliasset Iacobi Episcopi Nisibensis, unius e cccxviii Patribus Concilii Nicaeni, qui celeberrimam exegesis scholam in urbe episcopali condiderat, patroni sui exspectationem, assidua et peracuta commentatione Bibliorum, non tam explevit, quam superavit; quare brevi maximus omnium eius scholae interpres evasit, et « Doctor Syrorum» nuncupatus habitusque est. Is, haud ita magno spatio, sacrarum studia Litterarum, Persarum copiis urbi impendentibus, intermittere cogitur; quam calamitatem ut removeret, cives suos omnibus nervis ad resistendum incitat. Iam vero periculum, semel Iacobi episcopi precibus propulsatum, rursus, eo vita functo, ingravescit; iterumque obsessa urbs, anno CCCLXIII in potestatem dicionemque Persarum venit. At Ephrem, in exsilium pergere quam infidelibus servire praeoptans, Edessam commigravit, ibique, maximam partem, ecclesiastici doctoris munus studiosissime obivit.

Quam igitur in suburbano colle casam habitavit, ea mox,

[1] S. Greg. Nyss., op. cit.

[2] S. Ephrem Confessio n. 9.

ihlustris academiae instar, magna hominum celebritate floruit, divinorum Librorum studio flagrantium: atque inde profecti sunt doctissimi illi Scripturarum interpretes, qui ad eandem disciplinam suos quisque alumnos excoluerunt, Zenobius, Maraba, Sanctus Isaac Amidensis, cui quidem, ob scriptorum gravitatem et copiam, Magni nomen, adhaesit \ Itaque ex illo recessu adeo de doctrina sanctimoniaque Ephrem fama percrebuit, ut, cum Basilium Magnum de facie nosse percuperet, ob eamque causam venisset Caesaream, cognito Basilius divinitus eius adventu, singulari hominem cum reverentiae significatione acceperit, suavissimosque cum eo de divinis rebus sermones contulerit[2] : quo etiam tempore idem perhibetur ipsum impositione manuum diaconum consecrasse[3].

Edessena vero solitudine Ephrem non pedem, nisi statis diebus, efferebat, ut acerrimas illas ad populum contiones haberet, quibus, adversus haereses tum gliscentes, fidei dogmata tuebatur. Qui, si pro suae humilitatis conscientia ausus non est ad sacerdotium contendere, at in inferiore diaconatus gradu perfectissimum se Stephani imitatorem praestitit. Ergo Scripturas continenter docere et divini verbi praedicationi vacare; virgines Deo devotas ad sacram psalmodiam instituere; commentarios cotidie scribere Bibliis explanandis orthodoxaeque fidei inlustrandae; popularibus suis, praesertim egenis et calamitosis, subvenire; quae ceteros docturus esset, ipse tam absolute cumulateque ante perficere, ut in se imaginem illam sanctitatis referret, quam Ignatius Theophorus levitis proponit, cum eos Diaconos dumtaxat appellat, idest « mandatum Christi »[4], eosque exprimere affirmat « mysterium fidei in conscientia pura »[5].

Quantam vero quamque actuosam fratribus caritatem in summa annonae difficultate, gravis licet annis confectusque laboribus, exhibuit! Casam enim deserens, ubi tot annos caele-

[1] Sozom. *Hist. eccl.* 1 III, e. xv.
[2] S. Greg. Nyss. op. cit. c. iv, n. 17.
[3] Vit. S. Basil. M. quae attfib. S. Amphilochio.
* S. Ignat. Ep. ad Thrall. n. III.
[5] I Tim. c. in, 9.

stem potius quam humanam vitam exegerat, Edessam accurrit : gravissimis verbis, quae quidem Gregorio Nysseno « tanquam divinitus f abre facta clavis» [1] ad animos et arcas locupletium aperiendas visa sunt, obiurgat qui frumentum comprimèrent, vehementerque rogat, ut saltem de superfluo fratrum inopiam sustentaren! Iis igitur non tam civium necessitate quam viri gravitate permotis, ipse ex corrogata pecunia enectis fame comparare lectulos, sternere sub Edessae porticibus, languentes reficere, peregrinis occurrere, qui undique in urbem, panem flagitantes, commeabant[2]. Itaque vere hunc dixeris in patriae praesidio divina providentia collocatum ! Qui non ante in suam solitudinem rediit, quam, exacto anno, e novarum frugum perceptione alimentorum copia ingens exstiterat.

Omnino commemoratione dignum est relictum ab eò civibus suis testamentum, in quo plane hominis cum fides, tum humilitas, tum etiam patriae caritas eminet singularis. « Ego Ephrem morior. Cum timore autem ac reverentia adiuro vos, o **incolae civitatis Edessae, ne sinatis me in domo Dei poni aut sub altari. Non enim decet vermem putredine scatentem in templo et sanctuario Dei reponi. Verum in mea me tunica et pallio deponite, quibus quotidie utebar atque induebar. Comitamini me in psalmis atque orationibus vestris, et assidue pro mea parvitate oblationes facere dignemini. Marsupium Ephrem nunquam habuit : non baculus ei fuit, non pera, neque argentum vel aurum, aut aliam aliquam possessionem super terram aliquando acquisivi vel possedi. Meis igitur praeceptis atque doctrinae sedulo operam dantes, ut mei discipuli, a catholica ne desciscatis fide. Circa fidem maxime estote constantes, caventes vobis ab adversariis, iniquitatis, inquam, operatoribus et vaniloquis et a seductoribus. Et benedicta vestra sit civitas, in qua habitatis. Ipsa enim Sapientum est Civitas et Mater Edessa ». Sic Ephrem e vita cessit, at non eius abiit memoria, quae semper apud universam Ecclesiam in benedictione fuit. Quare cum de eo in sacra**

[1] **S. Greg. Nyss. op. cit. c. vi, n. 23.**
[2] **Sozomen. op. cit.** 1. III, **c. xv.**

liturgia subinde fieri coepisset commemoratio, licuit Gregorio Nysseno illud affirmare : « Eius vitae atque doctrinae splendor universo terrarum orbi illuxit; nam in omni fere loco qui illustratur a sole, cognoscitur ».

Iam quae hic tantus vir quamque multa scripserit, non est cur singillatim exponamus: « Dicitur porro tricies centenas miriades carminum, si omnia simul numerare velis, conscripsisse » [1]. Doctrinam ea quidem ecclesiasticam complectuntur fere omnem; exstant enim commentarii de sacris Scripturis deque mysteriis fidei, sermones de officiis deque interiore vita, de sacra liturgia lucubrationes, hymni in dies festos Domini, B. Mariae Virginis et Sanctorum, in pompas rogationum et paenitentiales, in defunctorum funera. Quibus ex omnibus candidissima prorsus eminet eius anima, quae merito lucerna evangelica dici queat « ardens et lucens » [2], cum, verum inlustrando, efficiat ut illud amemus et sequamur. Immo Hieronymus, cum S. Ephrem scripta testatur suo tempore, haud aliter ac SS. Patrum et Doctorum orthodoxorum opera, publice in liturgicis coetibus legi consuevisse, tum etiam de graeca eorundem librorum ex archetypo syriaco conversione affirmat se « acumen sublimis ingenii etiam in translatione » cognovisse [3].

Iam vero si in honorem beato Diacono Edesseno verti debet, quod praedicationem divini verbi et discipulorum institutionem sacris Litteris niti voluerit, secundum quidem Ecclesiae sensum acceptis, haud minorem sane laudem idem sibi comparavit ut christianus musicus ac poeta; utriusque enim artis adeo peritus erat, ut « Spiritus Sancti cithara » appellaretur. A quo licet ediscere, Venerabiles Fratres, quibus artibus sacrarum rerum cognitio sit in populo provehenda. Etenim Ephrem, cum inter gentes viveret ardentioris naturae, quae quidem poeticae musicaeque dulcedinem maxime sequerentur, quoniam iisdem lenociniis haeretici, inde ab altero post Christum saeculo, ad er-

[1] Sozomen. op. cit. 1 in, c. xv.
[2] Ioh. V, 35.
[3] S. Hier. *De script, eccl.* c. 115.

rores suos disseminandos callidissime usi erant, ipse adulescentis David exemplo, Goliath gigantem proprio eius gladio interimentis, artes artibus opponit, doctrinamque catholicam carminibus modisque vestit, quae deinde virgines puerosque studiose docet, ut eadem postea populus omnis paulatim ediscat. Ita institutionem fidelium in christiana doctrina non modo integrat eorumque pietatem sacrae liturgiae spiritu fovet atque nutrit, sed etiam serpentes haereses felicissime prohibet.

Haec optimarum artium invitamenta a beato Ephrem inducta, quantum dignitatis sacris peragendis conferrent, utique apud Theodoretum legimus[1]; sed idem eo quoque comprobatur, quod metrica illa ratio, quam noster pervulgavit, late cum apud graecos, tum apud latinos, propagata est. Namque antiphonia ipsa liturgica cum suis canticis et pompis, quae Chrysostomi opera Constantinopolim[2], Ambrosii autem Mediolanum[3] importata est, unde Italiam totam peragravit, num ab alio auctore profecta videatur? «Mos» ipse «orientalium partium», quo, in urbe Insubrium principe, Augustinus, catechumenus adhuc, tam vehementer commovebatur, quique, a Gregorio Magno expolitus, perfectius quiddam apud nos attigit, nonne, sapienti existimatorum iudicio, aliqua ratione beatissimo Ephrem debetur, cum ab antiphonia syriaca, ab eo diffusa, originem ducat?

Nihil igitur mirum si plurimi ab Ecclesiae Patribus fit S. Ephrem auctoritas. De eius scriptis ita Nyssenus: « Omnem et antiquam et novam Scripturam evolvens, et ut nemo alius in eius contemplationem incumbens, totam accurate ad verbum interpretatus est; atque ab ipsa mundi creatione usque ad ultimum gratiae librum quae abdita et recondita erant commentariis illustravit, Spiritus lumine usus »[4]. Ad haec Chrysostomus: « Ephrem ille magnus, obtorpescentium excitator, afflictorum consolator, iuvenum disciplina, instructor atque exhortator, mo-

[1] Theodoret. 1. iv, c. 27.
[2] Sozom. op. cit. 1. III, C. VIII.
[3] S. Aug. Confess. 1. ix, c 7.
[4] S. Greg. Nyss. op. cit.

nachorum speculum, dux paenitentium, framea et spiculum adversus haereticos, virtutum receptaculum et Spiritus Sancti habitaculum atque diversorium » \ Nihil profecto dici maius potest ad hominem dilaudandum, qui tamen suis ipse oculis tantulus videbatur, ut se omnium minimum et peccatorem vilissimum praedicaret.

Deus igitur qui « exaltavit humiles » beatum Ephrem summa afficit gloria, eumque huic aetati caelestis sapientiae doctorem et lectissimarum virtutum exemplum proponit. Cuius exempli opportunitas hodie dicenda est vere singularis cum, iam extincto immanissimo bello, quasi novus rerum ordo nationibus, praesertim Orientis, nascitur. Grande profecto, Venerabiles Fratres, plenumque curarum opus, cum Nobis, tum unicuique vestrum et bonis omnibus imponitur, ut quicquid humani civilisque cultus superest, in Christo instauremus, deviamque hominum societatem ad Deum et ad sanctam Dei Ecclesiam revocemus; ad Ecclesiam catholicam, inquimus, quae quidem, dum labant instituta maiorum, et, perturbatis rebus publicis, humana omnia permiscentur, una non vacillat fideliterque futura prospicit, una ad immortalitatem nata, eius nimirum freta oraculo, qui beatissimo Petro edixit: « super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam et portae inferi non praevalebunt adversus eam »[2].

Utinam vestigiis Sancti Ephrem insistant quotquot in Ecclesia munus administrant erudiendi ceteros, ab eoque ediscant quam sollerter, quam assidue sit in praedicanda Christi doctrina elaborandum; neque enim fidelium pietas habeat aliquid stabilitatis et emolumenti, nisi in fidei mysteriis praeceptisque penitus defixa haereat. Qui autem legitime sacras tradunt disciplinas, eos Edessenus exemplo suo monet, ne Scripturas sacras ad placita sui quisque ingenii detorqueant, neve in iis perscrutandis a perpetuo Ecclesiae sensu transversum unguem discedant; « omnis » enim « prophetia Scripturae propria interpre-

[1] S. Io. Chrys. *Orat. de eonsumm. saec.*
2 Matth. XVI, 18.

**tatione non fit; non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu Sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines » \ Atque Spiritus ille qui per prophetas est homines allocutus, idem est qui apostolis « aperuit sensum ut intelligerent Scripturas »[2] et Ecclesiam constituit revelationis nuntiam, interpretem et custodem, ut scilicet esset « columna et firmamentum veritatis » **

**Ii vero in quos ab Ephrem gloria plus redundat honoris, hoc sustineant, ut oportet, onus dignitatis : inlustrem intellegimus sobolem Instituti monastici, quod cum Antonio et Basilio in Orientis regionibus ortum, per multiplices postea surculos in occidentales terras propagatum et, tot nominibus, de christiana humanitate est praeclare promeri tum. Ne igitur hi cessent evangelicae perfectionis sectatores in anachoretam Edessenum suspicere eumque imitando sequi; monachus enim eo magis erit Ecclesiae pro futurus, quo melius, coram Deo et hominibus, id in se exhibeat quod habitus significat, idest si, secundum illud antiquorum Orientis Patrum, sit « filius pacti », itemque « Angelus cuius opus misericordia est, pax et sacrificium laudis », ut eum venuste beatus Nilus Iunior definiit » **

Denique omnes quibus praepositi estis, Venerabiles Fratres, cum e Clero tum ex populo, illud a beato Ephrem discant, patriae huius caritatem, cuius quidem officia ipsius christianae sapientiae professione nituntur, non ab amore patriae caelestis seiungi debere, nedum ei praeponi : patriae illius, inquimus, quae nihil est aliud nisi intima in animis iustorum Dei dominatio hic inchoata, in caelis perfectissima; cuius profecto speciem mystice exhibet Ecclesia catholica, quae, remoto omni nationum et linguarum discrimine, filios Domini universos, veluti familiam unam, sub communi Patre ac Pastore complectitur. Item docet sanctissimus vir, vitae interioris fontes ibi esse quaeren-

[1] **II Petr. i, 20-21**
[2] **Luc. XXIV, 45.**
*** I Tim. iii, 15.**
S. Barthol. Crypt. Abb. in *Vita S. Nili Iunioris.*

eos ubi Christus constituit, idest in Sacramentis, in praecepto^rum evangelicorum observatione et in pietatis exercitatione multiplici quam ipsa affert liturgia Ecclesiaeque proponit auctoritas. Quo in genere aliquid delibetis volumus, Venerabiles Fratres, ex iis quae de Altaris Sacrificio habet noster: « Sacerdos manibus suis Christum super altare ponit ut fiat cibus. Patrem tamquam domesticum alloquitur dicens : Da mihi Spiritum tuum, ut adveniens descendat super altare et sanctificet panem positum ut fiat Corpus Unigeniti tui. Narrat ei passionem et mortem exponitque coram eo ictus ; neque Divinitatem pudet ictuum Filii sui primogeniti. Dicit invisibili Patri: en appensus in Cruce, Filius tuus est, eiusque vestes sanguine sunt conspersae et latus eius lancea est perfossum. Ei commemorat passionem et mortem Dilecti sui, quasi earum oblitus sit, atque Pater audiens, eius preces exaudit » \ Quae vero de iustorum post mortem condicione versibus persequitur, ea cum constanti Ecclesiae doctrina, postmodum in Concilio Florentino definita, sic congruunt ut nihil supra : « Mortuus a Domino abductus et iam in coelorum regno inductus est. Anima defuncti in coelo excipitur, et tamquam unio in coronam Christi inseritur. Defunctus iam nunc apud Deum et Sanctos eius commoratur »[2].

At huius erga Deiparam Virginem pietatem quisnam satis dicendo explicet? « Tu, Domine et Genitrix tua », ita in quodam carmine Nisibensi, « soli estis qui omni sub respectu perfecte decori estis; in Te namque, Domine mi, nulla est macula neque in Genitrice tua labes ulla inest »[3]. Omnino haec « Spiritus Sancti cithara » nunquam suaviores reddit sonos, quam cum propositum est Mariae concinere laudes vel integerrimam virginitatem vel divinam maternitatem vel misericordiae plenum in homines patrocinium celebrando.

Neque ita minore studio rapitur, cum e longinqua Edessa Eomam respicit, ad Petri Primatum laudibus extollendum:

[1] Cf. Rahinani, *I Fasti della Chiesa Patriarcale Antiochena,* viii-ix.

[2] Oarm. Nisib. c. vi, pp. 24-28.

[3] Cann. Nisib. n. 27.

« Sálvete, reges sancti, Apostoli Christi », ita ille ad Apostolorum chorum; « sálvete, lux mundi.... Lucerna Christus, candelabrum et Petrus, oleum autem subministratio Sancti Spiritus. Salve, o Petre, peccatorum porta, discipulorum lingua, praedicantium vox, Apostolorum oculus, coelorum custos, clavigerorum primogenitus » \ Atque alio loco : « Beatus es, o Petre, caput et lingua corporis fratrum tuorum, corporis inquam quod ex discipulis eoagmentatur, in quo uterque oculus filii sunt Zebedaei. Illi quidem beati sunt, Magistri thronum qui contemplantes, et sibi thronum petiere. Auditur vera Patris revelatio favere Petro, qui lapis evadit inconcussum » [2]. Et in alio hymno sic Dominum Iesum inducit cum primo suo in terris Vicario colloquentem : « Simon, discipule mi, Ego te constitui fundamentum Ecclesiae sanctae, petram vocavi te antea ut sustineres totum meum aedificium. Tu es inspector eorum qui aedificant mihi Ecclesiam in terris. Si quid reprobum aedificare velint, te ut fundamentum posui, coerce illos. Tu es caput fontis, a quo hauritur doctrina mea, tu es caput discipulorum meorum, per te omnes gentes potabo. Tua est suavitas illa vivifica, quam largior. Te elegi ut esses in mea institutione velut primogenitus et haeres thesaurorum meorum. Claves regni mei dedi Tibi, et ecce principem Te constituo super omnes meos thesauros » [3].

Haec omnia cum ipsi Nobiscum recoleremus, benignissimo Deo cum lacrimis supplices eramus, ut Orientales, quos discidium nimis diuturnum, contra veterum Patrum suorum sententiam quam memoravimus, ab hac beati Petri Sede misere distinet, tandem aliquando ad sinum complexumque reduceret Romanae Ecclesiae, quacum, Irenaeo teste, qui per magistrum suum Polyearpum traditas a Ioanne Apostolo doctrinas acceperat, « propter potiorem principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam, hoc est eos qui sunt undique fideles » [4]. Interea vero

[1] **S. Eplir.** *Encom. in Petrum et Paulum.*
[2] **Cf. Rahmani,** *Hymni* **fif.** *Ephr. De Virginitate,* **p. 45.**
[3] **Lamy,** ***8.*** *Ephr. Hymn. et Serm.* **Vol. i, pr. 411.**
[4] **S. Iren. C. haer. 1.** III, C. III.

peiiatae ad Nos sunt litterae, quibus Venerabiles Fratres Ignatius Ephrem II Rahmani, Patriarca Syrorum Antiochenus, Elias Petrus Huayek, Patriarcha Maronitarum Antiochenus et Ioseph Emmanuel Thomas, Patriarcha Chaldaeorum Babylonensis, allatis maximi momenti rationibus, Nos impense rogabant, vellemus; Apostolica Nostra auctoritate, Sancto Ephrem Syro, Diacono Edesseno, titulum atque honores Doctoris Ecclesiae universae concedere et confirmare. Quibus quidem precibus, aliquot etiam S. R. E. Cardinalium, Episcoporum, Abbatum et Praesidum religiosarum Sodalitatum graeci latinique ritus, postulatoriae litterae accesserunt. Rem profecto votis quoque Nostris consentaneam mature perpendendam duximus. Meminerimus enim ab Orientalibus Patribus, quos supra diximus, beatum Ephrem semper veritatis magistrum deiferumque Ecclesiae catholicae Doctorem esse habitum ; neque ignorabamus, ipsius auctoritatem inde ab initio plurimum- valuisse non modo apud Syros, sed etiam apud finítimos, Chaldaeos, Ármenos, Maronitas et Graecos, qui Diaconi Edesseni scripta in suum quisque sermonem transtulerunt et, cum in coetibus liturgicis, tum domi ac privatim cupide perlegere consueverant, ita, ut eius carmina, hodie etiam, inter Slavos, Coptos, Aethiopes et vel inter Iacobitas Nestorianosque inveniri contingat. Illud quoque animo reputavimus, hunc virum apud Romanam Ecclesiam magno in honore antehac fuisse. Praeterquam enim quod inde ab antiquis temporibus ea in martyrologio Calendis Februariis beatum Ephrem commemorat, nec sine peculiari sanctitatis et doctrinae eius elogio, in hac ipsa Alma Urbe, saeculo XVI vertente, in honorem Beatissimae Virginis et sancti Ephrem templum in colle Viminali erectum est; cognita autem res perspectaque omnibus est, decessores Nostros Gregorium XIII et Benedictum XIV, qui quidem non uno nomine de catholicis Orientis bene meriti sunt, curasse, ut primo Vossius, deinde Assemanus, maiore qua tum fieri poterat diligentia, Sancti Ephrem opera colligerent atque ad inlustrandam catholicam fidem et pietatem fidelium alendam ederent et evulgarent. Quod si proxime superiores respiciamus eventus, s. m.

decessor Noster Pius X anno MDCCCCIX Missam et Officium proprium in honorem eiusdem sancti Diaconi Edesseni, excerpta magnam partem e liturgia syriaca, approbavit et monachis Benedictinis, e 'Priorati! Hierosolymitano SS. Benedicti et Ephrem, concessit. Quibus omnibus rite perpensis, ut id suppleremus quod ad magni anachoretae gloriam deesse videbatur, simulque Orientis christiani populis gratificaremur apostolicae caritatis, qua eorum utilitati atque honori prospicimus, novo publicoque documento, negotium de quo erant litterae, quas supra memoravimus, Sacrae Rituum Congregationi commisimus, ad sacrorum canonum et vigentis disciplinae praescripta expediendum. Res tam feliciter evenit, ut Cardinales eidem Sacrae Congregationi praepositi per Praefectum Venerabilem Fratrem Nostrum Antonium S. R. E. Card. Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, renuntiarint, se idem optare et demisse a Nobis efflagitare quod ceteri, supplicibus libellis oblatis, poposcerant.

Itaque, Spiritu Paraclito invocato, suprema Nostra auctoritate, sancto Ephrem Syro, Diacono Edesseno, titulum cum honoribus Doctoris Ecclesiae Universalis conferimus ratumque habemus, decernentes, eius festum diem, qui est duodevicesimus mensis Iunii, celebrandum ubique esse eadem ratione, qua dies natalis agitur ceterorum Ecclesiae Universalis Doctorum.

Quare, Venerabiles Fratres, cum gaudemus hanc honoris et gloriae Sancto Doctori accessionem per Nos factam, tum confidimus simul fore, ut universae Christifidelium familiae, in tanta rerum asperitate, praesentissimus atque perstudiosus apud divinam clementiam deprecatur ille adsit et patronus. Res item catholicis orientalibus novo sit argumento singularis eius curae atque studii, quo Romani Pontifices dissitas eas Ecclesias prosequuntur; quarum quidem legitimas consuetudines liturgicas canonicasque regulas, perinde ac decessores Nostri, volumus integras incolumesque perpetuo consistere. Utinam, afflante Dei gratia et sancto Ephrem auspice, impedimenta illa concidant, quibus tam conspicuam christiani gregis partem disiunctam dolemus a mystica petra, super quam Christus Ecclesiam suam

**aedificavit. Utinam quam primum felicissimus ille dies illucescat, quo omnium in animis erunt « sicut'stimuli, et quasi cia vi in altum defixi » evangelicae veritatis verba « quae per magistrorum consilium data sunt a pastore uno » **

Caelestium interea donorum auspicem et paternae caritatis Nostrae testem, vobis, Venerabiles Fratres, et universo clero populoque unicuique vestrum concredito, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die v mensis Octobris anno MDCGCCXX, Pontificatus Nostri septimo.

BENEDICTUS PP. XV

[1] **Ecclesiastes xn,** 11.

MOTU PROPRIO

DE MARONITARUM IN URBE COLLEGIO RESTITUENDO

BENEDICTUS PP. XV

Cum primum in ea Nos cogitatione curaque versari coepimus, ut apud Orientales veterem Ecclesiae sanctae splendorem revocaremus, probe intelleximus quantum ad hanc rem opportunitatis haberent Seminaria et Collegia urbana Orientis christiani Clero pro regionum rituumque varietate instituendo.

Itaque adolescentibus clericis ex Aethiopia domum ad Sancti Stephani sub templum Vaticanum nuper aperuimus, quae iam bonam facit Nobis spem fructuum optimorum.

At vero Nostrum erat in .primis curare ut quae instituta pro Orientalibus iustas ob causas ad tempus clausa erant, eadem quamprimum iterum paterent. Hoc in numero cum urbanum esset Maronitarum Collegium, Nos ad illud restituendum peculiari que.dam studio animum adiecimus, Maronitis quoque Episcopis potissimumque Venerabili Fratre Elia Petro Patriarcha in consilium adhibitis.

Nunc igitur, rebus mature perpensis, ad maiorem Dei gloriam atque ad illustris Maronitarum gentis utilitatem, pro Apostolicae potestatis plenitudine, haec Nos Motu Proprio decernimus ac statuimus:

I. Urbanum Maronitarum Collegium denuo proximis Idibus Octobribus pateat, ut antea, via Portae Pincianae.

IL Sacerdos e Clero Romanae Curiae Collegium, cum Rectoris titulo, gubernet.

III. Alius, ac Rector, bonorum Administrator esto, uno ab altero prorsus distincto ac separato munere. Ita qui administrationem geret, ne is institutioni disciplinaeque alumnorum se immisceat. Administrationem autem rerum Collegii eidem, cui adhuc, id est Procuratori Patriarchae Maronitarum demandari

licebit: eo magis quod qui in ea procuratione hodie est, bene utiliterque Collegii negotia, hoc intervallo, gessit.

IV. Magister pietatis Collegii e Maronitis eligatur: alumnis tamen Confessarii, quem quisque malit, petendi fit facultas.

V. Sacrum Consilium *pro Ecclesia Orientali* Collegio curando praesit. Ideo alumnorum admissiones dimissionesque a Cardinali eius S. Consilii Secretario, nomine Nostro, fiant.

VI. Quantum pecuniae singulis mensibus Administrator Rectori debeat in Collegii tuitionem tradere, idem S. Consilium, subductis calculis hinc redituum, illinc necessitatum Collegii, definiet. De accepta autem summa Rectoris erit suo tempore rationem S. Consilio reddere.

VII. Sexto quoque mense Rector de omni Collegii statu et S. Consilium et Patriarcham Maronitarum diligenti scriptione docebit.

VIII. Collegii Urbaniani scholas alumni Maronitae frequentent, ad eius instituti leges in omnibus rebus sese accommodando.

IX. Iidem, quod ad sacros ordines adeundos pertinet, auctoritati Vicariatus Urbis, sicut cetera quae Romae sunt exterorum Collegia, subsint.

Denique de domestica Collegii disciplina Rectori potestatem facimus legem propriam condendi; quae quidem tum valebit, cum Cardinalis memorati S. Consilii Secretarius eam ratam habuerit.

Quae autem hic a Nobis statuta sunt, ea, contrariis quibuslibet non obstantibus, firma ac valida in perpetuum esse volumus et iubemus.

Datum Romae apud S. Petrum die x mensis octobris MCMXX, Pontificatus Nostri anno septimo.

BENEDICTUS PP. XV

LITTERAE DECRETALES

I

BEATUS GABRIEL A VIRGINE PERDOLENTE, CLERICUS PROFESSUS E CONGREGATIONE CLERICORUM REGULARIUM EXCALCEATORUM A SS. CRUCE ET PASSIONE D. N. I. C, SANCTORUM FASTIS ADSCRIBITUR.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SEEVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Non sine providentissimo Dei consilio accidit ut calamitosis hisce temporibus, quibus homines, voluptatis illecebris prorsus dediti, superbia repleti odioque incensi, atque de nulla re quam de sui amore solliciti videntur, omnia in promptu essent ut ad solemnem Canonizationem deveniretur Beati Gabrielis a Virgine Perdolente, qui eximium praebet exemplum castissimae ac purissimae vitae, mirae humilitatis, ardentissimae caritatis. Ille enim non divitias, nec potentiam aut voluptates persecutus est, sed Deum tantum quaesivit, ei adhaesit, eum toto animo dilexit. Quisnam, tamen, eo sapientior, eo clarior, eo ditior? « Divites - « enim - eguerunt et esurierunt, inquirentes autem Dominum non « minuentur omni bono » ***(Ps. XXXIII,*** 10). « Deus - quippe - dispersi! « superbos mente cordis sui, deposuit potentes de sede, et exaltavit « humiles » (Luc, I, 51-52).

Die primo mensis martii anni millesimi octingentesimi trigesimi octavi, Assisii, natus est Beatus Gabriel a Virgine Perdolente, et eo ipso die baptismatis aquis lustratus. Parentes habuit Sanctem Possenti, qui gubernatoris munus huc illuc per finítimas urbes exercebat, et Agnetem Frisciotti, religione ac morum integritate spectatissimos. Puero tribus vix annis nato, Sanctes dilecta coniuge orbatus fuit, quae Spoleti e vita migravit, ac propterea ipse familiae instituendae solus intendere debuit. Quod, vero, singulari virtute et prudentia fecit. Paterno studio mirabiliter respondebat Franciscus, qui in pauperes misericordem et a maledictis abhorrentem se ostendebat. Verumtamen erat illi ardens quoddam ingenium, ad iramque proclive. Breves tamen erant indignationes eius, et, a patre reprehensus, veniam ab illo petebat.

Adolescentem puerum a Doctrina Christiana Fratres primis litteris imbuerant. In eorum scholis quum versaretur* seraphico fervore caelestis Epuli particeps est factus, neque ex illo die ad sanctam mensam frequenter accedendi etiam in saeculo consuetudinem unquam intermisit.

Primarum litterarum absoluto studio, scholas adivit Collegii Spoletini Societatis Iesu, in quibus humanarum litterarum et philosophiae multa cum laude integrum curriculum complevit, semperque se praebuit in pietatis operibus assiduum ac fervidum, in pudicitia tutanda rigidum, in familiaribus colloquiis castigatissimum.

Inter tamen has egregias virtutes nonnihil inerat levitatis ac vanitatis. Delicatas munditias persequebatur, compto et nitido cultui nimis addictus, novo ac peregrino more induebat vestes. Magnopere etiam delectabatur choreas agitare, milesias lectitare narrationes, scenae spectaculis interesse. In ea tamen vitae levitate et dissipatione non permisit Deus ut servus suus, quem ad assequendam sanctitatem appellaturus erat, noxam aliquam graviorem contraheret.

Tametsi ad perfectiorem vitae rationem a prima iuventute eum vocare visus est Dominus. Bis enim, ob recuperatam a gravi morbo sanitatem, Deo promisit religiosam se vitam fore initurum, sed semper promissum oblitus est. Tertio, vero, quum e gravi periculo in venando evasisset, perterritus Franciscus ad pristina promissa reversus est, quae tamen, rerum mundanarum studio, denuo neglexit. Sed misericors Deus ad spiritualem famuli sui utilitatem valentiora argumenta adhibuit. Permisit enim ut Francisci soror, Maria nomine, quam ipse valde diligebat, in aetatis flore, quasi improviso e vita migraret. Funestum eventum acerbissime Franciscus tulit, atque omnibus huius saeculi vanitates abdicare adeo firmiter constituit, ut patrem adiret ei nuncians sumptum a se consilium in religiosum ordinem concedendi.

Vehementer miratus est Sanctes, qui omnia expertus est ut a salutari consilio filium abduceret. Quin et dedit operam ut Franciscus cum puella quadam, honestissima ea quidem, quam coniugem ei expetebat, consuetudinem iniret. Quibus industriis paternaque auctoritate ac amore assecutus est ut ad saeculi illecebras adolescentem animum Franciscus denuo applicaret.

Attamen misericors Deus, aliam ei praebuit occasionem, qua in pristinum consilium eum revocaret. Quum Franciscus die quintodecimo mensis augusti anni millesimi octingentesimi quinquagesimi sexti se contulisset ad venerandam vetustam quamdam Matris Dei imaginem, quae Spoleti multa religione colitur ac eo die, e sacello educta, a clero per metropolitanam aedem solemni ritu praeferebatur, visus est

sibi sacrum simulacrum in eum intentis oculis intueri simulque hisce verbis in corde appellari: « Francisée, tua res non est mundus, tibi superest religio ».

Valde commotus est adolescens, qui ex illa hora fixum in animo habuit religiosae militiae nomen dare. Cupiens tamen in re tanti ponderis caute se gerere, cum e Societate Iesu patribus Tedeschini et Bompiani et cum viro quodam, qui in montuosa solitudine sanctam vitam degebat et, ex proximo oppido, Cesinus anachoreta vocitabatur, se aperuit. Quorum omnium opinio fuit revera Franciscum a saeculo ad religionem appellari.

De qua re certior factus, religiosam familiam amplectendam selegit quae a Passione Domini nostri nuncupatur, in eamque petiit cooptari. Tunc rem totam aperuit genitori, qui, licet invite, suum denique dedit consensum, atque alio filio Aloisio, qui ex Ordine erat Praedicatorum, munus detulit fratrem ad Sodalium a Passione recessum in oppido ***Morrovalle*** deducendi.

Propinquis et amicis salutatis, mane diei septembris septimi, bini fratres Spoletanam urbem reliquerunt, atque iter coeperunt ad oppidum ***Morrovalle,*** quo die nono eiusdem mensis pervenerunt. Eo ipso die, nulla interposita mora, Franciscus in coenobium ingressus est.

Die septembris vigesimo primo, undecimo ex quo in recessum receptus fuerat, vestem religiosam, inenarrabili iucunditate induit, ac Francisco nomine deposito, Gabriel a Virgine Perdolente coeptus est appellari.

Ex tunc, in novum quasi hominem conversus, ad virtutum perfectionem assequendam omnibus viribus animum intendit. In mundum, quem antea valde dilexerat, tantum suscepit odium, ut non modo moleste ferret de mundi rebus induci sermones, sed etiam ab iis rebus iisque hominibus alienatum animum gereret, quos diligere fas est, ad quosque natura ipsa pertrahere videtur. Quapropter ad litteras domum dandas tanta erat aversio, ut saepe ad id agendum a moderatore cogeretur. Quare erga patrem reliquosque necessarios pene obduruisse et sensu carens factus visus est. At non ille quidem in consanguineos benevolentiam abiecit, imo consummavit, et quasi a materia et corpore ad spiritum traduxit.

Quantum vero in mundum beatus Dei famulus odium habebat, tantum amore susceptam religionem prosequebatur, nec contigit unquam propter negligentiam in observanda regula reprehendendum eum fuisse, adeoque minus puniendum. Non modo corporis, sed etiam cupiditatum, animi denique totius factus est dominus, idque assecutus est voluntariis afflictationibus et appetituum quorumvis severissima cohibitione.

Interea, die vigesimo primo mensis septembris anni millesimi octingentesimi quinquagesimi septimi, beatus Gabriel in sodalitio a Domini nostri Passione, conceptis verbis, vota perpetua pronunciavit.

Postea, mense iulii an. millesimi octingentesimi quinquagesimi octavi, e recessu ***Morrovalle*** in recessum oppidi ***Pievetorina,*** ut sacris disciplinis incumberet, missus est, et in eo per annum metaphisicae se applicuit.

Iulii vero mense anni millesimi octingentesimi quinquangesimi noni, ex eo recessu cum reliquis tironibus remotus est, omnesque in nuper conditum coenobium apud oppidum ***Insula*** translati fuerunt, ibique beatus Gabriel brevis aetatis suae reliquum curriculum explevit, in eoque impensa voluntate theologicis disciplinis operam dedit.

Cum autem in sacris disciplinis discendis valde profecisset, simulque iam aetatem attigisset, die quinto ac vigesimo maii mensis anni millesimi octingentesimi sexagesimi primi, in Pinnensi cathedrali prima tonsura et quatuor minores ordines ei conlati fuere. Postmodum cogitabatur de eo maioribus ordinibus augendo. Huic tamen rei temporum iniquitas fuit impedimentum.

Interea Gabriel, perpetuo caelestibus rebus intentus, ex fide vivebat et, quo in aetate magis procedebat, eo eius fides magis firmabatur.

Sacros libros multa observantia colebat, quos nudo capite legebat, et flexis quandoque genibus.

Sanctae religionis nostrae solemniores dies festos pietate ferventi et alacri laetitia agebat, praecipue dies natalis et resurrectionis Domini, Pentecostes, et Corporis Domini.

Quamvis, tamen, Gabriel in rerum caelestium contemplationem semper intenderet, non sit tamen qui eum animo effingat tetricum quemdam hominem, asperum atque se verum. Nemo enim eo suavior, nemo comior.

Mira eius in Deum fiducia eo firmabatur magis, quo magis fides augebatur et eius cum Deo coniunctio. Nunquam propterea de animae suae salute beatus Gabriel subdubitavit. Quam, vero, aeternae salutis securitatem non in bonis a se gestis operibus ipse constituebat, sed in infinita Dei misericordia, in infinitis Iesu Christi promeritis, in deprecationibus Sanctissimae Matris Dei.

In tanta securitate atque laetitia unum erat solummodo, quod beati Dei servi animum vehementer angebat, ne, scilicet, vel in min imis rebus Deum offenderet eique displiceret.

Orationem adeo diligebat, ut, si quae inter agendum breviora et subseciva incurrerent tempora, perire ea non patiebatur, quin amanter cum Deo confabularetur.

Cruci Iesum defixum tam tenero amore beatus Gabriel complectebatur, ut ipse unicus thesaurus eius esset, unicum oblectamentum. Lectulum cum petebat, somno antequam se daret, Crucifixi imaginem ante pectus suum componebat, Iesum sibi cogitatione effingens, in Calvario monte, sese super crucem distendentem.

Ut vero Domini passio per augustum Eucharistiae sacramentum commemoratur, immo incruente redintegratur atque renovatur, ita beatus adolescens sanctissimam Eucharistiam affectu studiosissimo diligebat, tantaque vehementia de ea cum sodalibus habebat sermones, ut ipsos infiammaret, atque, eo fíente, illi quoque lacrimas effundere cogerentur. Commovebatur impensoque frangebatur dolore, quum de neglectione sermo ei erat, qua christifideles sanctissimum sacramentum excipiunt, de sacrilegiis, de contumeliis ac violationibus, quae a pravis christianis in Sacramentum patrantur.

Sanctae Missae eximio studio ardebat, et, quum Hostiam sacerdos extollebat, ita defixis ardentibusque oculis eam conspicabatur, ut putandum esset, quovis velo remoto, Dei conspectum beatum adolescentem intueri.

Sanctae Communioni mira devotione accedebat: diligentiis omnibus utebatur ut ad eam excipiendam se bene praepararet, tamque viva fide et flagranti affectu altare petebat, ut, admiratione commoti adstantes, exemplum eximium susciperent.

Singularis istius erga augustum altaris sacramentum pietatis velut germana erat soror sacratissimi Cordis Iesu religio, quam ipso animo fovebat.

Beatus Gabriel proximum suum in Deo respiciebat: propterea significari verbis nequit qua observantia sese cum omnibus gerebat, maxime vero cum illis a quibus aversum sentiebat animum. Actus eius omnes cum regeret caritas, nemo fuit unquam, qui ab eo se esse laesum arbitrantur. Cum vero ipse vel minimam noxam alicui intulisse putaret, ante eius pedes, quem offendisse putabat, proiiciebat se, supplex veniam petens.

De nemine unquam iudicium audebat ferre, ne de publice quidem infamatis, quos etiam excusabat, sin minus commiserabatur.

Pauperes maximo studio diligebat in necessitatibus eorum anteveniendis : iis, si quid opus erat auxilii, habita venia, ultro praebebat. Cum vero ei, utpote qui familiae religiosae addictus, parum loci relinqueretur pauperibus auxilium ferendi, paternam domum litteras dans, mirum est quam vehementer patrem fratresque excitaret ut omnibus rebus essent pauperibus praesidia. « Est filius, est frater vobis, qui christifidelium « stipe vitam sustentat - ita scribebat - cuique tamen nihil deest; nonne

«iustitia exposcit ut vos pauperibus invicem ìiberaliter opem feratis? ...... Filiorum hereditas erunt pauperum benedictiones quaeque sunt « pluris faciendae, benedictiones Iesu et Mariae. Nulla vobis in mortis « hora maior erit consolatio, quam meminisse vos nullum unquam pau- « perem dimisisse vacuum ».

Quam in proximum caritatem inter viventes non valens Gabriel continere, eam ad vita functorum animas propagabat, ac nemo ut ipse industrius fuit in indulgentiis acquirendis pro defunctorum animabus ab Ecclesia concessis, quam ob rem purgatorii apostolus vocitabatur.

Beatus Dei servus, delecto a se vitae instituto contentus, non modo quam voverat religiosam paupertatem sedulo semper servavit, sed sodalium suorum pauperrimum se atque abiectissimum praebuit. Eo, quod plane foret necessarium, contentum esse profitebatur, idque tam arcte praestitit, ut pluries se moderatores interponere debuerint, ne ille iustos limites excederet.

Christianae humilitatis praeclarum praebuit exemplum. Nam semper in mente habens divina Iesu verba : « Discite a me, qui mitis sum et humi- « lis corde », omnes sibi superiores habebat, se vero famulum omnium.

Castitatis filium, quamvis plura inter pericula illud amittendi in adolescentia sua versatus sit, usque ad vitae exitum servavit purum et illibatum, quemadmodum nuncupatis votis sese obligaverat. Cautiones omnes, quibus pretiosum castimoniae thesaurum custodire posset et stola innocentiae ornatus ex hoc mundo migrare, iugiter adhibuit. Rerum divinarum assidue contemplatio et filialis pietas erga Virginem perdolentem multum sane contulit, ut Gabriel intactum virginitatis suae florem servaret.

Quo beatus adolescens, virtutibus omnibus ornatus, impensius dimicabat, eo ad vitae exitum propius accedebat. Dies erat decimus septimus februarii anni millesimi octingentesimi sexagesimi secundi, cum, vigesimum quartum annum agens, iam viribus langueseens, sanguinem ex ore fudit. Arcessitur medicus, qui, pessima morbi natura agnita, omnem valetudinis recuperandae spem esse abiiciendam edixit. Nocte, quae proxime est secuta, in peius mere visa est infirmi conditio, eumque extremis muniendum sacramentis ratus, eiusdem spiritus moderator P. Norbertus a S. Maria rei nuncium Gabrieli affert. Laeto ac iucundo animo adventantis mortis sententiam excipit, suavesque effunditur in lacrimas, quum sacrum sibi deferri Viaticum conspicit. Mox nonnihil morbus conquievit; tunc beatus adolescens se paratum ipsa nocte mori, si haec esset Dei voluntas, professus est. Vix autem morbus saevire rursum coepit, Gabriel extrema unctione munitus est; ipseque voluit

ut etiam in lumbis sacro oleo liniretur, quod sacramenti administer praetermiserat ne fastidium satis grave infirmo afferret.

Ultimus tandem beato adolescenti illuxit dies, qui fuit vigesimus septimus februarii. Supremam sibi horam instare ipse persentiens, infiammato cordis affectu preces ingeminans, oculos in caelum identidem extollit, Virginem perdolentem in sui praesidium advocat, Christi Iesu cruci affixi imaginem pectori suo admotam peramanter cömprimit. Tum denique, sacris Iesu, Mariae et Ioseph nominibus invocatis, vultu subrubens ac veluti caelesti visioni subridens, animam exhalavit placidissime, in Insulae secessu apud Fiscellum montem, vix emenso sexennio a sacro inito sodalitio.

Eius sepulchrum ob praeclaram et amplissimam, quam vivens sibi comparaverat, sanctitatis famam, gloriosum, piarumque peregrinationum meta optatissima evasit; namque non pauci, ,qui Gabrielem deprecatorem adhibuerunt, ipsius apud Deum potentiam sunt experti.

Quapropter de caelitum honoribus eidem condendis aggressum est studium, adornatisque auctoritate ordinaria inquisitionibus, anno millesimo octingentesimo nonagésimo sexto, kalendis iunii, causae introducendae Commissionem fel. rec. Leo Papa decimus tertius, Decessor Noster, propria manu signavit. Quaestionibus deinde apostolicis de beati adolescentis virtutibus confectis riteque probatis, de heroico eius virtutum gradu coepta est disceptatio, quae in antepraeparatorio et praeparatorio Sacrae Rituum Congregationis conventu rite prius discussa, demum in generali eiusdem Sacrae Congregationis coetu, sexto nonas maias, anno millesimo nongentesimo quinto, coram fel. rec. Pio Papa decimo, Praedecessore Nostro, proposita est. Ac paulo post, nempe pridie idus eiusdem mensis maii, idem Praedecessor Noster solemniter edixit : ***Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine, Temperantia earumque adnexis Venerabilis Servi Dei Gabrielis a Deipara perdolente, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.***

Breve post temporis spatium super duobus miraculis iudicialis actio instituta est, atque triplici habita disceptatione, de iisdem constare praelaudata Decessor Noster decrevit septimo kalendas februarias, anno millesimo nongentesimo octavo, scilicet de primo miraculo, quod ita enunciabatur : ***Instantaneae perfectaeque sanationis Mariae Mazzarella a gravissima tubercolosi pulmonari, pleuritide ac multiplicibus purulentis abscessibus;*** itemque de altero: ***Instantaneaeperfectaeque sanationis Dominici liberi ab ingenti inveterataque hernia inguinali.*** Tandem, generalibus comitiis iterum indictis, quarto kalendas maias eiusdem anni quaesitum

est, an Venerabilis Dei famulus solemni atque publico cultu, qui Beatis decet, TUTO foret augendus. Cum omnes qui interfuere Patres Cardinales et Consultores in affirmativam ivissent sententiam, idem Praedecessor Noster quinto nonas mensis ipsius decretum edidit, nempe TUTO ***procedi posse ad solemnem Ven. Servi Dei Gabrielis a Virgine perdolente Beatificationem.***

Solemnia autem Beatificationis pridie kalendas iunias in Basilica Vaticana maximo apparatu frequentique adstante populo celebrata sunt.

Mox tamen, cum Beati viri precibus nova prodigia effecta esse narrarentur, praeiaudatus Decessor Noster decimoquinto kalendas iunias, anno millesimo nongentesimo nono, Commissionem reassumptionis causae sua manu signavit. Instructis vero super assertis novis miraculis iudicialibus tabulis, duo quae sequuntur, ad Beati adolescentis canonizationem assequendam Apostolicae Sedi proposita sunt.

Primum obtigit cuidam Ioanni Baptistae Cerro, agricoiae, qui Fregellis ortus est, ac etsi pauperem duceret vitam, nullam tamen fere usque ad quinquaginta annorum aetatem aegritudine laboravit. Unum circiter et quinquaginta annos agens, articularibus torqueri incoepit doloribus, qui vertebralem praesertim columnam cruciabant. Gravior in dies fiebat morbus, qui eo erat perductus ut aegrotus non sine baculi subsidio incedere posset. Quo quidem subsidio uti cogebatur etiam quum alicui vel levissimo operi perficiendo difficili conatu nitebatur. Nullis Ioannes usus est remediis, tum quia medicus desperatum eius statum cónclamaverat, tum quia, extrema laborans egestate, non habebat unde remedia sibi posset comparare. Thermarum curam nihilominus, suadente medico, semel et bis expertus est; frustra tamen, nulla quippe habita est morbi remissio. Quindecim sic annos transegit Ioannes, et ad extremum iam morbus properabat, cum ob indultam B. Gabrieli venerationem triduanae solemnes in religiosae familiae templo Fregellis institutae sunt supplicationes. Quae nondum absolutae fuerant, cum, patrocinio Beati viri fidenter invocato, pristinam infirmus valetudinem in instanti recuperavi^ Nam, spondiiite penitus profligata, naturalem vertebralis columna conditionem adepta est, et qui non poterat nisi curvus et cum baculi subsidio sistere ac deambulare, erectus corpore, omnique seposito adiumento, incedere valuit.

Secundum prodigium expertus est Aloisius Parisi, faber lignarius domo Gallipoli, qui validam sortitus fuerat naturam, et nullam usque ad annum aetatis suae sextum ac decimum infirmitate laboraverat. Anno millesimo octingentesimo octogesimo nono, quum, artem suam exercens, gravi ponderis ianuam enixo conatu, elevatis brachiis, subìe-

vandam pertentaret, dexteram inguinem abrumpi quasi persensit, et tanto percussus est dolore, ut in syncopem rueret, a qua haud brevi ad vitae sensus restitutus fuit. Altera vel tertia die ab incoepto morbo ad suos rediit labores, caute tamen et ea tantummodo opera perficiens, quae nullum requirebant conatum. Undecim sic, varia vicissitudine, nullisque unquam adhibitis remediis, annos transegit, nec prius ad medicae artis quaerenda subsidia consilium cepit quam medicus quidam, de hoc morborum genere peritissimus, Gallipolim venerit. Ad illum itaque Aloisius accessit; at medicus, re perspecta, nullo modo de sanatione consequenda vel cogitari posse pronuntiavit, nisi chirurgicae operationi se infirmus subiiceret, quod tamen Aloisius facere nequit. Ipse vero, tribus aliis annis circiter elapsis, ad patrocinium B. Gabrielis tandem confugit, et prodigiosam in instanti sanationem obtinuit.

Haec prodigia in Sacrae Rituum Congregationis comitiis ter de more expensa sunt examine solertissimo, praesertim in postremis generalibus coram Nobis habitis decimo quinto kalendas maias anni millesimi nongentesimi decimi octavi. Atque paulo deinceps, nempe quarto idus maii, solemniter sanximus : ***Constare de utroque proposito miraculo ; de primo nempe: Instantaneae perfectaeque sanationis Ioannis Baptistae Cerro ab arthritide deformante et anchylosite columnae vertebralis (spondilite anchylosante) ; deque altero: Instantaneae perfectaeque sanationis Aloisii Parisi ab hernia inguinali dextera inveterata.***

Quod autem supererat, num scilicet ad summum fastigium honorum, quibus Ecclesia praeclariores filios suos, qui tanta gloria se dignos exhibuerunt, augere solet, extolli TUTO posset B. Gabriel a Virgine Perdolente, id in generalibus comitiis, tertio nonas décembres eiusdem anni coram Nobis coactis, expensum est, omnesque qui aderant unanimi suffragatione responderunt, TUTO ad solemnem eius Canonizationem procedi posse. Nos tamen admonuimus ***superni luminis auxilium in tam gravi negotio, communibus fervidisque fusis Beo precibus, esse poscendum.***

Tandem, re mature considerata, atque iterum caelesti lumine implorato, octavo idus ianuarii novi exordientis anni millesimi nongentesimi decimi noni, die nempe festo Epiphaniae Domini solemniter pronunciavimus TUTO ***procedi posse ad solemnem Beati Gabrielis a Virgine Perdolente Canonizationem..***

Ut vero in tanto negotio iuris ordo servaretur, Praedecessorum Nostrorum, exemplis inhaerentes, primum dilectos filios Nostros S. R. E. Cardinales in Consistorio secreto, die octava mensis martii anni millesimi nongentesimi vigesimi habendo, sententiam eorum rogaturi, Nobis adesse iussimus. In quo venerabilis frater Noster Antonius, Episcopus

Portuensis et S. Rufinae, S. R. E. Cardinalis Vico, S. Rituum Congregationi Praefectus, novensilium Sanctorum acta et miracula singillatim ac diserte Nobis et Cardinalibus exposuit, magnoque omnes studio incendit ut Beati Gabrielis memoria summis honoribus consecrantur.

Paullo post, die videlicet vigesimo secundo mensis aprilis eiusdem anni, Consistorium publicum celebratum est, et in eo cuncti qui aderant Cardinales, de Beato Gabriele disertissima oratione dilecti filii Augusti Milani, Consistorialis Aulae Advocati, libenter audita, Nos ad causae huius legitimam definitionem sunt uno ore cohortati.

Die vero septima subsequentis mensis maii, alterum Consistorium ***semipublicuni,*** habitum est, in quo non modo S. R. E. Cardinales, sed etiam venerabiles fratres Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi, ad hoc de mandato Nostro per litteras vocati, Nobis adfuerunt, qui tum ex iis, quae in Consistorio publico gesta fuerant, tum ex authenticis documentis S. Rituum Congregationis, quorum exemplar, typis editum, singulis eorum tradi iussimus, in eamdem quam Patres Cardinales unanimiter sententiam iverunt. Cuius rei publica instrumenta a dilectis Filiis Sedis Apostolicae Notariis confecta in tabulario S. Rituum Congregatione asservari mandavimus.

Huic vero solemni Canonizationi in Vaticana Basilica celebrandae praefiximus diem decimum tertium mensis maii huius anni millesimi nongentesimi vigesimi, in quo die colitur memoria Ascensionis D. N. I. C. et fideles sumus etiam atque etiam hortati ad preces, iis praesertim in aedibus ingeminandas in quibus publica augustissimi Sacramenti indicta esset adoratio, a Domino enixe rogantes ut et ipsi possent ex tanta solemnitate uberrimum fructum percipere et Nobis in illa absolvenda Spiritus Paraclitus adesset.

Cum autem faustissima dies illuxit omnes quum saecularis tum regularis cleri ordines, Romanae Curiae Praesules et Officiales, S. R. E. Cardinales, Patriarchae, Archiepiscopi et Episcopi, qui in Urbe aderant, in Vaticanam Basilicam, magnifice exornatam, convenerunt, quibus solemni supplicatione praeeuntibus, et Nos eamdem Basilicam ingressi sumus. Tunc venerabilis frater Noster Antonius S. R. E. Cardinalis Vico, S. Rituum Congregationis Praefectus et Canonizationi huic procurandae praepositus, perorante dilecto filio Augusto Milani, Nostrae Consistorialis Aulae Advocato, vota Nobis precesque detulit Sacrorum Antistitum atque universae Congregationis Clericorum Regularium Excalceatorum a SS. Cruce et Passione D. N. I. C, ut Beatum Gabrielem a Virgine Perdolente, eiusdem Congregationis Clericum professum, gestibus, virtutibus ac miraculis insignem, in Sanctorum numerum cooptaremus, una

cum Beata Margarita Maria Alacoque, Virgine. Quod quum instantius ac instantissime idem Cardinalis per praedictum Advocatum Consistorialem a Nobis postulasset, Nos, Paracliti Spiritus lumine implorato, deinde Beatae Mariae Virginis et Sanctorum omnium auxilio ferventer invocato, « ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, ad catholicae « fidei incrementum et decus, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi « et Nostra, matura deliberatione, et venerabilium fratrum Nostrorum « S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcopo- « rum consilio, beatum Gabrielem a Virgine Perdolente, Clericum pro- « fessum Congregationis Clericorum Excalceatorum a SS. Cruce et Pas- « sione D. N. I. C, Sanctum esse et in Sanctorum catalogo adscribi « decrevimus ». Cui, eodem decreto, copulavimus Beatam Margaritam Mariam Alacoque, Virginem, Monialem Ordinis Visitationis B. Mariae Virginis, eam quoque sanctitate praeclaram. Mandavimus etiam ut Sancti Gabrielis a Virgine Perdolente memoria die vigesima septima mensis aprilis in Martyrologium Romanum referretur. Gratiis deinde omnipotenti Deo actis, ad altare accessimus incruentum Sacrificium oblaturi, atque post Evangelicam lectionem quotque aderant allocuti sumus, laetantes in Domino quod per humilitatem Nostram horum Caelitum gloriam manifestare dignatus est, atque hortantes ut novensilium Sanct©-rum patrocinium apud Dominum Nostrum Iesum Christum pro Ecclesia et christiana republica, tam diris agitata tempestatibus, interponerent. Plenariam tamdem indulgentiam impertiti sumus, atque Apostolicas hasce Decretales sub plumbo Litteras expediri mandavimus.

En ergo, o. christifideles, duo alii Sancti, e feracissimo Ecclesiae gremio orti, colendi Vobis atque imitandi proponuntur. Ambo sane praeclari ob pene infinitum in Deum amorem, ardentissimam in proximum caritatem, admirandam puritatem et humilitatem. Sanctae vero Margaritae Mariae largitus est Dominus singulares favores et gratias, quum illius in conspectu venire ac saepe cum ea quasi familiariter alioqui dignatus sit, eam denique seligens ad cultum illud Sacratissimi Sui Cordis excitandum, quod temporis progressu tam late in universum catholicum orbem dilatandum erat. E contra, ob peculiaria Dei charismata non emicat sancta Gabrielis vita, quae intime latuit, et nihil oculis hominum praebet, quod communem rerum ordinem excedat. Hoc certe voluit Deus ut manifestum esset fideles omnes christianam perfectionem assequi posse, dummodo sancte vivant et ***in lege Domini ambulent.*** Si, ergo, tam acceptae Deo fuerunt sancti Gabrielis virtutes, vestigiis eius omnes inhaereant quotquot Christi sanguine regenerati sunt. Praesertim vero eum imitentur qui, religiosae alicui militiae addicti, mirum in eo

habent exemplum castissime vivendi atque regulae proprii Ordinis perfecte obtemperandi.

Omnia praedicta certa scientia et Apostolicae potestatis plenitudine confirmamus, roboramus, atque iterum statuimus, decernimus, universaeque Catholicae Ecclesiae denunciamus, mandantes ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus fides habeatur, quae hisce Nostris Litteris haberetur si exhibitae vel ostensae forent.

Nemini ergo has Litteras Nostrae definitionis, decreti, mandati, relaxationis et voluntatis infringere vel contraire liceat. Si quis vero, temerario ausu, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac sanctorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae, apud sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo, die decima tertia mensis maii, Pontificatus Nostri anno sexto.

^ Ego BENEDICTUS, Ecclesiae Catholicae Episcopus.



i$l Ego VINCENTIUS Episcopus Ostiensis et Praenestinus Cardinalis VANNUTELLI, Sacri Collegii Decanus, Datarius.

Ego CAIETANUS Episcopus Sabinensis Cardinalis DE LAI.

£ß Ego ANTONIUS Episcopus Portuensis et S. Rufinae Cardinalis Vico.

8*1 Ego IANUARIUS Episcopus Albanensis Cardinalis GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE.

$1 Ego BASILIUS Episcopus Veliternus Cardinalis POMPILJ.

$8 Ego RAPHAËL tituli S. Praxedis Presbyter Cardinalis MERRY DEL VAL.

Ego **OcTAViuSí** tituli SS. Laurentii et Damasi Presbyter Cardinalis CAGIANO.

Ego PETRUS tituli S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis GASPARRI S. R. E. Camerarius.

¡33 Ego FR. ANDREAS tituli SS. Cosmae'et Damiani Presbiter Cardinalis FRÜHWIRTH Ord. Praed.

)${ Ego RAPHAËL tituli S. Hieronymi Presbyter Cardinalis SGAPINELLI DI LÉGUIGNO.

Çfa Ego VICTOR AMADEUS tituli S. Priscae Presbyter Cardinalis RANUZZI DE BIANCHI.

£B Ego DONATUS tituli S. Silvestri in Capite Presbyter Cardinalis SBARRETTI.

£g Ego PHILIPPUS MARIA tituli S. Mariae de Aracoeli Presbyter Cardinalis CAMASSEI.

£B Ego AUGUSTUS tituli Sanctae Caeciliae Presbyter Cardinalis SILJ.

)$(Ego CAIETANUS Sanctae Agathae Protodiaconus Cardinalis BISLETI.

j$j Ego LUDOVICUS Sanctae Mariae in Via Lata Diaconus Cardinalis BILLOT.

|$| Ego MICHAEL S. Eustachii Diaconus Cardinalis LEGA.

l$i Ego NICOLAUS S. Mariae in Domnica Diaconus Cardinalis MARINI.

j$| Ego ORESTES S. Mariae in Cosmedin Diaconus Cardinalis GIORGI, Maior Poenitentiarius.

O. CARD." CAGIANO
S. R. E. Cancellarius.

© A. CARD. VICO
Ep. Portum, et S. Rufinae
S. R. C. Praefectus.

Raphaël Virili, ***Protonotarius Apostolicus.***
Lodovicus Schüller, ***Protonotarius Apostolicus.***

Loco Plumbi.

Reg. in Cane, vol. XXI, n. 5.

II

BEATAE MARGARITAE MARIAE ALACOQUE, VIRGINI, MON I ALI A VISITATIONE SANCTAE MARIAE, SANCTORUM HONORES DECERNUNTUR.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ecclesiae consuetudo antiquissima in Sanctorum numero eos adscribere qui, heroico gradu, virtutes, dum viverent, exercuerunt et miracula atque prodigia patrarunt. Per Canonizationes ab Ecclesia decretas laudes Sanctorum enarrantur et misericordiae Dei, qui laborum mercedem eos

donare voluit per mirificas gratias, etiam cum in humanis agerent ad eorum intercessionem concessas, atque eodem tempore declaratur gloria, qua ipsi in caelis gaudent. Et merito militans Ecclesia, filiali ac devoto affectu, eos veneratur, qui exemplum virtutum reliquerunt, viam docentes ad supernam vitam consequendam.

. Speciali porro ex causa, mira est rerum gestarum narratio ab ancilla Dei Margarita Maria Alacoque, ad quam toties Ipse Dominus se manifestavit et cum qua pluries benignissime est alloquutus ad charitatem et devotionem suscitandas in Sacratissimum Iesu Christi Cor, quod homines tantopere dilexit, dum eorum plurimi, ingrato animo, Eius amorem sunt remunerati.

Documentum bonitatis atque misericordiae Eius, quae in vita huius ancillae Dei tam clare apparent, excitet omnes, qui Christi sanguine regenerati sunt, ad Sacratissimum Cor amore prosequendum, ut ab Eo, in hoc pergravi tempore, illas obtineant gratias quas effundere despondit in eos qui hoc Cor debito honore afficiunt.

Margarita Maria, die vigesima secunda mensis iulii anni Domini millesimi sexcentesimi quadragesimi septimi, ortum habuit a Claudio Alacoque, iudice et regio tabellione, et Philiberta Lamyn in oppido Lhautecour, dioeceseos Augustodunensis. De sacro fonte eam levavit Margarita de Saint-Amour, quae, ut vidit spiritualem filiam quadrili) am iam esse, opta vit in arce sua, cui ***Corcheval*** nomen erat, puellam habere et, cum id obtinuisset, eam curis duarum ancillarum commisit. Altera earum amabilis et sollicita erat, sed ab ea Margarita abhorrebat : altera severior et nihilominus libenter ea puellula utebatur: hoc eo fiebat, quod ipsi panderat Deus, gratiae suae esse hanc compotem, illam contra vacuam: hac ratione a Deo edocta, plagas evadere valuit, quae innocentiae suae ponebantur. Tantum enim in virginculae cor Deus infundebat puritatis amorem, ut ipsa, quin sciret quid ageret, haec verba saepius iteraret: - Domine mi, tibi puritatem meam consecro et perpetuam voveo castitatem. - Puerorum ludos et clamitationes fugiebat, quaeritans silvarum latibula, in quibus abdite Deo funderet preces.

Mature tamen eam aerumnae in venerunt, quia, cum esset octo annos nata, genitore orbata est et mater, cui quinque liberi instituendi erant, Margaritam tradidit sanctimonialibus a S. Clara oppidi ***Gharolles*** apud quas, novennis, primum sanctissima Eucharistia refecta est. Perpetuo apud religiosas magistras manere cupiebat, quo et ipsa potiretur earum sanctitate, sed brevi tempore corporis languore tentata est, ut mater filiolam domum reducere coacta fuerit. At nec tempus, neque remedia arcanae aegrotationi allevamentum afferebant, et puella quatuor

annos degit quin posset ambulare et ossa per cutem adeo eminebant ut ex illa viderentur erumpere. Tandem mater petiit pro ea a Beatissima Virgine valetudinem, promittens, filiam suam Eius se praecipue futuram, et itaque, recuperata salute, Maria Virgo Margaritae moderatrix facta est. Conabatur interea mundus constituere suum imperium in animo puellae, quae libertatem suam et saeculares consuetudines diligere coepit atque elegantia vestimenta ac ornamenta amare, necnon cum aliis puellis ludis et profanis conversationibus interesse. Deus vero, ancillae suae sanctificationis sollicitus, ad severiores mores per afflictiones retulit.

Tres foeminae erant domi Margaritae, quae omni potestate potiebantur et actus eius durius excutientes libertatem omnem ei eripiebant: ipsae etiam Margaritae matrem auctoritate quavis spoliaverant quae etiam, cum saepe aegrotaret, filiae curae atque sollicitudini unice erat commissa. In hisce moeroribus Ei erat solatium adire ad Iesum in sanctissima Eucharistia, qui, et eam docebat, quo pacto oraret, et ad vitam religiosam suscipiendam impellebat: a qua tamen filialis amor detinere eam videbatur, ne praesidio suo matrem desereret orbatam. interea pauperibus, quoties locus erat, opitulabatur parvosque eorum liberos domi suae congregabat ut catechismum eos doceret, nisi pium opus ab iis interciperetur quae ibi dominabantur. Amor matris in animo virginis vehementer contendebat cum voluntate caelestibus invitamentis obtemperandi; nec defuerunt adolescentes qui nubere eam vellent nec deerant proximi qui eam de voto castitatis anxiam, lenire studebant, aientes illud nullam vim habere, quia a puellula, quid ageret nesciente, emissum. His in angustiis robur Margarita habuit ex sacra Confirmatione, qua anno millesimo sexcentésimo sexagesimo nono a Cabillonensi Episcopo est inuncta, sero sane, cum iam esset duo et viginti annos nata, nec tamen maturius eo quod Episcopi Augustodunenses multos per annos sacram suae dioeceseos lustrationem missam fecerant.

Numquam interea vox Domini deficiebat quae puellam instabat, ut promissionem teneret perpetuae castitatis, sed, cum mater gravius aegrotaret, familiares Margaritam hortabantur eam ne desereret, sin quid matri accideret crudelitatis eius culpae. Cui tamen certum iam erat divinis iussis gerere morem ac necessariorum tandem flexit voluntatem. Ulterius alia exorta est contentio de ordine religioso deligendo : his enim erat in votis ut sodalibus Ursulinis se addiceret puella, inter quas quaedam cognata eius erat adiecta : Margarita contra ad sanctimoniales a Visitatione sentiebat a Deo se appellari. Et quamvis has elegisset, tamen incerta manebat in quod asceterium sanctimonialium a Visitatione ingredi, quorum plura proferebantur. Ut vero ad Paraediense asceterium con-

timio sensit se vocari, cum sanctimoniales de ea excipienda negotium festinanter agitatum est; quo composito, maxima animum virginis laetitia pervasit. Quare, eam conspicientes, de eius vocatione subdiffidebant, invicem vulgo murmurantes: hancine tam hilarem, tam festivam puellam, fore unquam sanctimonialem? Illa, laetitia exsultans, anno millesimo sexcentésimo septuagesimo primo, Paraediense asceterium, cui tanto studio inhiabat, est ingressa, in quo, duobus post mensibus, die festo S. Ludovici, Galliarum Regis, vigesima quinta mensis augusti, religionis habitum induit ac Margarita Maria appellata est. Ibi pergebat Deus recenti sponsae caelestia gaudia cumulate gratifican quae, tamquam illa sustinendo impar, ab Ipso petebat ut ea aliquantulum remitieret, humiliationum ac vilipendiorum praebens se percupidam. Moderatrix asceterii tunc mater Margarita Hieronyma Hersant et soror Anna Francisca Thouvant tirunculis magistra: cum exploratum haberent spiritum, quo illa ducebatur, esse revera a Deo, a piis exercitiis saepe illam avertebant et humillimis operibus operam navare iubebant; ipsa vero nihil repugnabat nihilque antiquius habebat quam Deo in omnibus obedire. Attamen admirabilis illa semita, per quam ancillam suam agebat Deus, sanctimoniales ancipites reddebat, an Margarita Maria idonea esset ut in earum numerum exciperetur: secum enim reputabant sanctos suos institutores noluisse quidquam apud eas apparere extraordinarii: quare, expleto iam tirocinio, diem eius professionis sustinuerunt. In hoc pergravi Margaritae Mariae moerore, mater Maria Francisca de Saumaise, quae, eo anno millesimo sexcentésimo septuagesimo secundo, missa erat ut Paraediensis asceterii munere praepositae fungeretur, tirunculae praecepit a Deo petere ut, si eam iis devotis virginibus cooptari vellet, per regularum omnium diligentem observantiam sacro ordini eamdem efficeret fructuosam. Referre dignatus est Deus prolixe se id acturum et si quid-contra sua iussa moderatrices forent iussurae, facile se passurum illis potius quam sibi sponsam suam obtemperare. Huiuscemodi responsione mater de Saumaise satisfacía plane est, et Margaritae Mariae exoptata potestas professionem religiosam emittendi omnibus suffragiis est data.

Sacro recessui, iuxta morem praemittendo, pientissime vacavit, in quo miris beneficiis divina liberalitate cumulata est atque sanguine suo proposita venturae aetatis exaravit: nihil ipsam reliqui sibi retenturam, et divino Sponso in omnibus rebus perpetuo se fore addictam atque dicatam. Ita comparata, die sexta mensis novembris eiusdem anni, vota religiosa emisit et deinceps sorori valetudinario praepositae adiutrix est assignata, quo in implendo officio, plura perpetienda ei fuerunt a

diabolo qui, quantum sibi potestatis permittebatur, innumeris virginem taediis ac fastidiis illudebat. Ulterius duae sorores, quibus commissum erat valetudinarium, plane dispares ex natura erant, a quo manabat ut, quae Margarita Maria agebat, praefectae fere non probarentur, et quamquam illa omni ope et opera adnitebatur, non adipisceretur, ut huic satisfaceret. Abiectionis inexplicabili siti beata Dei ancilla flagrans, despectus ac vilipendia Sponso assidue petebat; nec ille sane dilectae suae refragabatur, cuius pollicitationibus virginis animus vehementer expletus est, gaudens mirificas quae in se inerant laudes, obrui humilitate. At mater de Saumaise, reputans singularia quae apud Margaritam Mariam accidebant, iussit eam haec fideliter mandare litteris. Istiusmodi iussum humillimae virgini quam acerbum fuit: verum auctor ei Dominus fuit, ut sedulo illud transigeret, aiens, si in se ipsa animum adverteret, fore cito perspecturam, quae in ipsa erant, non ea miserae creaturae, at Deo esse tribuenda. Igitur moderatricis voluntati candide illa ac diligenter obsecundavit.

Quare, inter alia plura, ab ea docemur, cum in Visitationis pervigilio non mediocri afficeretur molestia, quod quominus cum sororibus psalleret, ravi impediebatur; inter eius brachia Iesum Puerum, splendoribus fulgentem, protinus constitisse divinoque alloquio eam esse dignatum. Quumque ipsa vereretur ne per diaboli deceptionem id contingeret, a Puero petiit ut, si vere Puer Iesus esset, laudes suas canendi faceret ei potestatem. Id illico cum esset assequuta, Infantis divini blanditiae nihil virginem distinuerunt, ne acri intentione animi, in sacro munere fungendo, sorores prosequeretur. Quum vero Paschatis solemni die paulo ferret moleste, quod propter officium sibi commissum, cum reliquis sanctimonialibus operam dare non posset, in reprehensiónem Domini incurrit, sponsam monentis obedientiae et sacrificii orationem, oratione contemplationis cedere sibi acceptiorem.

Iam vero sensim aggrediebatur Dominus de Sacro Corde suo cum dilectissima ancilla huiusmodi serere sermones: in extremis discriminibus Cor suum portum ac asylum praebere; in Corde suo quietem, solatia, oblectamenta omnia animas inventuras; Cor suum in cruciatibus regnare, in humilitate triumphare, exsultare in unitate. Quare devotae virginis incipiebat flagrare iam animus, Iesu Cordis charitatem omnibus patefacere et praedicare. In die eius festo, Sanctum Franciscum Assisiensem Margaritae Mariae patronum Deus statuit, quam rem divini sui amoris argumentum esse aiebat, quod, per viam moerorum et continuorum dolorum, ducem se virgini debebat ille praebere. Addebat enim, sponsae suae se omnia esse velle, solatium eius et gaudium simul-

que eiusdem supplicium. Nam Margarita Maria aiebat animam suam a divino Sponso esse adeo pervasam ut nihil in ea studii, nihil facultatis reliquum faceret, nisi ipsum diligendi; formidinem porro nullam praeter peccati. In Corde Iesu demersam, despicationem se sitienter expetere, neglectionem, oblivionem hominum, quo crucifixo Sponso congruens fieret. Hisce sensibus Deus omnipotens ita paullatim fidam ancillam instituerat, ut, ad flagrantissimam divini Cordis sui charitatem hominibus denunciandam, instructa iam atque expedita esset.

Festo die S. Ioannis Evangelistae anni millesimi sexcentesimi septuagésima tertii, cum Margarita Maria oraret ante sanctissimam Eucharistiam, visus est ei Dominus Iesus, qui in sinu suo iussit eam diu quiescere: tum adorabile Cor suum primum illi pandens: - Cor istud - inquit - erga te hominesque universos tanto flagrat amore, ut eum iam cohibere nequeam, quin per te omnibus pervulgetur et, Cordis mei beneficiis omnes cumulati, aeterna supplicia effugiant. - Post haec ab ea cor petiit et, in Cordis divini fornacem ante demersum, eodem incendio candens, illi reddidit, quae per totam aetatem igne illo exarsit neque concepto tunc dolore est subinde unquam exempta. Haud ita multo post, divinum Iesu Cor denuo sese praebuit, conspiciendum: in igneo solio sedebat, sole fulgidius, uti crystallum perlucidum ; lanceae elucebat vulnus, spinea corona cijcumdabatur, imminebat crux. Studio excitatus, ut ab hominibus perfecte diligeretur, sponsae suae Deus aiebat, id iniisse se con silfi, ut Cor suum illis manifestaret ac, per illud, amoris, misericordiae, gratiae, sanctificationis ac salutis thesauros super eos uberrime effunderet. Addebat, magno opere esse sibi in deliciis, sub specie carnei Cordis, publice ab hominibus honorari, quo tali imagine cordium eorum studium commoveatur: ea imago ubivis esset in honore, benedictionum omne genus fore eam allaturam. Praeterea tum haec verba a Corde sacratissimo illa percepit: - Siti excrucior, ut in sanctissimo Sacramento me homines colant Tat nullus fere mortalis inventus est, qui restinguere sitim meam conetur et amori meo respondere. - Quae verba animum virginis amantissimae moerore incredibili occupaverunt.

Interea Margarita Maria, a curando valetudinario dimissa, anno millesimo sexcentésimo septuagesimo quarto, magistra electa fuit sororculârum, a parvo habitu dictarum, quae, infantes exceptae in asceterium, in eo educabantur, ut adolescente aetate inter tirunculas numerari possent. Et vitii horrorem in teneris earum animis ipsa instiiiabat atque Dei ac virtutis amorem: facilis et in reliquis indulgens, in mendaciis et insimulationibus severam se praebebat. Illae vero mirum est, quanti eam facerent, quomodo venerarentur: magistrae munuscula et si

quid eius capillorum forent adeptae, uti sacras reliquias servaban! : cum orantem magistram altera deprehendisset, alteras invitabat clanculum ad conspiciendum quo pacto fundebat preces.

Apparuit denuo Iesus sponsae, fulgores et ignes e quinque vulneribus emittens ac potissimum ex adorabili Corde : iterum infinitum suum amorem erga homines commemorabat et ingratum, pervicacem, contumeliosum eorum erga se animum quaerebatur, adiungens: «.Tu saltem ingratissimae eorum disertioni supple ». Cui illa respondit: « Ecquidem « ego possim Domine? » Ac Iesus inquit: « Habes unde tuam sarcias « imbecillitatem ». Cumque divinum Cor aperuisset, adeo vehemens ex eo erupit flamma ut, ad sustinendam eam, vix virgini suppeterent vires. Tunc edixit quae essent ab illa peragenda: quanto per obedientiam fas saepius esset, ad sacras Epulas accederet, id faceret sexta illa feria quae quoquo mense primum incidit; ante mediam noctem quae inter quintam et sextam feriam intercedit, in memoriam mortalis tristitiae, qua in horto olivarum Redemptor hominum conflictatus est, per solidam horam ad humum pro voluta iaceret, peccatoribus implorans misericordiam simulque moerorem aliqua ratione leniens, quo ipse, ab Apostolis destitutus, affectus est. Ab hoste tamen sedulo caveret, rationibus omnibus insidias instruente: obedientiam auctorem adhiberet, nihil agens, nisi a praepositis iussa. Cum fere alienata mente hoc visu maneret, sorgres eam quaeritantes deprehenderunt loqui atque gradi minus valentem et ita incensam tremebundamque ad moderatricem adduxerunt. Ad genua eius cum procubuisset, Margarita Maria quid sibi contigerat repugnanter narravit : mater de Saumaise vero eam inclementer excipiens et multis castigans, ea omnia quae Dominus ei petierat noluit concedere. Qua re mirum quantum illa recreata est, cui humilitate ac demissione nihil erat iucundius.

At in imbecilla virgínea membra divinitus immissus ignis ardentem et continuam intulit febrim, quam diu illa animo libenti toleravit, donec ad id extremi est adducta, ut iam iam moritura esse videretur. Tunc mater de Saumaise Margaritam Mariam iussit a Deo sanitatem petere, quam si recuperasset, id argumento futurum revera eam a spiritu divino duci. Antistitis voluntati paruit et continuo exaudita est. Aegrotanti enim virgini sanctissima Dei mater visa est, aiens Se missam a Filio divino, quo pristinam valetudinem restitueret filiae dilectae : quam benigne est solata ac praedixit longum iter adhuc agendum ipsi manere, perpetuo sub cruce, clavis spinisque trans verberatam, flagellis laceratam: nihil tamen esse ei timendum ; se enim nunquam eam fore derelicturam, sed assidue tutaturam.

Quum ita haec contigisse!)t, fas iam matri de Saumaise non erat, divinis rebus, quae in Margarita Maria eveniebant, fidem abnuere: quare, cum imparem se existimaret, ad filiam, per vias adeo excelsas gradientem, ducendam, optime rata est cum religiosis viris, qui Paraedii in regendis animabus et dignoscendis spiritibus sciti habebantur, arduum negotium mature considerare. Hi vero, rebus perpensis, Margaritam Mariam illusami iudicarunt, et eam atque moderatricem vetuerunt complecti et sectari quae mirabilia proferebantur. Frustra vero soror iussum peragere omnibus suis viribus connisa est, Deo non sinente: quare in incredibiles sollicitudines ipsa devenit, quum enim Deus pergeret constanter ancillam suam persequi, existimare ipsa iubebatur qui in se ita agebat, • Deum non esse. Perturbatam et derelictam se putantem, divinus Magister tranquillavit, promittens quemdam servum suum ad eam se missurum, cui illam praecipiebat, sacri sui Cordis arcana omnia quae didicerat, revelare: ipsius enim fore partes, per viam extraordinariam, qua ipsa incedebat, eam confirmare.

Sub primis sequentis anni venit Paraedium venerabilis pater Claudius de la Colombière, cuius scientia ac virtus maximi fiebat,* Paraediensi Societatis Iesu domui praefuturus: utque primum asceterium a Visitatione adiit, Margarita Maria intimam vocem percepit aientem : - Ecce, quem tibi mitto. - Aliquando deinceps post habitam apud sanctimoniales a Visitatione concionem, pater de la Colombière petiit a matre de Saumaise quaenam esset soror illa cuius locum demonstrabat: et cum responsum fuisset, nomen illi sorori esse Margaritae Mariae, pater subdidit: « Est ea selecta quaedam anima ». Post haec mater de Saumaise iussit Margaritam Mariam animum omnem suum patri Claudio pandere. Cum perinvite in id illa ingrederetur, hortante illo, ingenue perfecit. Ipse Pater humili virgini animum addidit, quin dubitaret de spiritu quo ducehatur, çruippe ex obedientia eam non eximebat: Dei incitamentis obtemperans, totam se arbitrio eius permittens et gratificans, cum eius benignitatem miraretur, qui ab ancilla sua adeo obnitente non recesserat, communicationes eius, familiaria alloquia reverenti, humili, pergrato animo exciperet.

Quodam die, cum in aede a Visitatione pater de la Colombière, adstantibus sanctimonialibus, rem divinam faceret et secum bonitatem Dei reputaret, qua per sanctum sacrificium nobis se communicat, sensit se novo quodam et inexplicabili fervore erga eum accendi, uti patefactum Margaritae est. Cui, ad sanctas Epulas mox accedenti, Dominus Noster divinum Cor suum ostendit, ardentis fornacis speciem praebens: alia duo corda illi appropinquabant ut illi se devincerent et in illud demer-

gerent. Vocem audierunt dicentem: « Ita sanctus amor meus tria haec « corda in aeternum coniungit ». Alia duo corda erant cor Margaritae Mariae et cor patris Claudii. Praecepit praeterea Dominus ancillam suam eidem patri divini sui Cordis thesauros manifestare ut eorum pretium et utilitatem pervulgaret: sibi autem addebat libere, divinorum horum bonorum, veluti fratrem ac sororem, ambos esse aeque participes.

Nam ad aeternam memoriam visum est insigne illud quod Margaritae Mariae, anno millesimo sexcentésimo septuagesimo quinto, est obiectum inter octo dies qui Corporis Domini festum excipiunt. Nam cum ipsa coram sanctissimo Sacramento Dei adstaret, divinus Sponsus eximia in dilectam suam beneficia profudit: quae et magno opere impellebatur, quoquo pacto facultas suppeteret, gratiam ei referre. « Nulla mihi », • inquit Ille, « erit a Te remuneratio acceptior, quam si tu id agas, quod « a te toties petii ». Tum divinum" Cor suum aperuit et inquit: « Ecce hoc Cor, quod homines tanto opere dilexit, quod ita rei nulli pepercit, ut ad amorem suum declarandum se confecerit et consumpserit: illorum vero pars maxima ingrato me animo remunerantur, impudentia sua, sacrilegiis, veterno, despicentia, quam in hoc amoris sacramento mihi exhibent: id vero molestissime patior, a cordibus quoque devotis mihi, tali me modo tractari. Propterea a te peto, ut sexta feria, quae octo dies sequitur sanctissimo Sacramento sacros, praecipuum solemne instituatur ad Cor meum honorandum: quo die sancta de altari erunt a fidelibus libanda et adhibenda simul honorabilis compensatio, ad reparandas indignitates, in sanctissimum Sacramentum per eos dies inlatas, quibus populo adorandum propositum fuit. Despondeo ego tibi, Cor meum se fore dilaturum, ad divini amoris sui actiones ubertim in illos effundendas, qui illud tali honore afficiant aliisque ad haec agenda, exstent auctores ». Cum Dominus ita dilectam sponsam alioqui dignatus esset, illa respondit: « Sed haec, Domine mi, a tam misera ac peccatrice « creatura tu petis? quae tuis studiis sua ipsius indignitate officiet? ». At ille: « Oh imperitam sane virginem! Tene tandem latet, imbecillimis « me naturis uti, quibus acerrimas contundami ». Ipsa vero: « Quibus « rebus transigere haec queam, tu igitur mihi praebeas ». Denuo porro Dominus: « Servum meum (patrem nimirum de la Colombière) adhibe: « meis verbis die ei, ad religionem hanc constituendam, ñervos omnes « intendat et ad divini Cordis mei votum explendum: coram impedimen- « tis, quae incident, ne abiiciet animum ; sciat omnia posse eum, sibi « qui omnino diffidat, quo virtuti meae sese permittat ».

Cum Margarita Maria mandata divina ad patrem Claudi um detulisset, ab eo iussa est quae sacri Cordis religionem respiciebant et alia

plura Dei gloriae utilia, quorum in partem ipse vocabatur litteris mandare et scriptum sibi tradere, ut commode posset meditare. Continenter igitur, huius piae religionis duo praecones, ab ipso JDomino delecti, divini Iesu Cordis diem festum primi celebrarunt, die vigesima prima iunii eiusdem anni millesimi sexcentesimi septuagesimi quinti, quo se ei addixerunt et paratos sunt professi ad omnia suscipienda et toleranda, quibus Eius proposita perficerentur. Sed, non ita multo deinceps, Margarita Maria auxiliis orbata est patris de la Colombière qui, exeunte mense septembris sequentis anni, ad Anglicam aulam est profectus, ubi ducissae Eboracensi a sacris esset concionibus. Hoc discidium acerbius illa tulit: quam ob rem a caelesti Sponso reprehensa est, eam ita arguente: « Quid hoc? nonne tibi sum ego satis, qui principium tuum « ac tua finis exsto? ».

Cum pater Claudius Paraedio abscessisset, inenarrabiles cruciatus, Deo volente, Margaritae Mariae toleran di fuerunt, quibus menda repararet, quae in suo asceterio admittebantur. Quare in id languoris est delapsa, ut, stomacho cibi impatiente, ipsa escis fere abstineret: iussa, quae apponebantur, cuncta comedere, ita ea evomebat et maius detrimentum accipiebat valetudo, ut revocandum iussum fuerit et in aliud mutandum tantum com edendi quantum esset facultas. Mater de Saumaise, absoluto sexennio sui magisterii, sub eodem fere tempore, idest anno millesimo sexcentésimo septuagesimo octavo, Paraedio decessit: in commentariis suis huiusmodi testimonium reddiderat de Margarita Maria: per sex annos, quibus familiariter ea usa erat, numquam propositum illius refrixisse, quo certum erat, ut in se Deus in omnibus regnaret, ante omnia et prae omnibus; nulli unquam oblectamento aut animi, aut corporis eam induisisse; hac constanti fidelitate, eximias gratias a divina largitate et singularia beneficia sibi conciliasse; haec vicissim, ad cruces, affli ction.es, despicientia s magno opere persequendas, eam excitasse; exstare neminem, qui tantis studiis honores et voluntates concupiscat, quanta illa aviditate cruces et contemptus appetebat: hac erant eius deliciae, quamquam delicatior natura eius talia stomachabatur et graviter ferebat.

Matrem de Saumaise in asceterio Paraediensi administrando mater Greyfie excepit, quae sororum sententias ad Margaritam Mariam quod attinet, offendit discrepantes: quare ad concordiam tuendam in ipsa quae singulariter contingebant, flocci pendere prae se ferebat et, si quid ipsa egisset, quod reliquis non probabatur, quamvis iussu suo egisset, vel se auctore, eam coram castigare non dubitabat. Istiusmodi agendi ratio Dei famulae erga moderatricem gratum animum excitavit et san-

ctae necessitudinis in dies vincula roboravit. Quamquam autem Margaritae Mariae antiquius nihil erat, quam ut adorabile Iesu Cor universis hominibus praedicaretur, tanta tamen tenebatur humilitate, ut ea de re quidquam aggredi vereretur, ne sanctum negotium vitiaret indignitate sua ac pessum daret. Interim vero praeposita vetuit ancillam Dei quintae feriae nocte, ut Dominus eam iusserat, per oram vigilare orantem : humiliter illa quidem obtemperavit: identidem vero moderatricem adibat et timere se aiebat, ne illam interdictionem probaret Dominus et eius causa ne repeteret poenas. Nec de sententia illa tamen decedebat: sed ut vidit sororem Mariam Elisabetham Quarré, in qua egregias spes collocaverat, profluvio sanguinis subito absumi, rata id contigisse in poenam sui peccati, Margaritae Mariae dudum ablatam veniam redintegravit.

Spiritualibus cruciatibus summo opere cum soror perciretur, benigne cohortatus eam est Dominus nollet animum despondere : se enim fidelem ipsi esse custodem attributurum, qui comes ei perpetuus foret, temporibus eius praesto esset et contra hostem ferret suppetias. Igitur istius opibus ancilla Dei constanter utebatur, qui, trepidis in angustiis, se illi etiam conspiciendum praebebat, et moerentem comiter solabatur. Quisnam esset, olim ei indicavit, ut Sponsi in se amor quantus esset, illa perspiceret: « Ex beatis iis spiritibus - inquit - ego sum qui maiestatis « divinae solio proxime adstant quique Iesu Christi sacri Cordis ardorum « fiunt maxime participes ».

Iussa divinitus est Margarita Maria, quae ipsa habebat, Sponso suo iustam facere donationem et solemni actui scribendo mater Greyfié est adhibita. Haec igitur, tabellionis partes usurpans, extremo die decembris eiusdem anni, litteris mandabat se, pro ea potestate qua in Margaritam Mariam pollebat, sacro adorabilis Iesu Cordi, absoluta atque irrevocabili conditione, offerre, dedicare et conservare quidquid boni illa, per integram suam vitam, agere posset et post obitum pro ea ageretur, ut sacrum idem Cor, sua voluntate et arbitrio, in eorum gratiam, sive vivorum, sive mortuorum, qui sibi videantur, eo utatur; profiteri sororem Margaritam Mariam, libenti animo sese omnibus exuere, hoc excepto, velle se divino Iesu Cordi aeterno esse coniunctam illudque amore tantummodo eius diligere. Tum mater, tum soror, subscriptionem apposuerunt huic syngraphae, quae iucundissima Deo fuit, qui sponsae suae dixit, ut illa, amore suo, omnia bona abiecerat, ita vicissim se velle eam Cordis sui et omnium eius thesaurorum heredem esse, praecepitque eam, se dictante, hanc donationem sanguine suo scriptis mandare, quae ut firma essent, Margarita Maria sacrum Iesu nomen supra cor suum scalpello incidit.

Ipsis illis diebus, pater de la Colombière, fidei causa ex Anglia deturbatus, cum per Paraedium oppidum iter haberet, matrem Greyfìé invenit de Margarita Maria et mirabilibus, quae in ea fiebant, paulo haesitantem. At scitus vir eam confirmavit significans dubium sibi non esse in ea sorore gratiam Dei operari. - Ecquid vero attinet - subdebat, « si de « diaboli illusionibus agatur, quandoquidem eosdem effectus, quos Dei « gratiae pariunt? Cuius tamen rei nulla species est: ita enim gerens, « eam decipere diabolus volens, se ipse deciperet; quippe humilitas, « absoluta obedientia, simplicitas, arbitrii cohibitio tenebrarum spiritus « non sunt illi quidem fructus ».

Autumnali tempore subsequentis anni, soror Margarita Maria, Dei amore flagrans, cum videret vulnus, quod sibi intulerat, ad sanctissimum Iesu nomen super cor suum incidendum, iam coalescere, suscitare illud excogitavit, ardentis cerei flamma admota. Manus tamen factum supergressum est animi intentionem: quare gravius exulcerata de re soror coacta est praepositam commonefacere, quae, ad peiora praecavenda, significavit remedia esse adhibenda. Sed humillima virgo perhorrescens aliis ostendere malum quod amore Dei sibi effecerat, Deum enixe precata est, ut e tanta sollicitudine sponsam suam levaret; qui illi promisit postero die eam fore sanam, quod ita evenit. Quum vero prodigiosae sanationis renunciandae necdum tempus suppetiisset, moderatricis schedula Margarita Maria est iussa, malum suum monstrare sorori schedulam ipsam reddenti. At cum nullum superesset vestigium mali, ab imperato faciendo, illa rata est supersedendum et continuo matrem adiit, quae tamen acriter eam reprehendit et voluit sorori a valetudinario locum mali omnino patefacere, quamvis iam nihil remediorum opus esset. Severius etiam, quinque dierum spatio, a divino Sponso est in eam animadversum; qui insuper ei dixit sacrum illud nomen, quod illa tantis cruciatibus sibi impresserat, huius noxae poena, numquam in posterum extrinsecus appariturum.

Morbi vero, quibus assidue Dei ancilla afflictabatur quosque in deliciis habebat, in valetudinarium saepe eam detrudebant. Ibi pridem degentem, die decimanona iunii anni millesimi sexcentesimi octogesimi, pridie nempe sanctissimi Corporis Domini solemnia, mater Greyfìé convenit, a qua instantibus precibus licentiam impetravit, postridie, lectulo paulisper relicto, sacro adstandi. Itaque soror valetudinario praeposita est iussa curare mane, sub horam divini officii, aegrotam nonnulla refectam alimonia, e lecto surgere et eam ad sacrum deducere. Vespere tamen Margarita Maria sorori a valetudinario dixit servare ieiunium se optare, quo sanctam Communionem reciperet, spem habens ad id quoque sibi vires

Dominum praebiturum. Soror non est refragata et rata ne matrem quidem Greyfié refragaturam esse, promisit veniam ab ea se peti turam. Eo tamen die id efficere oblita, diluculo Margaritae Mariae se induenti praesto est, tum recta ad praepositam, permissionem ab ea relatura- Nam ista, eodem tempore valetudinarium ex alia porta ingressa, Margaritam Mariam offendit quae lectulum.iam reliquerat, quo sacri Convivii particeps fieret. Quin rem praecipue investiget, acriter illam obiurgat: arbitratui suo nimium eam adhaerescere, obedientiae deficere, hurailitati, simplicitati: rei divinae igitur intersit, ad sacras Epulas, quandoquidem ita libet, accedat. Ut vero propria voluntas satis ad haec ei virium praebet, ita vice sua se iubere, valetudinario excedere, quinque continentes menses, valentium sororum omnia munera persequi, nulla adhibere medicamenta, valetudinarium non adire, nisi hoc faciat ad aegrotantes invisendas aut eis opem suam, si sit opus, commodandam. Humillima virgo, ad moderatricis genua provoluta, austeram animadversionem excepit, noxae suae veniam ac poenam petiit et quae praecipiebantur, quam ocissime praestare instituit. Cui benigne Dominus est opitulatus, valetudinem sponsae dilectae promittens, qua integra perillos quinque menses usa est, quibus consumptis, pristinae aegrotationes, quas tanta cupiditate expetierat, in eam sunt reversae.

Nihilosecius mirum, mater Greyfié filiam suam quantum diligebat et quanti faciebat virtutes eius ac sanctimoniam: quae vicissim, quo ab ea habebatur inclementius, eo studiosius in amore respondebat. Cum porro, uti assidue contingebat, sub finem sequentis anni millesimi sexcentesimi octigesimi primi, Margarita Maria graviter aegrotaret, denuo moderatrix impelli se sensit, ut e valetudinario illam inopinato emitteret et Domini curis eam sanandam traderet. Quare ita iussa soror, tametsi gravi febri cohorrebat, in conclave se recepit, ubi Iesus Dominus, praesens ei factus, humi iacentem sublevavit et utpote suae sollicitudini permissam, talem ei valetudinem reddidit ut si numquam ipsa aegrotasset.

Quodam die, cum Margarita Maria divinum Epulum adiret, Dominus in sacra Hostia visus est, spinea corona caput sponsae cingens, dum auctor est, in eius pignus illam acciperet, quae ut similis sibi fieret, mox erat ei imponenda. Ac revera paulo post, adversis casibus in caput pluries percussa, asperi sibi cruciatus sustinendi fuerunt, quorum gratior Domino suo erat quam si potentissimorum orbis regum sibi esset diademata largitus, insomnes ducens noctes, se beatam putabat, nam cum divino Sponso tempus traducendi dabatur locus, ex capitis dolore pulvinis illud applicare praepedita, felicissimam se existimabat, Iesu Domino similem factam, qui adorabili capite adhaerescere cruci vetabatur.

Mense augusti eiusdem anni, pater de la Colombière Paraedium rediit, ut pergravis morbus, quo afflictabatur, eo in oppido curaretur: qui iis doloribus et virium ea infirmitate iam tenebatur ut vix loquendi superesset facultas. Ante tamen hiemalis temporis initium, potuit asceterium a Visitatione aliquoties adire et sororem Alacoque atque reliquas spirituales filias convenire. Brevi tamen fuit istius conditio, ut facile comperiretur Paraediensis aëris temperiem eius valetudini minus esse accommodatam: quare de eo transmittendo consulebatur apud Rhodanum flumen, Lugduni, seu Viennae, ubi natale caelum hauriret. Clanculum iam iis apparatis quibus ad iter opus erat et frater ad eum deducendum, die vigesimanona mensis ianuarii anni millesimi sexcentesimi octogesimi secundi, Paraedium advenerat, quum domina Mayneaud de Bisefranc, rem odoratam Margaritae Mariae renunciavit, quae ei negotium dedit diceret patri Claudio, per obedientiam si esset fas, se illo itinere absti? neret. Petente eo ut scripti soror consilium explicaret, illa exaravit in schedula: « Dixit mihi, istic velle se tuae vitae sacrificium ». Igitur itinere supersessum est.

Claudius de la Colombière Paraedii, die decimaquinta februarii anni millesimi sexcentesimi octogesimi secundi, hora septima vespertina obiit et cum postridie mane id in asceterio nunciaretur, Margarita Maria inquit: « Pro eo orate et curate ut ubicumque oretur». Hora vero undecima, eadem ita loquuta est: « Moeroris facite finem: invocate eum, nolite quidvis « timere; ad opem enim vobis ferendam, quam unquam, modo amptis- « simus est ». Miranti vero matri Greyfìé sororem preces et afflictationes, quemadmodum agere pro ceteris consueverat, pro defuncto patre non petere, suaviter et hilare ea inquit: « Nihil sane talibus necesse est; « quippe ea est conditio eius ut pro nobis oret: bonitate enim ac mise- « ricordia sacri Cordis Domini Nostri, decora sede in coelis potitur; tan- « tum, ut Deo satisfaceret, de quadam in diligendo ei segnitia a beatifica « visione dimotus est, ex qua hora morti occubuit, usque donec inani- « mum corpus conditum est ». Cum vero humilis virgo schedulam illam, quam ad moriturum patrem Glaudium dederat recuperare conaretur, pater Bourguignet, domui Societatis Iesu praepositus, dixit universum domus tabularium se citius daturum quam propheticam illam schedulam.

Incredibile est quanta misericordia Margarita Maria commovebatur erga animas purgatorio igne expiantes, quibus non raro a Domino copia fiebat, ut illi se conspiciendas praeberent, aerumnas patefacerent. Tum illa vehementes preces Deo effundebat, libenter suscipiebat afflictationes, quousque foret ei compertum, exoptatam beatificami Dei visionem illas esse tandem adeptas.

Festo die Domini nostri in caelum ascendentis, anno millesimo sexcentésimo octogesimo quarto, mater Greyfié, praefecturae tempore expleto, asceterium Paraediense reliquit et partes eius mater Christina Melin suscepit. Cum alumna ipsius Paraediensis asceterii esset, et Margaritae Mariae virtutes exploratas haberet, eam plurimi faciebat. Huic vero, ex hac potissimum causa, immutatio moderatricis ingratissima fuit, quippe haec erga humilem virginem frequentes emendationes non adhibebat, quibus mater Greyfié uberrime utebatur. Molestius quoque tulit quod mater Melin, adstatricem penes se eam cupiens habere, fuit auctor ut ad id officium a sanctimonialium coetu eligeretur: at ea, de paulo honestare loco, quem aegre erat adepta, se consolari adnitebatur incumbens demissioribus officiis: sororibus a culina praesto esse, ad eas ligna baiulare, fictilia lavare.

Exeunte eodem anno, Margarita Maria electa est tiruncularum magistra, ipsis petentibus, spem nactis, quam aggrediebatur perfectionem vitae, doctrina eius et exemplis se esse proclivius adepturas; imo quaedam exstitit quae, tirocinii iam tempore expleto, ad illud remeare voluit, quo in sororis Margaritae Mariae disciplinam se committeret. Illa vero charitatem Dei vitae religiosae constituebat fundamentum: docebat voluntatem Dei omnium actionum esse normam, propriam vero perpetuo esse abdicandam, omnes extraneos affectus exuendos, valedicendum omnibus rebus: seipsam contemnere, precibus cunctis et religionibus praestare: attamen addebat perpetuo orandum esse. Simul dilectas alumnas suas sanctissimi Cordis Iesu religioni initiabat, de qua ad eas saepe sermones serebat: eae vero ferventis magistrae hortamenta summa voluntate et ardentibus studiis excipiebant.

Adventante eo die, quem ipse Dominus sanctissimo Cordi suo sacrum in posterum fore, constituerat - anno millesimo sexcentésimo octigesimo quinto, hic dies erat vigesimus mensis iunii - Margarita Maria sanctissimi eiusdem Cordis quamdam imaginem calamo descripserat. Porro eius alumnae, ab ipsa divino amore incensae, eo die media nocte e lectulo surrexerunt, erectaque arula et desuper illa imagine suspensa, ad quae facultatem habuerant, pie eam decoraverunt; et, mane facto, sanctissimo Cordi Iesu quaeque se addixit et propriam dicavit. Beatas eas praedicebat earum magistra, quas adhibebat Dominus, ut divini Cordis sui sanctae religionis initium facerent! Integer ille diesa tirunculis est consumptus in honorando humiliimo et suavissimo Corde Iesu, eo laudando eique benedicendo. Hic primigenius triumphus sanctissimi Iesu Cordis, animo Margaritae Mariae quantum oblectamenti attulerit, facile conficitur. Verum laetitiam acres dimicationes sunt prosequutae:

de his enim quae in tirocinio facta erant, per reliquum asceterium cum fama manaret, non defuere sanctimoniales, quae Dei famulam et eius discipulas aspere increparent, quippe quae, ut libidine sua precibus et extraordinariis ritibus devotae virgines onerarentur, quod per constitutiones prohibitum erat, committebant. Suborientibus contentionibus, mater Melin, tranquillitatis ducta studio, vetuit quidpiam simile, ob reliquarum sororum oculos, posthac suscipi in tirocinio: verum exiguas religiones suas clanculum persequi tirunculis liceret. Brevi tamen istiusmodi rerum conditio plane immutata est.

Antecedente anno, Lugduni typis editus erat « Recessus spiritualis » auctore Claudio de la Colombière et, non multo post, ille libellus Paraedium est allatus et in coenaculo devotarum virginum cum earum multa atque pia voluptate coeptus recitari: omnes enim illum patrem plurimi faciebant nec erat ulla quae de rebus, in illis paginis contentis, vel minimum esse subdiffidendum suspicantur. Brevi vero in illum locum ventum est in quo narratur de quadam persona quacum Deus familiariter versatur et cui, ante sanctissimum Sacramentum oranti, ipse Deus petierat ut sanctissimi Cordis sui diem festum, nono die post divini Sacramenti festum instituendum curaret; et ab illa persona hoc divinum iussum ad « Recessus » scriptorem transmissum esse. Igitur cum in coenaculo iste locus recitare tur, sanctimoniales cognoverunt agi de quadam re super naturam atque divina, quae in aede atque intra illius asceterii muros contigerat, et personam illam, et privilegiis tam excelsis animam ditatam, esse sororem Margaritam Mariam Alacoque. Imo, mensis sublatis, tempore sororum relaxationis, aliqua ex ipsis Margaritae Mariae occurrere non dubitavit et de re illa disertim alioqui: haec autem de rebus in « Recessu » narratis, in quibus praecipuam partem habuerat, nihil infitiata respondit, ex his iustam sibi causam esse ut abiectionem suam diligeret. At ex hac « Recessus » lectione eius sanctitatis famam vehementer apud omnes sorores firmatam esse, non est equidem mirandum.

Cum vero, anno millesimo sexcentésimo octogesimo quinto, esset in domo Paraediensi Societatis Iesu pater Ignatius Rolin, a Domino ancillae suae assignatus est, qui eius animae moderaretur. Huic illa totius vitae confessionem egit: qui, ea audita ac mature perpensa, iussit omnia, quae per integram suam aetatem sibi contigerant, eam scriptis mandare. Ita ipsa, obedientia adacta illam ***Autobiographiam*** exaravit, cui debemus si multa memoriae prodita sunt, quae secus nos omnino Merent. Eo autem tempore, cum quaedam tiruncula, ad id religiosum sodalitium a Deo non appellata, dimittenda fuerit, contra Margaritam Mariam tiruncularum magistram animi non modo laicorum sed etiam ipsarum san-

ctimonialium adversati sunt et aspere repugnaverunt. Tunc pater Rolin titubantem virginem confirmavit eiusque animum excitavit, eam graviter hortans ut nollet in mentem inducere insectationes illas quae commovebantur, maledicta excitari quae suadente et impulsore diabolo in ipsam coniioebantur; imo tales res existimaret a Deo permitti, qui sponsae suae periculum humilitatis, patientiae, mansuetudinis optabat facere. Gratias igitur Deo multas haberet et ageret, qui ea ratione dilectionem suam erga eam expromebat.

Praestantiora solatia graves molestias exceperunt. Nam instante iam die, quem ipse Dominus ad divinum Cor suum honestandum praefinierat, eadem illa soror Maria Magdalena des Escures, quae superiore anno tirocinium adire recusaverat ut ibi sanctissimum Cor Iesu adoraret, ipsius Cordis divini ab ancilla Dei imaginem petiit, cui arulam subiecit in aditu chori sanctimonialium. Igitur, auspicatissimo eo die vigesimo primo iunii anni millesimi sexcentesimi octogesimi sexti, devotae mulieres ut ingrediebantur chorum ad arulam conspicabantur, rei novitatem admiratae, cunctae sunt intime commotae et, conversis protinus animis, prostans divinum Cor certatim adoraverunt eique omnes ardenter benedixerunt. Nec mora: iam sermones agitant de curando ut tabula depingatur, quae sanctum mysterium exprimat: iam consilium quaeque promit ut a necessariis suis, ad id efficiendum, impetret pecuniam. At, a Deo instincta, mater Melin, quam tabula depingatur, ad locandam eam ante sacellum esse exstruendum, rata est; et sororculae a parvo habitu e pusillis oblectamentis subducebant pecuniam, ad eam aedificationem: numquam vero antea asceterii inopia, quam in illo tempore deplorata magis fuit. Cui tamen spisso ac operoso labore adeo occursum est ut annalibus asceterii proditum memoriae sit, tam enixe eo anno hortum esse excultum ut duplícalos fructus tulerit. Interim ad alios quoque a Visitatione ascetèrios sacri Cordis Iesu religio propagabatur, ut Sinemuri in Esselatensi comitatu (Semur-en-Auxois) opera matris Greyfié, quae tunc illi asceterio moderabatur; Divione (Dijon), adnitente matre de Saumaise, cui acriter soror addebatur Ioanna Magdalenas Joly; Molinis (Moulins) per matrem Soudeilles, ad quam Margarita Maria de hac re non semel litteras dabat. Patre Rolin assentiente atque impellente, anno millesimo sexcentésimo octogesimo sexto, Margarita Maria voto se obligavit sanctissimo Iesu Cordi arctius absolute et perfecte addicturam; ei se tum in gaudiis, tum in doloribus omnino permittentem; seque plane neglecta, ipsum diligere promittentem, ipsi satisfacturam ; silenter omnia agentem ac tolerantem eius victimam perpetuo futuram. Praeterea promisit adversarios quosque suos ex animo diiecturam, in praecipuorum

amicorum numero eos habituram, commodis illorum inservituram, quidquid sibi beneficii fieret facultas in eos collaturam.

Dominus Iesus autem hoc sermone suam fidelem sponsam alioqui dignatus est: « Tibi poliiceor, in profusa mei Cordis misericordia, si qui « per novem continentes menses, singulis sextis feriis quoquo mense « primis occurrentibus, sacratissimam mensam adeant, omnipotentem « Cordis mei amorem poenitentiae finalis beneficium eis concessurum : « in offensa apud me haud ipsi monentur neque sanctis non exceptis « sacramentis; ac, in postremis illis momentis, tutum eis asylum Cor « meum praebebit ».

Eodem anno iam exeunte, Iacobus Alacoque, Ancillae Dei frater, qui oppidi ***Bois-Sainte-Marie*** curio erat, adeo vehementer aegrotavit, ut iam desperatus a tribus suis medicis desereretur. Frater alter, Chrysostomus, ad Margaritam Mariam nuncium misit qui, pro moribundo fratre, virginis preces peteret: haec vero, sinistro nuncio recepto, inquit non opinari fratrem fore moriturum et, a nuncio paulo decedens, ante sanctissimum Sacramentum perrexit oratum; tum hilari vultu ad nuncium revertit confirmans fratrem illo morbo non esse moriturum, quod domum suam scriptis etiam nuntiavit: revera ille, octavo die, a quavis invaletudine iam evaserat. Multa enim, pro aegri fratris sanatione, soror Deo pollicita est, a quo retulit responsum id Se concessurum et sanctum eum esse facturum, dummodo propositis atque suis beneficiis responsurus ille foret. Quare, subsequente anno ineunte, soror ad fratrem, qui sanationem recuperaverat, ut quae Deo pro ipso promiserat significaret, litteras dedit, in quibus aiebat nefas esse Deum illudere, fluxarum rerum dimittendam ab eo cupidinem, studium aleae, morum impotentiam: et a sacro Domini Corde omnia sperare, qui tanta eum dilectione complectebatur ut sanctum omnino esse velit: hac ex causa servasse eum incolumen; illam vero aegritudinem immississe ut excitaret eum et per viam perfectionis celerius duceret. Ecquem sorori esset dolorem inusturus si, non obsequens Dei voluntati, sancta consilia eius ad vanum et irritum redigerei ac deturbaret: nullam pacem, nullam futuram quietem nisi omnia Deo ipse devoveret. Ad id assequendum, multum adlaborandum ei esse : at neque defuturam gratiam neque vim, neque sacri Domini nostri Iesu Christi Cordis praesidium.

Via igitur patefacta est, qua sanctissimi Cordis religio in paroecia illius oppidi ***Bois-Sainte-Marie*** propagaretur : Chrysostomus enim, in paroeciae aede, sacellum sacro Cordi dicatum, sua impensa, aedificari curavit, Iacobus porro sacrum, sextis feriis in perpetuum faciendum, ibi instituit : quarum rerum Margarita Maria, quae ad ea transigenda hortata

vehementer fuerat, magnam animi oblectationem excepit. Molinis interea, principe et auctore ancilla Dei, divini Cordis Iesu religio a matre de Soudeilles disseminantur, Divione a matre de Saumaise.

Cum mater Maria Christina Melin ad antistitae munus iterum delecta •esset, denuo opta vit ut adstatrix sibi Margarita Maria adderetur, idque a sanctimonialibus facile assequuta est. Delectae sorori permolestum hoc fuit ut ipsa aliquanto post amicae suae scribebat: « Fateor, hoc in tem- « pore, infirmitatem me persensisse meam, subiectionis defectus ex quo « personas plures interposui, quarum ope e meo munere evaderem: « frustra tamen omnia fuerunt. Ah! oportet perfecta oblivione nos ipsas « derelinquere et, post haec, nihil optare, nihil amplius velle, quo in Deo « omnia inveniamus ».

Iamdudum humilis virgo impelli se sentiebat ut, deprecante beato Francisco Salesio, dilecto instituto suo a Visitatione necessarias quasvis - expeteret gratias et potissimum unionis ac fraternae charitatis perfectionem, quae Ordinis eius praecipuae sunt virtutes. Cum pluries Dominus hanc petitionem renuisset, illa inquit: « Deus meus, a te non abscedam, « hanc gratiam donec mihi concesseris, dumque vita suppeterit, omnia, « quae in me sunt, ad deprecandam illam adhibebo ». Tum Deus: « Obse- « orationem tuam excipiam, quae sum iussurus, si ea impleantur. Opor- « tet religiosas singulas sorores severe inquirere ad dignoscenda quae « huic beneficio meo sint impedimento: plurimum obstat enim aliarum « in alias studium quoddam atque invidia, cum reposita cordis frigiditate, « quae charitatem dissolvit et beneficia mea frustratur ». Ac sanctus Franciscus Salesius qui coram aderat, adiunxit: « Oportet veram Visi- « tationis filiam esse viventem quamdam hostiam ad Iesu Christi simi- « litudinem ». Alio vero die sancta Conditrix Margaritae Mariae dixerat: « Veras filias a Visitatione in cruce exsultare, opus est et in abiectio- « nibus glorian: eorum enim triumphus in cruce tantum consistit ».

Die Visitationis festo, altero nempe mensis iulii, anno millesimo sexcentésimo octogesimo septimo, soror Margarita Maria coram sanctissimo Sacramento pro Ordine suo vehementer preces fundebat: Deus vero sponsae suae dixit: «Noli me diutius hac de re affari: devotae « virgines, vocante me, obsurdescunt et aedificii subvertunt fundamenta: « quod si alio illud fundamento fulcire agitatur, ego ipsum eruam ». Necesse fuit, Dei Matrem se interponere ad Visitationis causam defendendam, et post productam certationem, sancta Mater tandem victrix discessit. Furens factus est diabolus et ira exardescens, horrendam tempestatem excitavit, qua aedes et asceterium verti visa sunt, chori cancellorum bis sunt aulaea discissa et vox Satanae per aerem exaudita

dicentis: « Visitationis Ordinem excindere processissem, nisi firma eum « columna sustinuisset, contra quam nihil mihi suppetit potestatis ». Memoriae proditum est fragorem tam vehementem accidisse ut devota mulier quae cum sorore Margarita Maria ante sanctissimum Sacramentum orabat, raptim surgeret ad fugam arripiendam, ab ea porro esse retentam, dicente: « Noli timere: finis iam est nec res procedet «praeterea». His verbis animum illius sedatum esse ipsamque simul fecisse coniecturam, Margaritae Mariae fuisse visum oblatum.

Res igitur prospere cesserunt: atque eodem Visitationis festo die subsequentis anni, sorori Margaritae Mariae ante sanctissimum Sacramentum adstanti, altus latusque locus mirae pulchritudinis visus est. In medio, velut in igneo solio, fulgebat sanctissimum Cor Iesu; hinc erat beatissima Virgo, illinc sanctus Franciscus Salesius et pater de la Colombière; apparebant praeterea devotae filiae a Visitatione tutelaribus suis angelis sociatae.

Quas alloquens, ita hortabatur caeli Regina: « Venite, dilectae filiae, « huc accedite ». Et Cor divinum ostendens haec addebat: « Ecce divi- « nus hic thesaurus, qui vobis est potissimum patefactus, propter stu- « dium, quo institutum vestrum ipse complectitur, quod, uti ßeniaminum «suum, unice diligit et, prae reliquis, hoc vult beneficio locupletare. « Neque vero oportet, vestras animas tanto thesauro solas frui; sed opus « est, alios quoque homines vos facere eius participes et, per orbem uni- « versum, liberaliter illum dividere; qui sumptibus nequit absumi et inde « quo magis hauritur, eo magis est trahendum ». Tum ad patrem de la Colombière conversa inquit: « Tibi vero, divini mei filii servo fideli, pre- « tiosi huius thesauri pars magna assignatur: si enim filiabus a Visita- « tione conceditur ut homines ad eum cognoscendum ac diligendum « appellent et universis distribuant: tuae Sodalitatis patribus munus « defertur, ut omnibus ostendant huius thesauri utilitatem ac virtutem ».

Ancillae Dei periucundus fuit ille dies cum sacellum sanctissimi Cordis Iesu, quod in Paraediensi asceterio exstruebatur, finitum esset et die septima septembris anni millesimi sexcentesimi octigesimi octavi inauguratum ; nec asceterio tantum a Visitatione sed oppido universo insignia solemnia exstiterunt. Pium sodalitium sacerdotum Paraediensium, curionibus accedentibus continentium paroeciarum, in aedem paroeciae convenerunt et exinde ad asceterii claustrum sacellumque processerunt: hic christifidelium frequens est addita vis. Hora prima post meridiem, sacri ritus initi sunt et hora tertia expleti: diutius vero contemplatio est producta Margaritae Mariae, vel mentis eius ad Deum raptae excessus. Ipsa vero, tametsi nolens ac repugnans in dies vulgo sui venera-

tionem excitabat; et ipse Dominus eius augendae non raro fiebat auctor. Ita contigit sorori Mariae Lazarae Dusson cum in coenaculo historia Catharinae Senensis recitaretur, in corde agitasse beatam se fore, si personam quamdam, ea ratione comparatam, offendisset. Dominus vero ei intus respondit: « Respice! dilectam meam habes in conspectu, cui « gratiarum et beneficiorum non minus liberalis fui ». Cumque illa conspexisset, sororem Alacoque ante se vidit, quae adstatricis eo tempore fungebatur officio.

Quoddam maius negotium Margaritae Mariae divinitus datum est ut comperimus ex litteris ad matrem de Saumaise datis: cui ingenue scribit se iussam esse Galliarum regi renuntiare Dominum in aula regia velle regnare et potissimum in corde regis; suam imaginem velle in vexillis depingi, caelari in armis, quo eis victoria pariatur; templum exstrui velle in quo proponatur effigies sacri Cordis ut regis et totius aulae consecrationem et obsequia recipiat, eumdem tandem elegisse, ut amicum suum fidelem, qui a Sancta Sede in sui honorem sacrum impetret litandum et reliqua privilegia sacri Cordis religioni inhaerentia. Haec esse divina mandata, ad quae curanda, quod sit sibi consilii, addit soror Alacoque. Cum nimirum patrem de la Chaise, ad commonefaciendum regem Deus selegerit, a matre de Saumaise operam dandam, ut Margaritae Mariae quavis mentione silentio praetermissa, insignem illum Societatis Iesu sodalem apud regem adhibeat. Mater de Saumaise voluntate accepit has partes et rata est se a Deo concitari, matre Ludovica Croiset uti deprecatrice, asceterii Callevionensis antistita. Ibi enim sese receperat infelix Angliae regina Maria Beatrix Atesina, cui etiamtum Eboracensi duci, pater de la Colombière a sacris concionibus fuerat; hisce enitentibus, spes fuit ut ad Ludovicum, hoc nomine, decimum quartum regem accessus aperiretur.

Ecquid vero effectum est? Utrum caeleste monitum non est ad regem allatum; au regem absolvendi defecit animus? Sane de tanto negotio nihil litteris est mandatum. Tantum ex eo locus conficiendi aperitur, quod ni de nuncio divino traditio aliqua in regia domo exstaret, non fuisset post haec Ludovicus huius nominis decimus sextus tali ratione votum suum nuncupaturus. Quippe infelix rex sacramento se obligavit curatorum fore ut in sacri Iesu Cordis honorem, dies festus institueretur, per universam Galliam, nona die post sanctissimi Sacramenti solemnia in perpetuum celebrandus; ipsum se sacro Cordi devoturum, domum suam ac regnum: aliquo in tempore, in Cordis sanctissimi honorem sacellum, sin minus altare, structurum pecunia sua et decoraturum. Quae igitur, Gallico debacchante tumultu, Ludovicus decimus sextus

vovit, ex iis paene videntur descripta quae Ludovico decimo quarto Dominus, per Margaritam Mariam, mandaverat

Die octava octobris anni millesimi sexcentesimi nonagesimi, in extremam aegrotationem Margarita Maria delapsa est et lectulo decumbere coacta: appellatus tamen doctor Billet, nihil apud eam gravius deprebendi licere est arbitratus. Primis morbi diebus, metu divinorum iudiciorum est ipsa impetita, post vero quam admissa confessa est, ita timor in fiduciam conversus est, ut soror Alacoque charitate consumeretur et cupiditate se Deo iungendi. Cum exploratum haberet, sibi brevi esse monendum, mane diei decimaesextae octobris, petiit ut sancto Christi Corpore in viaticum muniretur, quod sane non obtinuit, cum nemini in instans vitae discrimen adducta videretur. Quoniam tamen etiamtum erat ieiuna, sanctissimam Eucharistiam flagitavit, quam seraphico ardore excepit", cum se non lateret, postremam communionem sibi illam esse. Atrocibus doloribus excruciabatur, tam prolixo verumtamen animo, ut, tametsi Deo frui vehementer optabat, tamen mallet, in eo cruciatu usque ad iudicii diem perpetuo manere, si per divinum arbitratum licuisset. Postremo vitae die, denuo Margarita Maria divinorum iudiciorum reformidatione invaditur : horret, se prosternit, se frangit, ante Iesum cruci aftixum et, flebiliter suspiria ducens, misericordiam deprecatur, misericordiam! Nec vero ita multo post, ad pristinam serenitatem ac tranquillitatem reddita, inclamat: « Misericordias Domini in aeternum « cantabo »! Quaeritur tamen, per universam suam aetatem, Deum diligere non se calluisse, et sorores orat ut veniam a Deo sibi implorent atque ad segnitiam suam redimendam, ipsae Deum diligant et usquequaque diligant.

Humillima virgo ex timore angebatur, post obitum, ne ipsa aliquo loco numeretur aut quid recordationis suae apud homines paullulum superesset: itaque petiit ab antistita, ne cui revelaret intima, quae cum ea communicaverat; aut unquam loquutura esset de iis, quae ipsi laudem vel honorem comparare possent. Porro a sorore Perona Rosalia de Farges flagitavit ut scriberet patri Rólin, quo litteras ab ipsa datas exscinderet et inviolatum servaret secretum saepius ab eo postulatum. Et item ab eadem sorore flagitavit ut, iussu ipsius patris Rolin sui moderatoris, fasciculum a se scriptum, et in quodam armario custoditum, ureret: id efficere per se ipsam sibi fas non esse, se quippe ille vetuerat ne fasciculum pessum daret antequam illum ipse excussisset. Soror de Farges suadere illi est adnisa ut armarii clavem antistitae traderet, reliqua porro omnia Deo in sacrificium offerret: assensa quidem illa est sed ea res gravi molestia morientis animum affecit. Cui cum renuncia-

retur, curae praepositae fuisse, ut necessarii eius commonefierent: « Neminem ego conspiciam » ita dixit « iam mori oportet et Deo facere « omnium sacrificium ». Quinta hora vespertina diei decimiseptimi octobris, cum ita elanguisset, ut animam mox actura videretur, iterum sanctum Viaticum petiit*: verum, cum paulo post se aliquanto recepisset, nullam esse instantem necessitatem ratus est medicus, et posse posterum diem exspectari: at Margarita Maria sorori de Farges dixit alia ex causa necesse id non esse quod, cum postremo sanctam Eucharistiam receperat, erat Deus ipsi impertitus ut per viaticum acciperet. Atque magis magisque ad Deum aspirabat, aiens: « Laetatus sum in his quae dicta «sunt mihi: in domum Domini ibimus ». Cum soror a valetudinario arbitraretur antistitam, quae recesserat, esse revocandam, alia soror aiebat non esse id necesse, Margarita Maria « Est, est » subiiciebat et ab adveniente antistita petiit ut extremam unctionem sibi administrari curaret: addens medico nihil sibi esse opus, Deo tantum indigere et in Iesu Christi Cor sese demergere. Cum universae sorores convenissent, preces morientium recitaverunt et dum sacrum oleum ministratur, quarta unctione expleta, sanctissimum Iesu nomen invocans, Margarita Maria e vita mortali demigravit. Et erat tertia feria, dies nempe decimaseptima mensis octobris anni millesimi sexcentesimi nonagesimi.

In asceterio acerbus moeror fuit, deflentibus devotis virginibus et nonnullis mente forte volventibus iniuria se tamdiu moratas esse, dum, quae ea esset, agnoscerent. Testantur aequales universalem sanctitatis odorem eam reliquisse.

Statim rumor eius obitus per oppidum manavit, non alius ac ob quamdam publicam iacturam luctus fuit: omnes per semitas vulgo conclamabant: «Sancta mortua est»; pueri etiam suo more decantabant: « Mortua est sancta sanctarum Mariarum ». Proximo mane, vix panditur templum et prostare in sanctimonialium choro exanime sororis Alacoque corpus conspicitur, frequens ad illud obtuendurn concurrit multitudo, et sese premit ad pia quaeque obiecta tendenda ut cadaveri admoveantur. Nec binae religiosae sorores satis sunt ad id munus adimplendum, nam omnes exoptant et instanter petunt ut de iis, quae demortuae virginis fuerant, quid sibi donaretur: at paupertas illius tanta fuerat ut, praeter regularum librum et flagrum, nihil apud eam repertum fuerit. Vespere diei decimae octavae octobris corpus ancillae Dei conditum est in asceterii sepulcro, sub sororum choro, nec unquam in sororibus sepultura afficiendis, omnium ordinum frequentia tanta conspecta est: sacerdotes porro qui claustrum sunt ingressi, aliquid habere voluerunt, quo in sacrarum reliquiarum numero servare possent.

Diligentia abbatis Ioannis Iosephi Languet de Gergy, tunc Augustodunensis Vicarii, dein Episcopi Suessionensis et Archiepiscopi Senonensis, viginti quinque post annos a sororis Margaritae Mariae obitu, potestate ordinaria est adornata quaestio canonica de eius fama sanctitatis, virtutum et miraculorum. Nec tantum in hac re suum studium continuit, nam historiam ancillae Dei instituit litteris mandare. Quamquam illustris Episcopi necessarii, quantam ipse in se proceliam, per hunc librum, a Iansenii sectatoribus esset suscitaturus, providentes, auctores erant, ne libro huic nomen suum inscriberet: at ille impavidus sententiam sororis de Farges sequutus est, quae eum hortabatur, qua ratione Deus permiserat, Unigeniti sui nomen patíbulo praefigi, ita, quidquid damni esset obventurum, sibi non esse declinandum, nomine suo librum de Margarita Maria notare. At vero illi, qui in Cordis sanctissimi Iesu religionem quoddam tartareum odium aiebant animo, in pii et docti viri nomen atque famam, non parvum detrimentum intulerunt; qui machinationibus et fraudibus suis sunt consequuti tam perdiu Romae supersedeo in causa beatificationis Margaritae. Mariae ineunda. Tandem vero die trigesima martii anni millesimi octingentesimi vigesimi quarti, saeculo iam longe elapso ab ancillae Dei obitu, f. r. Leo Papa decimus secundus, Praedecessor Noster, Sacrae Rituum Congregationi negotium dedit, ut humilis virginis causam susciperet cognoscendam.

Cumque virtutes eius heroicum ascensum esse assequutae et Sacrae Congregationi visae essent et a Summo Pontifice essent iudicatae, ad iudicium miraculorum factus est gradus. Tria ea erant, nempe: Maria a Sales Chareault, Paraediensis asceterii soror professa, carcinomate stomachi anno millesimo octingentesimo vigesimo octavo curata; soror Maria Teresia Petit ex inveterato cordis aneurismate e vestigio, die vigesima prima mensis iulii anni millesimi octingentesimi trigesimi, sanitati reddita; tandem in Veneto asceterio a Visitatione soror professa Aloisia Philippina ßollani, phtisi pulmonum insanabili tentata, extemplo et absolute anno millesimo octingentesimo quadragesimo primo refecta. Haec tria prodigia a f. r. Pio Papa nono, Praedecessore etiam Nostro, probata sunt et per decretum diei vigesimae quartae aprilis anni millesimi octingentesimi sexagesimi quarti rata habita; quam ob rem, die decima octava septembris eiusdem anni, Margaritam Mariam Alacoque in Beatorum numerum, idem Summus Pontifex retulit.

Biennio sane post venerationem indultam, beatae Margaritae Mariae causa canonizationis rite est repetita: at, multo deinceps, duo miracula, quae ad canonizationem requirebantur, proposita sunt: de altero, litteris remissorialibus, anno millesimo nongentesimo datis, in Curia archie-

piscopali Neapolitana apostolica auctoritate est quaesitum, de altero vero in archiepiscopali Curia Mediolanensi vi litterarum remissorialium anni millesimi nongentesimi septimi. Cum utraque quaestio rata esset facta, de singulorum prodigiorum capite quater acriterque est disputatum. Tandem die sexta ianuarii anni millesimi nongentesimi decimi octavi solemniter ediximus: «Constare de utroque proposito miraculo: « de primo, scilicet instantaneae perfectaeque sanationis Aloisiae Ago- « stini Coleschi a transversa meningo-mielite chronica in regione lum- « bari : deque altero, instantaneae perfectaeque sanationis Antoniae « comitissae Astorri viduae Pavesi a neoplasmate mamillari dextero ». Die autem quinta mensis februarii eiusdem anni, coram Nobis, proposito dubio: «An, stante approbatione duorum miraculorum, post « indultam a Sede Apostolica beatae Margaritae Mariae Alacoque ve- « nerationem, tuto procedi possit ad solemnem ipsius canonizatio- « nem »? Omnes S. R. E. Cardinales, tum Patres consultores «tuto « procedi posse » suffragio unanimi responderunt. Post haec, die deci maseptima mensis martii eiusdem anni, solemniter decrevimus: «Tuto « procedi posse ad solemnem beatae Margaritae Mariae Alacoque cano- « nizationem ».

His praemissis constitutisque, ut cuncta servarentur, quae Antecessores Nostri sapienter praescripserunt ad celebritatem et decus tam solemnis caeremoniae, primum omnes dilectos filios Nostros S. R. E. Cardinales, die vigesima secunda mensis aprilis huius anni, sententiam quemque suam prolaturos, Nobis in Consistorio publico iussimus adesse, qui, dilecto filio Vincentio Sacconi, Consistorialis Aulae Advocato, de gestis Beatae Margaritae Mariae dicente, audito, Nos uno ore ad causae huius legitimam definitionem sunt cohortati. Interea vero curavimus ut venerabiles fratres Episcopi non viciniores modo, sed et remotissimi quique, de tanta solemnitate per litteras a Sacra Congregatione Consistoriali ad hoc datas admonerentur, quo, si facultas esset, sententiam et ipsi prolaturi, Nobis adstarent. Qui cum ex universo terrarum orbe plurimi convenissent, causa plene cognita tum ex iis, quae gesta fuerant coram Nobis, tum ex documentis Sacrae Rituum Congregationis, quorum summarium singulis traditum est, in Consistorio semipublico, die septima currentis mensis maii coram Nobis habito, adfuerunt. Et non modo dilecti filii Nostri S. R. E. Cardinales sed etiam venerabiles fratres Patriarchae, Primates, Archiepiscopi et Episcopi unanimi sententia ad hanc Canonizationem absoivendam Nos cohortati sunt. Cuius rei instrumenta a dilectis filiis Sedis Apostolicae Notariis publice confecta, in tabularium Sacrae Rituum Congregationis relata sunt.

Solemnia igitur Canonizationis celebrare statuimus in Basilica Vaticana die decima tertia maii, qua recolitur mirabilis Domini Nostri Iesu Christi in coelum Ascensio; atque interea fideles sumus vehementer exhortati ut ferventes ingeminarent preces in iis praesertim sacris aedibus, in quibus sanctissimum Sacramentum publice adorandum proponeretur, ut ipsi ex tanta solemnitate fructus uberiores perciperent, Nobisque, in tam gravi officii Nostri munere, Spiritus Sanctus benignus adesset.

Quum haec auspicatissima et tam optata dies advenerit, omnes tum saecularis, tum regularis cleri Ordines, Curiae Romanae Praesules et Officiales et denique omnes, qui in Urbe aderant tam dilecti filii Nostri S. R. E. Cardinales, tam venerabiles fratres Patriarchae, Primates, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates in Vaticanam Basilicam, magnifico cultu ornatam, convenerunt: Nosque, iis omnibus praeeuntibus, eamdem ingressi sumus. Tunc vero dilectus filius Noster Antonius S. R. E. Cardinalis Vico, Sacrae Rituum Congregationis Praefectus et huic Canonizationi procurandae praepositus, perorante dilecto filio Augusto Milani, Consistorialis Aulae Advocato, vota Nobis detulit et preces Sacrorum Antistitum et universi Ordinis devotarum Virginum a Visitatione ut Beatam Margaritam Mariam Alacoque, una cum Beato Gabriele a Virgine Perdolente, in Sanctorum numerum referremus. Id cum iterum tertioque iidem Cardinalis Antonius vico et Nostrae Consistorialis Aulae Advocatus instantius et instantissime egissent, Nos caelesti lumine ferventer implorato, « Ad honorem Sanctae et Indivi-
« duae Trinitatis, ad catholicae Fidei incrementum et decus, auctoritate
« Domini Nostri Iesu Christi, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli
« ac Nostra matura deliberatione et voto venerabilium fratrum Nostro-
« rum S. R. E. Cardinalium, necnon Patriarcharum, Primatuum, Archiep
« piscoporum, et Episcoporum consilio, dictam Beatam Margaritam
« Mariam Alacoque, ex Ordine sanctimonialium a Visitatione, Sanctam
« esse et in Sanctorum catalogo adscribi decrevimus ». Eique, eodem decreto, sociavimus Beatum Gabrielem a Virgine Perdolente ex Congregatione Clericorum Excalceatorum Sanctissimae Crucis et Passionis D. N. Iesu Christi, qui in brevi sua vita, intra muros sui conventi ducta, virtutum omnium tam praeclarum exemplum factus est, ut eius notitia merito per orbem sit effusa et quam plurimi, eius intercessione, miracula obtinuerint. Memoriam mandavimus Sanctae Margaritae Mariae Alacoque quotannis die decima septima octobris recolendam et in Martyrologio Romano notari. Denique, ob tantum beneficium, gratias Deo optimo maximo ex animo egimus et solemne sacrum litavimus;

postremo cunctis adstantibus, plenariam indulgentiam peramanter impediti sumus atque Apostolicas has Litteras, manu Nostra et Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium signatas, sub Plumbo expediri mandavimus.

Decet autem Nobis ex corde gaudere et maximas gratias agere Deo viventi in saecula saeculorum, qui famulam suam Margaritam Mariam in omni spirituali benedictione benedixit et eam elegit ut novam religionem erga divini Cor Salvatoris nostri excitaret. A superna huius voluntatis declaratione usque ad praesens semper semperque crevit numerus eorum, qui ingratissimae desertioni hominum supplere studuerunt, festus solemnis ad sacratissimum Cor honorandum per orbem et divulgatus et quamplurima sacella ac templa eidem dicata sunt et ea petunt christifideles ad quaerendam sacri Cordis misericordiam et poenitentiae finalis beneficium.

Quantus tamen adhuc est numerus illorum qui Deum negligunt eiusque mandata: quanta ignorantia officiorum erga Creatorem nostrum: ab humanis negotiis praeoccupati, quemadmodum spiritualem aeternamque vitam obliviscuntur et blasphéma verba in illud Cor etiam proficere audent!

En ergo, christifideles, duo alii Sancti e feracissimo Ecclesiae Dei gremio orti qui vobis colendi et imitandi proponuntur ut tot mala ab hoc mundo avertantur. In dissimilibus temporibus vixerunt, altera, etiam in vita, magna a Deo manifestata, alter in latebris sui claustri transiens, sed ambo, ut hostiae viventes, omne de se Deo dederunt ut divinam iustitiam placarent et pro omnibus misericordiam invocarent. Deus quippe: « dispersit superbos mente cordis sui, deposuit potentes « de sede et exaltavit humiles (Luc, I, 51-52) », miris patratis prodigiis, coram hominibus quoque Eos extollere voluit usque ad supernos honores et ad exemplum eorum omnium qui unum Deum totis animi viribus diligunt atque expetunt.


Perpensis omnibus, quae erant inspicienda, ex certa scientia ac Apostolicae Auctoritatis Nostrae plenitudine, cuncta praedicta et eorum singula confirmamus, roboramus atque iterum statuimus, decernimus, universaeque catholicae Ecclesiae denunciamus; mandantes ut praesentium Litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii Apostolici subscriptis, et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus fides habeatur quae hisce Nostris praesentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent.

Si quis vero paginam hanc Nostrae definitionis, mandati, relaxationis et voluntatis infringere, aut attentare praesumpserit, vel ei ausu teme-

rario contratre, indignationem omnipotentis Dei et sanctorum Petri et Pauli, Apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Romae, apud sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo die decima tertia mensis maii, Pontificatus Nostri anno sexto.

•B Ego BENEDICTUS, Ecclesiae Catholicae Episcopus.



Ego VINCENTIUS Episcopus Ostiensis et Praenestinus Cardinalis VANNUTELLI, Sacri Collegii Decanus, Datarius.

Ego CAIETANUS Episcopus Sabinensis Cardinalis DE LAI.

£g Ego ANTONIUS Episcopus Portuensis et S. Rufinae Cardinalis Vico.

£ß Ego IANUARIUS Episcopus Albanensis Cardinalis GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE.

£g Ego BASILIUS Episcopus Veliternus Cardinalis POMPILJ.

£B Ego RAPHAËL tituli S. Praxedis Presbyter Cardinalis MERRY DEL VAL.

Ego **OcTAVius** tituli SS. Laurentii et Damasi Presbyter Cardinalis CAGIANO.

^ Ego PETRUS tituli S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis GASPARRI S. R. E. Camerarius.

Ego FR. ANDREAS tituli SS. Cosmae et Damiani Presbyter Cardinalis FRÜHWIRT Ord. Praed.

Ego RAPHAËL tituli S. Hieronymi Presbyter Cardinalis SCAPINELLI DI LÉGUIGNO.

£B Ego VICTOR AMADEUS tituli S. Priscae Presbyter Cardinalis RANUZZI DE BIANCHI..

•B Ego DONATUS tituli S. Silvestri in Capite Presbyter Card. SBARBETTI,

£g Ego PHILIPPUS MARIA tituli Sanctae Mariae de Aracoeli Presbyter Cardinalis CAMASSEI.

ffa Ego AUGUSTUS tituli Sanctae Caeciliae Presbyter Cardinalis SILJ.

)¡B Ego CAIETANUS Sanctae Agathae Protodiaconum Cardinalis BISLETI.
^ Ego LUDOVICUS Sanctae Mariae in Via Lata Diaconus Cardinalis BILLOT.
f£j Ego MICHAEL S. Eustachii Diaconus Cardinalis LEGA.
fjfc Ego NICOLAUS S. Mariae in Dom nica Diaconus Cardinalis MARINI.
%"Ego ORESTES S. Mariae in Cosmedin Diaconus Cardinalis GIORGI, Maior Poenitentiarius.

O. CARD. CAGIANO
S. R. E. Cancellarius.

© A. CARD. VICO
Ep. Portuen. et S. Rufinae S. R. C. Praefectus.

Raphaël Virili, ***Protonotarius Apostolicus.***
Ludovicus Schüller, ***Protonotarius Apostolicus,***

Loco *ï%* plumbi

Reg. in Can., vol. XXI, n., 4.

III

BEATA IOANNA DE ARC, VIRGO, IN SANCTORUM CAELITUM ALBUM REFERTUR

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Divina disponente clementia, post longum temporis spatium, dum immane bellum tot mala gignebat, novum iustitiae et misericordiae Dei praebuerunt signum illa miracula, quae ad intercessionem Aurelianensis Puellae patrata, coram hominibus definitive sanciebant eius innocentiam, fidem, sanctitatem et obedientiam mandatis Dei, ad quae observanda omnia sustinuit usque ad diram et iniustam mortem. Peropportunum igitur factum est ut Ioanna de Arc inter Sanctorum numerum hodie adscriberetur, ut ab eius exemplo omnes Christifideles discant sanctam et piam esse obedientiam Dei mandatis et ab ea impetrent gratiam ad suos cives convertendos ut caelestem vitam consequantur.

Die sexta februarii, anno a reparata salute millesimo quadrigentesimo duodecimo, in oppido ***Dowirêmy,*** in Lotharingia, Iohanna a Iacobo de Arc et Isabella **Rome,** piis ac fidelibus catholicis agricolis, ortum habuit. A prima iuventute, ex materna cura, pia et recta fuit, timens Deum, in fide sufficienter instructa, simplicis ac dulcis conversationis studiosissima. In paterna domo cum commoraretur, ope manuum suarum parentibus auxilium suppeditabat: linum et lanam nere consueverat et aliquoties cum patre ad arandum se conferre atque ad pecudes custodire.

Non tantum officia erga parentes, sed etiam ea, religionem ac pietatem spectantia, exactissime adimplebat, ita ut omnium admirationem sibi conciliant, et parochus oppidi se numquam meliorem illa vidisse nec in sua parochia habuisse asserere posset. Divina sacramenta saepissime suscipere, praescripta ieiunia servare, ecclesiam continue frequentare, sacrosancto missae sacrificio quotidie interesse, ante Iesu, e Cruce pendentis, ac Beatissimae Virginis imagines ferventissimas preces effundere Ioanna in more semper habuit. Diebus festis, dum aliae puellae animum relaxabant et choreis indulgebant, ipsa ecclesiam adibat, ferens candelas, quas sanctissimae Virgini offerebat et propter singularem devotionem erga Eam, ad solitariam Ecclesiam B. M. V. ***de Bermont*** peregrinationem suscipiebat. Tanto insuper amore erga Deum et cultum eidem debitum efferebatur, ut sub véspero, etiam cum in agris esset, vix audita ecclesiae campana, flexis genibus, mentem suam ad Deum élevant.

Charitate erga proximum enituit: aegrotos enim solabatur et libenter eleemosynas dabat, pauperes hospitio excipiebat, quibus, libentissime lectulum suum destinabat, ipsa humi recumbens. Huiusmodi virtutes in puella, aetatem duodecim circiter annorum agente, adeo mirandas Deus gloria et honore cumulavit, eidemque consilia sua nonnullis supernis visionibus revelare coepit, quemadmodum infinita sua sapientia cum aliis sanctis virginibus saepius egisse compertum est. Ioanna, tres ac decem annos nata, in horto patris sui e latere ecclesiae, hora meridiana, quamdam vocem audivit, magnumque splendorem aspexit. Tunc metu perculsa fuit, sed cum tertia vice eam audivisset, Angeli Dei vocem esse cognovit. In his primis apparitionibus Angelus divinam missionem Ioannae non significavit, sed tantum eidem suasit ut pietatem excoleret et ecclesiam frequentant : Ioanna vero, rerum caelestium gaudio affecta, virginitatem suam Deo vovit.

Tandem Archangelus Michael se ei revelavit, eidemque praecepit, ut, paterna domo discedens, apud Regem se conferret ad eum adiuvandum, reposito quocumque timore, quia sancta Catharina et sancta Margarita opem ei praestiturae. Humilis puella respondit se pauperem filiam esse, equitandi ac rerum bellicarum penitus nesciam ; tanta vero fuit eius fides atque obedientia ut, parentibus relictis, in pagum ***Burey-le-petit*** apud patruum suum Durandum Laocardum se contulerit, ab eo petens ut se conducere vellet in Vallem Colorum (Vaucouleurs) apud ducem Robertum de Baudricourt, cui significare volebat, se in Galliam ire in occursum Delphini, ut coronaretur.

Admiratione plenus annuit patruus et, die decima tertia maii, anno millesimo quadringentesimo vigesimo octavo, Ioannam in Vallis Colorem

duxit ut cum duce de Baudricourt loqueretur. Sed iste fidem puellae dictis ñon praebuit, imo ipsi pätruo significavit ut illam ad patrem suum reduceret et ei alapas daret. Ioanna rediit in paternam domum et pristinis laboribus incubuit, firma tamen fiducia se quamprimum ad Regem accessuram. Revera, non multo post, Deo disponente, Ioannae patruus in pagum ***Bomrémy*** se contulit et a parentibus Ioannam obtinuit, praetextu scilicet ut uxori suae esset adiumento, deinde autem iterum Vallem Colorum petiit et Ioannam piae familiae Le Royer concredidit.

Ioanna interea missionem suam aperte manifestaba!, dicens oportere quod Delphinum adiret, quia Dominus suus, Rex caeli, hoc volebat. Dux Robertus de Baudricourt spiritum Ioannae, quae tandem ad eum fuerat adducta, probare volens, iussit ut parochus eam adiuraret; quod ipsa praestitit, sed postea de hac adiuratione conquesta est. Robertus fortasse adhuc dubitabat, sed civium ardori cedere debuit. Ioanna, impetrata venia a parentibus, quibus significavit sibi divinae voluntati obediendum esse, die decima tertia februarii, anno millesimo quadrigentesimo vigesimo nono, virilibus vestibus induta, et in equum conscendens una cum nonnullis equitibus, quibus ipse dux Robertus Ioannam concrediderat, iter versus Regem aggreditur. Post undecim dies, inter plures difficultates, metu Anglorum et Burgundiorum, prodigiose pervenit in civitatem Cainonis (Chinon), apud Regem, ubi alia nec levia obstacula pati debuit.

Nonnulli enim ex consiliariis Regis nullam ei adhibendam esse fidem asserebant, sed paucis elapsis diebus, cum Rex cognovisset a Roberto duce, Ioannam prodigiose inter hostes multa flumina ad vadum transiisse, ut ad eum perduceretur, demum puellae audientiam concessit. Ioanna, quum Rex aliquantulum ab aliorum conspectu recessisset, eidem exhibuit reverentiam et caelestem missionem a caelorum Rege sibi commissam manifestavit, asserens, ipsum in Rhemensi civitate fore consecrandum atque coronandum, Regis caelorum, qui est Rex Galliae, vices gesturum. Post varias interrogationes, Rex adstantibus dixit Ioannam aliqua secreta, Deo tantum nota, sibi revelasse, quare multum de ea confidebat. Sed in re tanti momenti voluit ab ecclesiasticis viris consilium exquirere et Puellam Pictavium misit ut ab insignibus Universitatis doctoribus examinaretur. Post tres hebdomadas doctores se nihil in Ioanna catholicae fidei contrarium invenisse Regi retulerunt, qui iussit ut Puella homines sibi addictos haberet et eleemosynarum fratrem Ioannem Pasquerel, ex Ordine Eremitarum sancti Augustini, quique ipsam semper est secutus.

Equus et arma tradita ei fuerunt, sed Ioanna vetustum gladium maluit, quinque cruci bus ornatum, quem in templo sanctae Catharinae ***de Fierbois*** inveniri indicavit, uti reapse repertus fuit: voluit autem vexillum cum Redemptoris imagine, quod secum continue ferebat. Et interrogata quare vexillum ferret, respondit se nolle uti ense suo nec quempiam interficere velle. Circa finem mensis aprilis eiusdem anni in Blesensem civitatem se contulit, ubi exercitus duodecim fere millium militum fuerat collectus et qui pro Aurelianensi urbe, ab Angiis obsessa commeatus comparaverat.

Prima Ioannae sollicitudo fuit ut in exercitu boni mores servarentur, quare malae vitae foeminas expelli iussit et blasphematores severe redarguii Insuper alterum vexillum voluit cum Christi imagine ad presbyteros congregandos, quod praefatus eleemosynarius confecerat ut illi quotidie, mane et vespere, simul cum Ioanna antiphona et hymnos de Beata Maria Virgine decantarent. Et antequam Aurelianensem civitatem adiret, presbyteros omnes, qui armatos antecedebant, cum illo vexillo congregari iussit.

Puella missionem suam voluit pacis signo affirmare et ad hoc supremo anglici exercitus duci Talbot epistolam misit, in qua significabat, si Angli de obsidione recedere et ad regnum suum remeare noluissent, se illos ita aggressuram ut omnino recedere cogerentur. Angli vero respondentes Puellam iniuriis affecerunt, quas ipsa invicto animo pertulit. Sed praedictionem comprobavit eventus; nam, ut ex historicis documentis, omnibus notis, constat, Ioanna per opus mirabile et viribus humanis impar, Deo iubente, civitatem Aurelianensem ab Anglorum obsidione exemit.

Omnes exinde putarunt Puellam a Deo missam esse et Aurelianenses cives aiebant, si Ioanna non advenisset ex parte Dei in eorum auxilium, civitatem sub ditione et potestate adversariörum obsidentium redactum iri. Tanto gaudio omnium civium Aureliam ingressa, tamquam Angelus Dei, recepta et salutata fuit.

Ioanna vero, ante omnia, maiorem ecclesiam adivit, ut grati animi sensus ac debitam Deo creatori suo reverentiam exhiberet, et omnes hortata est ut spem in Domino plenissime collocarent.

Post peculiaria Puellae gesta Aureliae patrata et alia gloriosa eius facta, quae secuta sunt contra Anglos in castris atque in diversis civitatibus, post'tot victorias, Principes e regia stirpe ac Duces volebant quod rex non Rhemos, sed ad Normanniam proficisceretur; Ioanna vero contra semper opinata est quod Rhemos ire oporteret, ut Rex ibidem coronaretur et consecraretur, atque ita hostium potentia sem-

per deficeret. Tandem ad eius opinionem omnes accesserunt et Rex civitatem Rhemensem adivit, ubi plenam reperiit obedientiam et in antiqua civitatis ecclesia solemnibus caeremoniis fuit sacro oleo inunctus et regio diademate coronatus. Puella cum consecratum Regem aspexisset, coram eo genua flexit et lacrimarum vim profudit ob adimpletam Dei voluntatem.

Post regis consecrationem, licet Puellae consilia, quae felicem certe exitum habuerant, non a Rege et ab eius aulicis exorta essent, alia tamen gloriosa gesta ab ipsa patrata sunt, praesertim in civitate S. Petri Monasterii (Saint-Pierre-le-Monstier) ac in Latiniaca urbe (Lagny), ubi mortuum infantem, nondum baptizatum, resuscitavit, ut, in sacro fonte regeneratus, gratiae vitam consequeretur.

Quum vero Ioanna Meloduni esset aprili mense, anno millesimo quadringentesimo trigesimo, suam captivitatem ante festum S. Ioannis Baptistae ex suprema revelatione intellexit, quin sciret diem et horam. At suae missioni fidelis et Regi obsequentissima, Compendii urbem, a Burgundiae duce et ab Anglis obsidione cinctam, strenue defendit. Quadam vero die, in ecclesiae dictae urbis Missa audita et Eucharistica dape refecta, adstantibus praedixit sé quamprimum proditam, morti traditum iri, ideoque omnes pro se Deum exorarent. Revera, die vigesima quarta maii, quum ab urbe egressa esset, ut hostes exploraret, et ab iis reiecta, in urbem iterum ingredi vellet, Gulielmus Flavy, illius gubernator, quin Puellam suo praesidio adiuvaret et in urbem reciperet, portas clausit, ita ut a Burgundiorum exercitu circumdata cum paucis capta.

Maximam in Anglorum animos laetitiam infudit Ioannae captivi tas et Puellam a Burgundiorum manibus auferre et in propriam potestatem habere cupierunt. Quo facilius hoc ipsis ex sententia cederet, in primis ex parte Vicarii Generalis Inquisitionis et Universitatis Parisiensis exoratus est Burgundiae dux ut Puellam, tamquam haereticam, ecclesiasticae iustitiae remitteret. Cum vero ille nullum dedisset responsum, Anglus Regens dux de Bedfort ad Petrum Cauchon, Episcopum Bellovacensem, recurrit, qui Anglorum partibus studiosissime favebat. Hic, die decima quarta mensis iulii, ad Burgundiae ducem se contulit, aiens Puellam in territorio suae dioecesis captam esse ideoque, cum de fidei materia ageretur, ipse legitimus iudex erat. Ingentem autem pecuniae vim, decem nempe millia aureorum francorum, ei obtulit. Burgundiae dux annuit et Ioanna Anglis vendita est, qui, die vigesima quarta octobris eiusdem anni, hoc pretium ex tributis, Normandiae civibus impositis, persolverunt.

Interim Puella, divinae Providentiae confidens, viva spe erigebatur ut eius capti vitas haud impediret quominus Dei opera feliciter complentur. Tranquillo hinc animo, antequam Anglis venderetur, quatuor circiter menses in castro ***de Beaulieu*** commorata est, deinde in castrum ***dé Beaurevoir*** missa: cognovit tunc Anglis venditam esse et cum audisset Gompendii urbem quamprimum evertendam, e custodia effugere perielitata est, sed perperam. Gonsolabatur tamen quum supernae voces ei praedixissent civitatis Gompendii liberationem ante festum sancti Martini; quod eventus omnino comprobavit. Postmodum vero in castrum ***de Grotoy*** ducta est, ubi, mense novembris, a Burgundiae duce Anglis tradita est. Dum in iis castris commorabatur, omnes eius religionem ac pietatem admirati sunt. Tandem, mense decembris, ab Anglis translata est in castrum Rothomagense, ubi contra eam iniquus processus est inceptus.

Angli Ioannam capitali odio prosequebantur ac illius mortem omnino sitiebant, quia in auxilium Franciae Regis christianissimi venerat et propter victorias per eam obtentas illam maxime timebant; et cum suivissent in Gallia Puellam reputatam esse velut a Deo missam, ipsam, tamquam sagam, igni tradere conati sunt. Iam paulo ante Parisiis pauperem foeminam igni ipsi damnaverant, quia tantum dixerat Puellam sanctam esse et Dei mandato egisse. Cum processus autem ad infamiam Regis Franciae etiam tenderet, Angli omnem curam adhibuerunt ut etiam Ioanna infamia notantur et tamquam haeretica condemnaretur, ab initio mortem Puellae decernentes. Henricus VI, Anglorum Rex, die tertia ianuarii anni millesimi quadringentesimi trigesimi primi, iudicibus scripsit, quod si forte ex processu Ioanna damnata non fuisset uti haeretica et saga, ipse ius sibi reservabat eam retinendi. Iudices Vero, pro sua tutela, defensionis litteras a Rege Angliae postularunt et obtinuerunt.

Omnes coaevi textes examinati candide deposuerunt processum constructum esse « per motum et impressiones Anglicanorum » qui semper sub sua custodia Ioannam detinuerunt neque in carceribus ecclesiasticis eam detineri permiserunt. Quidam historicus, fere coaevus, scripsit ab hoc processu initium duxisse Puellae passionem. Oculares autem testes retulerunt ipsam fuisse in carcere, in compedibus ferréis, et in ferrea cavea inclusam collo, manibus et pedibus ligatis: custodes eius carceris nequissimi homines erant, impudici et omni vitiorum labe coinquinati.

Et, iuxta non paucos testes, hic processus, qui quatuor menses perduravit non modo iniquus, sed etiam mancus et nullus fuit.

Eodem tempore prorsus admirabilis fuit Puellae agendi ratio: ipsa,

quae nondum vigesimum annum suae aetatis attigerat, adeo tranquilla mente consistebat et iudicum interrogationibus tanta prudentia respondebat, ut eam omnes mirabundi suspicerent. Testes autem quoad eius religionem ac pietatem in hoc tempore deposuerunt ipsam instanter exorasse ut Missam audire posset, praesertim festis diebus, atque sanctissimam Eucharistiam recipere, atque valde conqueri quia spiritualia haec emolumenta sibi denegarentur.

Durante eodem processu, cum Puella aegrotasset, Angli maximo perculsi sunt timore, quod ipsa naturali morte occumbere posset, unde plures medici ad eam missi sunt,-quorum unus, inter alia, refert:« Rex « eam, magno pretio emerat, nec volebat quod obiret nisi cum iustitia, « et quod esset combusta ». Sanitati restituta, sed non adhuc valetudine confírmala, sine mora continuatus fuit processus.

Ioanna in suis responsionibus iterum iterumque declarabat se velle Catholicae Romanae Ecclesiae iudicio omnino submitti, sed iudices eidem insinuabant ut se submittere ipsis deberet, tamquam Ecclesiae repraesentantibus. Interrogata an vellet se submittere Domino Papae respondit ***quod sic,*** sed nolebat se submittere illis praesentibus iudicibus, cum essent eius inimici capitales. Haec responsio, quam ipsi iudices praevideant, fundamentum fuit accusationis, cum calumnióse significassent Ioannam nolle Ecclesiae se submittere.

Aliud autem accusationis caput iudicibus praebuerunt visiones eius ac revelationes, quas a maligno spiritu profectas ipsi asserebant, ac praecipue viriles illae vestes, quas Ioanna ex divino praecepto adhibuisse dixerat. Hae accusationes in duodecim articulos redactae fuerunt et nonnulli praesertim Parisiensis Universitatis, maxime Puellae infensi, quamvis processus ignari, opinionem contra Ioannam emiserunt; non deerant vero alii in Gallia, qui eam strenue tuebantur: plures imo orationes pro eius liberatione id temporis elucubratae sunt. Ceterum adeo perspecta erat huius processus nullitas atque malitia ut, cum in Rothomagensem urbem venisset e Normandia celeberrimus sacerdos Ioannes Lohier, Decanus Romanae Rotae Auditorum, sollicitatus ut opinionem suam circa Puellae processum pronuntiaret, praesente Episcopo, nullum esse pluribus ex causis asseruerit. In posterum et alii doctissimi viri, ecclesiastica etiam dignitate praestantes, processus iniustitiam atque nullitatem perspicue ostenderunt, et veritatis amore atque honoris causa memorare volumus Cardinalem Eliam de ßourdeille, Episcopum Petrocoricensem, ioannem Gerson, Theodorum de Lellis, Sacrae Romanae Rotae Auditorem, Pontanum, Sacri Consistorii Advocatum et alios gravissimus iurisconsultus.

Puellae usque ad finem processus, et etiam coram tortore, suas visiones ac revelationes numquam revocare voluit, quamvis omnem artem fudices adhibuissent, ut ipsa illas tamquam falsas reiiceret. Revera magni interat Anglorum ut, priusquam condemnaretur, ipsamet suas visiones ac revelationes falsas atque mendaces fateretur, nam opinio populi de missione a Deo recepta semper mansisset, si ipsa in suis affirmationibus perstitisset. Quare iudices, ad exoptatum finem consequendum, experti sunt aspectum populi et carnificis, ut extremum remedium. Et die vigesima quarta maii eiusdem anni millesimi quadrigentesimo trigesimi primi, ioanna in plateam sepulcreti Sancti Audoeni (de Saint-Ouen) ducta fuit, ubi in spectaculo, ad hoc erecto, adstabat Episcopus una cum Cardinali de Winchester, iudicibus, doctoribus et plurimis aliis. Puella collocata fuit in quodam pulpito coram omnibus, videns quoque carnificem, qui cum quadriga erat in vico, expectans quod Ioannae corpus comburendum declararetur.

Sed antea Nicolaus Loyseleur, qui Puellam callide prodibat, ei dixit periculum mortis evitaturam esse, si perfecisset quae ordinabantur. Magister Guilelmus Erard concionem habuit et contra Regem Galliae, inter alia, haec protulit: « O Regnum Franciae reputatum es et voCa-
« tum christianissimum Regesque et Principes tui christianissimi: nunc
« vero per te, Ioanna, et Rex tuus qui se dicit Regem Franciae, tibi
« adhaerendo et dictis tuis credendo, effectus est haereticus et schisma-
« ticus ». Puella, pro sua humilitate, nihil de se dixit, sed Regem tamquam bonum christianum defendere voluit; magister praefatus silentium imposuit Ioannae et concionem absolvit. Sed Puella se nihil mali fecisse et credere in duodecim fidei articulos, et in decem decalogi praecepta, atque velle credere omnia quae sancta Dei Ecclesia credit firmiter asseruit: Episcopus tamen Ioannae significavit Ordinarios esse in sua dioecesi iudices, ac proinde ipsam debere iisdem se subiicere.

Magister Erard interea abiurationis schedulam Puellae ostendit ut eam signaret, sed Ioanna declaravit: « Videatur ipsa schedula per cle-
« ricos et Ecclesiam in quorum manus ponenda sum, et si mihi consi-
« lium dederint eam signandi et agendi, quae mihi dicuntur, libenter id
« faciam ». Cui magister Erard respondit: « Facias nunc, alioquin dies
« tuos hodie per ignem absolves ». Eodem tempore incepit lectio sententiae condemnatoriam Ioanna, viribus delassata, minis deterrita, stupefacta ex tot consiliis atque exhortationibus, cedere coacta est, se referens conscientiis iudicantium. Tunc lecta ei est parva abiurationis schedula, qua eidem iniungebatur ne virilem sumeret habitum, ne arma ferret et alia huius generis. Si plura scripta essent, praesertim de Puellae

visionibus et revelationibus, iudices timebant ne eius conscientia a proposito descisceret. Sed in locum schedulae quae, teste Ioanne Massieu, aliisque ibi praesentibus, octo circiter lineas et non amplius continebat, in processu alia et longior inserta est.

Ceterum, cum ioanna scribere nesciret, traditae sibi schedulae ***per modum derisionis*** quoddam rotundum signum cum cruce delineavit. Postea ipsa a Promotore requisivit an in manus Ecclesiae poneretur, uti sibi promissum fuerat; sed e contra ad carceres perpetuos in ipso castro Rothomagensi, sub eadem Anglorum custodia, damnata est. Magnus tunc accidit adstantium tumultus et multi lapides proiecti sunt.

Post meridiem feriae quintae, scilicet vigesimae quartae diei mensis maii, cum Puella, muliebri habitu induta, in eumdem carcerem rediisset, multa ab Anglis pati debuit, qui eam pluribus vexationibus affecerunt, et adeo irati erant, etiam cum iudicibus, ut post tres dies, cum nonnulli ex iis ad invisendam Ioannam in castrum accessissent, nudatis gladiis, violenter ab illis reiecti sint.

Puella iterum virilem habitum sumpsit, ut melius virginitati suae consuleret; nam a custodibus et etiam a viro magnae auctoritatis de violentia tentata fuit: et iudicibus interrogantibus, qua de causa rursum habitum virilem sumpsisset, respondit id fecisse ad suae pudicitiae defensionem. Interrogata autem an alias visiones habuisset, Ioanna candide respondit a supernis vocibus fuisse reprehensam propter abiurationem, quam tamen vi et metu se emisisse declaravit, quin eam intellexisset. Denique interrogata an muliebrem habitum reciperet, sese paratam esse respondit, dummodo ipsa in loco tuto poneretur.

Die vigesima nona maii, iudices congregati sunt et Puellae mors, uti relapsae, decreta fuit. Subsequenti die, summo mane, duo sacerdotes ab Episcopo missi sunt in carcerem Ioannae ut eam ad mortem pararent. Misera puella audiens se esse comburendam, Aere coepit propter hominum malitiam, qui eius incorruptum corpus igni tradebant. Fractum tamen moerore animum statim erexit, omnem in Deo spem fiduciamque reponens. Suscepto Poenitentiae sacramento, sanctissimam Eucharistiam ipsamet efflagitavit, et deinde ducta est, octingentis circiter Anglis militibus circumdata, in plateam veteris mercatus et super eius caput in quadam charta scriptum erat: « Haeretica, saga, apostata, relapsa ». In suo itinere, in pias lacrimas effusa, animam suam tam devote Deo et Sanctis commendabat ut audientes ad fletum provocarci

Aderant in platea tria spectacula, duo pro iudicibus et praelatis, alterum, ubi ligna parata erant ad Ioannam comburendam. Cum ipsa in plateam pervenisset, longa subucula induta, uti petierat, coram

magna populi multitudine sermonem magistri Nicolai Midi audivit; quo absoluto, ille dixit Puellae: « Vade in pace, Ecclesia in manu saeculari « te dimittit ». Nonnulli ex adsessoribus iuste petebant ut iterum abiurationis formula eidem perlegeretur; ast perperam, cum e contra condemnationis sententia illico lata est absque ulla sententia iudicis saecularis, nam, magno impetu per Anglos armatos capta, ad supplicium adducta est. Puella, flexis genibus, preces suas ad Deum iterabat; veniam ab omnibus petiit et sacerdotes rogavit ut singuli unam Missam pro eius anima celebrarent. Parvam crucem eftiagitavit, quam quidam Anglus, ibi exstans, ex quodam baculo confecit et quam devotissime deosculata in suo sinu collocavit. Adhuc tamen crucem Ecclesiae haberi voluit et obtinuit. Deinde adstantibus valedicens, per tortorem ducta est ad ascendendum lignorum cumulum, quae ad modum ambonis parata erant ad eam comburendam et quibus tortor ignem inferius apposuit.

Suprema hac hora bene intellexit Puella praedictionem suae liberationis, quam a supernis vocibus audiverat: « Omnia libenter sustine: «ne sollicita sis et turberis erga martyrium: regnum Paradisi ingre- « dieris ». Dilucide perspexit mortem ad suam missionem attinere et non tantum sanctissimae Virgini Mariae, sed beato Michaeli Archangelo, beatae Catharinae et omnibus Sanctis sese enixe commendans usque ad extremum vitae terminum se omnia ex praecepto Dei egisse confessa est. Oravit confessarium ut crucem Domini extolleret ut eam videre posset; quod ipse fecit; et Ioanna illam amplexando et, lacrimarum vim simul profundens, devotissime deosculabatur, usquedum denique inter flammas sanctissimum Iesu nomen continuo proferens supremum emisit spiritum.

Sancta Puellae mors adeo omnium admirationem concitavit, ut etiam eius inimici valde deterriti fuerint, et ipse carnifex fassus sit Ioannam tyrannice ad mortem damnatam esse et valde pro se timere, quia sanctam mulierem combusserat. Et prodigia statim sequuta sunt. A multis enim ibi adstantibus visum fuit nomen Iesu, inscriptum in flamma ignis a quo comburebatur et quidam Anglus, qui, infensissimus Puellae, dixerat se torrim in eius rogo ponere velle, illius mortem aspiciens, stupefactus et immobilis permansit et postea declaravit columbam inter flammas evolantem vidisse. Illaesum quoque et sanguine plenum mansit cor Puellae, quod ipse carnifex etiam confirmavit. Angli vero voluerunt ut illud cum Ioannae cineribus in Sequanam flumen proiiceretur, ne populus ipsius reliquias possidere posset. Poenae a Deo, innocentiae et iustitiae vindice, tyrannis inflictae denique fuerunt; nam omnes de martyrio Ioannae culpabiles turpissimam mortem obierunt;

dum, uti Puella praedixerat, Angli a Parisiensi urbe, deinde etiam a Normandia, ab Aquitania atque a tota Gallia depulsi fuerunt.

Sedatis in Gallia perturbationibus, cum Carolus septimus in Rothomagensem urbem ingressus esset, inquisitionem de processu Puellae decrevit, dum mater et duo fratres Puellae supplicem hac de re libellum Sanctae Sedi porrexerunt, quem Cardinalis ipse Legatus Guilelmus d'Estonteville Callisto tertio, Pontifici Maximo, obtulit et die undecima iunii anni millesimi quadringentesimi quinquagesimi quinti benignum rescriptum obtinuit, quo tres apostolicos iudices, Rhemensem nempe Archiepiscopum, Iuvenalem de Ursiniis, Parisiensem Episcopum, Guilelmum Chartier, et Constantiensem Episcopum, Richardum de Longueil, institui decrevit.

In patria Ioannae, pariterque Aureliae, Parisiis ac in Rothomagensi civitate iudiciales inquisitiones peractae sunt et sub religionis iuramento centum ac viginti tres testes, cuiusvis aetatis et conditionis, examini subiecti sunt, denique, die septima iulii subsequentis anni millesimi quadringentesimi quinquagesimi sexti, iudices rehabilitationis sententiam pronunciarunt, qua Puellae innocentia et nullitas condemnationis processus tamquam dolosi atque malitiosi declaratur, pariterque abiuratio, uti falsa, subdola ac nulla, recognoscitur.

Praeclarissimae huius Ancillae Dei virtutes quibus, quoad vixit, se iugiter exercuit, necnon superna dona, quibus a Deo fuit insignita, maximam sanctitatis famam eidem compararunt, sed haec omnia, brevitatis amore, praetermittere opportunum est.

Coaevis ex historicis scriptoribus, qui Ioannae sanctitatem et eius missionem divinitus acceptam summis laudibus extulerunt, recensere volumus praefatum clarissimum Ioannem Gerson, qui agens de Puellae gestis, anno millesimo quadringentesimo vigesimo nono, scripsit: «A « Domino factum est istud»; divum Antoninum, qui in suis historiis Puellam « spiritu Dei ductam » existimaba!, et Pium Secundum, Pontificem Maximum, scribentem : « Puella sexdecim annos nata nomine « Ioanna, pauperibus agricolis filia, in agro Tullensi, divino affiata spi- « ritu, sicut res eius gestae demonstrant... quam veluti divinum aliquod « numen intuebantur... Iudices ubi Puellam viri habitum recepisse « cognoverunt, tamquam relapsam igni damnarunt. Cineres eius, ne « honori aliquando essent, in Sequanam fluvium proiecere. Sic Ioanna « obiit mirabilis et stupenda virgo ».

Ingens sanctitatis opinio, quam Ancillae Dei virtutes ac superna dona et charismata, dum in humanis erat, apud omnes eidem conciliaverant, illustrior post eius mortem in dies evasit atque adeo percrebuit,

ut illud Scripturae effatum iure meritoque ipsi queat aptari: ***Non recedei memoria eius et nomen eius requiretur a generatione in generationem. Sapientiam eius enarrabunt gentes et laudem eius enunciabit Ecclesia*** (Ex Libro Ecclesiastici cap. XXXIX, 13-14).

Nec minus sanctitatis famae huius Ancillae Dei argumentum constituunt honores, qui semper eidem redditi sunt atque redduntur. Ab anno enim millesimo quadringentesimo vigesimo nono usque ad hodierna tempora, Aurelianensis civitas die eius liberationis, idest octava mensis maii, solemne festum agit et post sacrum, in Cathedrali Ecclesia, panegyrica oratio in Puellae honorem recitatur et postea pia fit supplicatio, concurrentibus Episcopo, Capitulo et Clero duodecim Parochiarum, necnon Syndico, Magistratibus et exercitus Ducibus.

Sanctitatem Ioannae comprobant plures gratiae, tum spirituales, tum corporales, eius ope a Deo concessae et prodigiosae sanationes, quae fuse in respectivis processibus describuntur.

Quibus omnibus inspectis, permulti dilecti Filii Nostri S. R. E. Cardinales atque venerabiles Fratres universae Galliae Episcopi, plurimique aliarum Nationum Antistites, religiosae Communitates, Sacerdotes piissimi Apostolicam Sedem eftlagitarunt ut quemadmodum olim Puellae integritatem ipsa vindicaverat, ita suam sententiam proferret, qua Caelitum honores eidem concedere dignaretur. Itaque, multis collectis testimoniis, ex Aurelianensi, Virodunensi ac Sancti Deodati dioecesibus, iisque ad Sacrorum Rituum Congregationem delatis, f. r. Leo Papa decimus tertius, Praedecessor Noster, die vigesima septima mensis ianuarii anni millesimi octingentesimi nonagesimi quarti, introductionem causae signandam esse declaravit.

Deinceps, uti ius est, praemissis apostolicis processibus, eorumque validitate rite comprobata, de virtutibus heroicis Venerabilis Servae Dei actum est in ternis comitiis Sacrae Rituum Congregationis, quibus habitis et mature omnibus perpensis, f. r. Pius Papa decimus, Praedecessor pariter Noster, die Epiphaniae Domini anno millesimo nongentesimo quarto, solemniter edixit: « Constare de virtutibus theologalibus, « Fide, Spe, Charitate in Deum et in proximum, ac de cardinalibus « Prudentia, Iustitia, Fortitudine, Temperantia, earumque adnexis, Venerabilis Servae Dei Ioannae de Arc in gradu heroico, in casu et ad « effectum de quo agitur, ut procedi possit ad ulteriora, hoc est ad « quatuor miraculorum discussionem ». Cum vero pro Beatificatione obtinenda, quatuor proposita fuissent miracula, tria obtinuerunt, primum scilicet: Instantaneae perfectaeque sanationis Sororis Teresiae a sancto Augustino a chronica ulceratione stomachi; alterum: Instanta-

neae perfectaeque sanationis Sororis Iuliae Gauthier a sancto Noberto ab ulcere fungoso eretistico in sinu sinistro; tertium: Instantaneae perfectaeque sanationis Sororis Ioannae Mariae Sagnier ab osteo - periostite chronica tuberculari. De tribus hisce miraculis postquam ter disceptatum est, idem Pius decimus, Pontifex Maximus, dominica tertia Adventus Domini Nostri Iesu Christi, anno millesimo nongentesimo octavo, solemni decreto constare pronuntiavit.

Cum memoratus Praedecessor Noster a quarto miraculo iam dispensasset, festo die Sacrae Familiae Iesu, Mariae, Ioseph, vigesima quarta idest die mensis ianuarii subsequentis anni solemniter decrevit: Tuto procedi posse ad solemnem Venerabilis Servae Dei Ioannae de Arc Beatificationem.

Quae in Basilica Vaticana, dominica in Albis eiusdem anni millesimi nongentesimi noni solemnibus caeremoniis festisque apparatibus celebrata est, dum in Gallus magna facta est laetitia.

Novis miraculis supervenientibus, solers huius causae Postulator curavit ea ad discutienda proponere et ipse Praedecessor Noster die vigesima tertia februarii anni millesimi nongentesimi decimi Commissionem resumptionis causae sua manu signavit. Confectis rite processibus quoad proposita miracula et peracto etiam, quoad unum, tertio processiculo additionali in hac Urbe, die sexta aprilis anni millesimi nongentesimi decimi octavi, solemniter ediximus: Constare de duobus miraculis, de primo nempe instantaneae perfectaeque sanationis Mariae Antoniae Mirandelle a morbo plantari perforante: deque altero instantaneae perfectaeque sanationis Teresiae Belin a tubercolosi peritoneali ac pulmonal]' necnon a laesione organica orificii mitralici.

Iterum, die decima septima mensis iunii anni millesimi nongentesimi decimi noni, decrevimus tuto procedi posse ad solemnem Beatae Ioannae de Arc Canonizationem.

His praemissis et constitutis ut in solemnissima caeremonia cuncta servarentur, quae ab Antecessoribus Nostris ad celebritatem eius ac decus sunt sapienter praescripta; primum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, die vigesima secunda mensis aprilis huius anni, sententiam suam prolaturos Nobis in Consistorio iussimus adesse; qui, dilecto filio Virginio Iacoucci, Consistorialis Aulae Advocato, de gestis Beatae Ioannae de Arc dicente, audito, Nos uno ore ad huius causae legitimam definitionem cohortati sunt. Interea vero curavimus ut, non modo viciniores Episcopi, sed etiam remotissimi de tanta solemnitate per litteras S. Congregationis Consistorialis admonerentur quo, si facultas esset sententiam et ipsi pro laturi, et ipsi adstarent. Qui ex dissitis regionibus cum non pauci venis-

sent, mature causa cognita, tum ex illis quae eo usque gesta fuerant, praesertim in Consistorio publico coram Nobis habito, tum ex actis S. Rituum Congregationis, quorum exemplar singulis traditum est, in Consistorio semipublico diei septimae maii coram Nobis habito, in eamdem, in quam dilecti filii Nostri S. R. E. Cardinales, sententiam iverunt; cuius rei instrumenta publica a dilectis filiis Sedis Apostolicae Notariis confecta, in tabularium S. Rituum Congregationis delata sunt.

Solemnis igitur Canonizationis celebrandae diem praefinivimus decimam sextam maii, atque interea, fideles sumus vehementer cohor**tatio** ut ferventes ingeminarent preces, in iis praesertim sacris aedibus, in quibus SS. Sacramentum publice adorandum ex praescripto proponeretur, ut et ipsi ex tanta caeremonia fructus uberiores perciperent, Nobisque, in tam gravi officii Nostri munere, Spiritus Sanctus benigne adesset.

Auspicatissima et optatissima dies quum advenerit, tum saecularis, tum regularis cleri Ordines, Curiae Romanae Praesules et Officiales et qui in Urbe aderant dilecti filii Nostri S. R. E. Cardinales et venerabiles Fratres Patriarchae, Primates, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, in Vaticanam Basilicam magnifico cultu ornatam convenerunt: Nosque, iis omnibus solemni supplicatione praeeuntibus, eamdem ingressi sumus. Tunc vero dilectus filius Noster Cardinalis Antonius Vico, Sacrae Rituum Congregationis Praafectus et huic Canonizationi procurandae praepositus, perorante dilecto filio Virginio Iacoucci, Consistorialis Aulae Advocato, vota Nobis et preces detulit Sacrorum Antistitum ut Beatam Ioannam de Arc in Sanctorum numerum referremus. Id cum iterum tertioque iidem Cardinalis Antonius Vico et Nostrae Consistorialis Aulae Advocatus instantius et instantissime egissent, Nos caelesti lumine ferventer implorato, « Ad honorem Sanctae et Individuae Trini-
« tatis, ad catholicae fidei incrementum et decus, auctoritate Domini
« Nostri Iesu Christi, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra,
« matura deliberatione, et voto dilectorum filiorum S. R. E. Cardinalium,
« necnon Patriarcharum, Primatuum, Archiepiscoporum et Episcoporum
« consilio, praedictam Beatam Ioannam de Arc Sanctam esse ediximus ». Memoriam porro sanctae Ioannae de Arc quotannis die trigesima maii recolendam, in Martyrologio Romano notari mandavimus. Denique, ob tantum beneficium, gratias Deo optimo maximo ex animo egimus et solemne Sacrum litavimus, et post Evangelii lectionem confertissimam et exsultantem multitudinem cohortati sumus ut novensilis Sanctae gratiam conciliaret. Postremo, cunctis adstantibus plenariam peccatorum indulgentiam amantissime impertiti sumus,

Nunc vero omnium christifidelium oculi in novensilem Sanctam convertantur, quae ad exsequenda Dei mandata familiam dereliquit, muliebres exercitationes deseruit, arma suscepit et milites ad pugnandum duxit: nec postea timuit minas mortis et iniustam sententiam, quae ad comburendam eam damnabat. Sciens innocentem esse, non haereticam, sagam, apostatam et relapsam, ex flammis convoluta, preces et suffragia implorabat, atque ex mandato Dei omnia egisse repetebat usquedum in visione crucis fortitudinem inveniens, supremum spiritum emisit. Illa iustitia, quae ex effrenata humano affectu in processu defuit, non retardavit et Summus Pontifex citius potuit in integrum restituere famam Ioannae de Arc, cuius exemplum sit prae oculis omnium qui iniuste mala sustinent, ut quieto animo instaurationem expectent a iusto et aeterno Iudice.

Omnibus itaque quae erant inspicienda, rite perpensis, certa ex scientia et Apostolicae auctoritatis Nostrae plenitudine, cuncta et singula praedicta confirmamus, roboramus atque iterum statuimus, decernimus, universaeque Catholicae Ecclesiae denunciamus; mandantes ut praesentium Litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii Apostolici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus fides habeatur quae hisce Nostris praesentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent.

Si quis vero paginam hanc Nostrae definitionis, mandati, relaxationis et voluntatis infringere aut attentare praesumpserit, vel ei ausu temerario contraire, indignationem Omnipotentis Dei et sanctorum Petri et Pauli, Apostolorum eius, se noverit incursurum. •

Datum Romae, apud s. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo, die decima sexta mensis maii, Pontificatus Nostri anno sexto.

$8 Ego BENEDICTUS, Ecclesiae Catholicae Episcopus.



)$! Ego VINCENTIUS Episcopus Ostiensis et Praenestinus Cardinalis VANNUTELLI, Sacri Collegii Decanus, Datarius.

)$i Ego CAIETANUS Episcopus Sabinensis Cardinalis DE LAI.

>$(Ego ANTONIUS Episcopus Portuensis et S. Rufinae Cardinalis Vico.

!$(Ego IANUARIUS Episcopus Albanensis Cardinalis GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE.

I$j Ego BASILIUS Episcopus Veliternus Cardinalis POMPILJ.

f& Ego RAPHAEL tituli S. Praxedis Presbyter Cardinalis MERRY DEL VAL.

jjj Ego OCTAVIUS tituli SS. Laurentii et Damasi Presbyter Cardinalis CAGIANO.

)$l Ego PETRUS tituli S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis GASPARRI S. R. E. Camerarius.

ffa Ego FR. ANDREAS tituli SS. Cosmae et Damiani Presbyter Cardinalis FRÜHWIRTH Ord. Praed.

i$j Ego RAPHAËL tituli S. Hieronymi Presbyter Cardinalis SCAPINELLI DI LÉGUIGNO.

ffa Ego VICTOR AMADEUS tituli S. Priscae Presbyter Cardinalis RANUZZI DE BIANCHI.

}$l Ego DONATUS tituli S. Silvestri in Capite Presbyter Cardinalis SBARRETTI.

£g Ego PHILIPPUS MARIA tituli Sanctae Mariae de Aracoeli Presbyter Cardinalis CAMASSEI.

Ego AUGUSTUS tituli Sanctae Caeciliae Presbyter Cardinalis SILJ.

y$ Ego CAIETANUS Sanctae Agathae Protodiaconus Cardinalis BISLETI.

£ß Ego LUDOVICUS Santae Mariae in Via Lata Diaconus Cardinalis BILLOT.

l$(Ego MICHAEL S. Eustachii Diaconus Cardinalis LEGA.

£8 Ego NICOLAUS S. Mariae in Domnica Diaconus Cardinalis MARINI.

j$j Ego ORESTES S. Mariae in Cosmedin Diaconus Cardinalis GIORGI, Maior Poenitentiarius.

O. CARD. CAGIANO
S. R. E. Cancellarius.

© A. CARD. VICO
Ep. Portuen. et S. Rufinae
S. R. C. Praefectus.

Raphaël Virili, ***Protonotarius Apostolicus.***
Ludovicus Schüller, ***Protonotarius Apostolicus.***

Loco plumbi.

Reg. in Canc. vol. XXI, n. 6.

CONSTITUTIO APOSTOLICA

VENETIARUM

ERECTIO CAPITULI AD HONOREM IN ECCLESIA SS. MARTYRUM DONATI ET CYPRIANI IN OPPIDO MURANO.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Romanos Pontifices maxime decet ea capere consilia, vel propria auctoritate confirmare, quae sacrae liturgiae splendori incrementum afferre possunt.

Cum autem, ad sacrorum rituum maiestatem augendam atque ecclesiastici ordinis in sacro ministerio operam promovendam, dilectus filius Noster Petrus, tituli SS. Nerei et Achillei, S. R. E. Presbyter Cardinalis La Fontaine, hodiernus Patriarcha Venetiarum, supplices preces Apostolicae Sedi porrexisset ut in ecclesia SS. Martyribus Donato et Cypriano dicata, cuius ipse Patriarcha Abbas exstat, in oppido Murano, Capitulum collegiale ad honorem constitueretur, Nos, referente dilecto filio Nostro Cardinale Secretario S. Congregationis Consistorialis, studium pastoralis sollicitudinis ipsius Patriarchae Venetiarum obsecundare cupientes, cunctis matura deliberatione perpensis, atque attenta Ecclesiae Muranensis antiquitate et ornatu, oblatis precibus annuendum censuimus.

Per praesentes Litteras, igitur, Apostolicae potestatis plenitudine, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant consensu, Capitulum Collegiale ad honorem in praefata Ecclesia SS. Martyrum Donati et Cypriani erigendum statuimus, ipsamque Ecclesiam proinde ad Collegiatae honorem evehimus, cum omnibus iuribus et privilegiis, quae Capitulis Collegialibus et Ecclesiis Collegiatis ad tramitem iuris sunt propria, et hisce speciatim servatis legibus, scilicet ut numerus Capituli Collegialis componentium definitus non sit, sed constet omnibus sacerdotibus, qui, tam paroeciae SS. Martyrum Donati et Cypriani, quam paroeciae S. Petri Martyris in oppido Murano adscripti, parochi, vicarii, cooperatoris seu cappellani munere funguntur. Dignitates vero duae sint aeque principales, Decanus videlicet et Primicerius,

et conferantur duobus parochis ecclesiarum, quas supra memoravimus, hac lege, ut Decani titulo cohonestetur qui antiquior sit possessione beneficii parochialis, alter, vero, Primicerius appelletur, ideoque, vacante paroecia a Decano administrata, Primicerius Decani tituli assumet, novus curio Primicerius vocabitur. Collatione, autem, horum titulorum nulla immutatio fiat quoad conditionem iuridicam relationum quae in praesens intercedunt inter duas praefatas ecclesias paroeciales earumque parochos et clerum. In sacris solemnibus quae habebuntur in ecclesia, cui praeest Primicerius, hic peraget officium primae dignitatis, pariter in altera Decanus, praeterquam in festis Sanctorum titularium, in quibus, ad comitatem et mutuam caritatem fovendam, officium erit parochi unius ecclesiae curionem alterius ecclesiae deputare ad Vesperas et Missam solemnem celebrandum. In sacris solemnibus in quibus intersit Patriarcha Abbas, vel eius delegatus, Decanus et Primicerius per vices digniorem locum tenebunt. Quoad praecedentiam post parochos immediate sequantur vicarii (quod officium etiam in Ecclesia SS. Martyrum Donati et Cypriani erit constituendum), deinde ceteri e clero, omnes iuxta prioritatem adscriptionis propriae Ecclesiae. Officium Capituli et singulorum Canonicorum erit: I) sacra celebrare in utraque ecclesia in festo SS. MM. Donati et Cypriani ac S. Petri Martyris; II) adsistere Patriarchae Abbati vel eius delegato, quoties ipse solemnia pontificalia, vel alias sacras supplicationes peragat in praefatis ecclesiis paroecialibus; III) adsociare cadaver confratris, eiusque funeribus interesse in ecclesia cui defunctus adnumerabatur. Conventus capitulares habebuntur alternatim in alterutra paroecia, incipiendo prima vice ab ecclesia SS. Martyrum Donati et Cypriani, quin praeiudicium afferatur praesentibus condicionibus iuridicis earumdem paroeciarum.

Si quandoque capitulari conventui praeesse velit Patriarcha, tunc habebitur in Ecclesia SS. Martyrum Donati ac Cypriani, dummodo Patriarcha aliter non disponat.

Canonicos autem convocare Decani ***pro tempore*** semper proprium erit, licet conventus in altera Ecclesia habendus sit.

Iuxta iuris praescripta, canonici quoque honorarii adscribi poterunt in capitulum.

Duo beneficia paroecialia supra memorata, quae, ratione dignitatis reservanda essent Sedi Apostolicae, benigna eiusdem Apostolicae Sedis concessione, reservata non erunt.

Tum dignitates, tum ceteri Collegiatae canonici amovibiles erunt ad tramitem iuris eodem modo ac ceteri parochi, vicarii, cooperatores seu cappellani, ita nempe ut nullam ulteriorem stabilitatem accipiant

ex canonicatus honore quo aucti sunt; atque statim ac ab officio parochi, vicarii, cooperatoris, seu cappellani décèdent, hoc ipso a dignitatis seu canonici honore cadent.

Benigne denique indulgemus, pro maiore ecclesiae decore et ornamento, dignitatibus et canonicis usum rocheti, et « mozzetae » rubini coloris, quae tamen insignia gestare ipsi poterunt exclusive in sacris supplicationibus, quibus intersit totum Capitulum, minime vero in illis, quae celebrabuntur a clero unius paroeciae.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia et potestatis plenitudine editas, perpetuo validas esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque iis omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari voJumus et decernimus, sublata cuicumque, etiam cardinalitia dignitate fulgenti, quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate, irritum quoque et inane decernentes quidquid in contrarium super his, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

Ad haec omnia, ut supra, exsecutioni mandanda, deputamus dilectum filium Nostrum Petrum, tituli SS. Nerei ed Achillei S. R. E. Cardinalem La Fontaine, Patriarcham Venetiarum, eidem tribuentes necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, aliam personam in ecclesiastica dignitate constitutam, itemque definitive pronuntiandi super quavis difficultate, vel oppositione in exsecutionis actu quomodolibet oritura, imposito tamen eidem onere infra sex menses, a data praesentium Litterarum computandos, ad Sacram Congregationem Consistorialem mittendi authenticum exemplar exsecutionis peractae.

Non obstantibus quatenus opus sit regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque quibuscumque in contrarium praemissarum, quibus omnibus, de illis eorumque totis tenoribus praesentibus Litteris pro expressis habentes, motu, scientia et Apostolicae potestatis plenitudine latissime specialiter derogara us.

Nemini ergo liceat, quae hisce Litteris Nostris erectionis, constitutionis, decreti, mandati, commissionis et derogationis statuta sunt infringere, vel eis, ausu temerario, contraire.

Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo, die decima mensis iulii, Pontificatus Nostri anno sexto.

P. CARD. GASPARRI
a Secretis Status.

✠ C. CARD. DE LAI,
Ep. Sabinensis,
Secret. S. Congreg. Consistorialis.

Lodovicus Schüller, ***Protonotarius Apostolicus.***
Leopoldus Capitani, ***Reg. Subst. ex spec. deleg.***

Loco ✠ Plumbi.

Beg. in Canc. Ap., vol XXI, n. 18.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

NOTIFICAZIONE

CIRCA LA COSTITUZIONE DI UN PRELATO PER L'EMIGRAZIONE ITALIANA

Esistono in Italia alcune società, quali la ***Bonomelliana*** e ***l'Italica gens,*** composte in gran parte di laici, le quali, con intelletto di amore e sentimento cristiano, dedicano l'opera loro all'assistenza degl' italiani che emigrano o sono già emigrati all'estero. E benché queste società abbiano scopi prevalentemente civili, amano tuttavia adibire per l'assistenza degli emigrati sacerdoti e religiosi, che destinano ai vari centri dove questi si trovano, incaricandoli della loro cura.

Queste società, assumendo però dei sacerdoti come missionari loro cooperatori, subirono fin dal principio la necessità d'intendersi con l'autorità ecclesiastica, a fine di costituire a questi sacerdoti un superiore da cui fossero canonicamente dipendenti, ed a cui dovessero deferire.

Così fu che nella ***Bonomelliana*** si creava una Consulta ecclesiastica, sotto l'aito patronato da prima dell'Arcivescovo di Torino, poi di quello di Milano, Consulta che più tardi venne riconosciuta dalla S. Sede, ed ultimamente ebbe a capo il Vescovo di Vicenza.

E similmente l'Associazione nazionale per la protezione dei missionari nell'istituire ***Y Italica gens*** per la cura degli emigranti transoceanici, sentì la necessità di convocare i superiori dei vari Ordini e Congregazioni, perchè cooperassero nella sua nuova opera.

Nel'decorso poi di quest'anno il Vescovo di Vicenza avendo chiesto ed ottenuto di venir esonerato dal suo officio per le gravissime occupazioni della sua vasta diocesi, divenute maggiori per le luttuose devastazioni di quel territorio in seguito all'ultima grande guerra, sottopose alia S. Sede alcune considerazioni discusse già con i moderatori della ***Bonomelliana,*** onde migliorare per quanto era possibile l'assistenza ecclesiastica degli emigrati.

Esaminata pertanto con ogni studio e sollecitudine la cosa dagli Emi Padri della S. C. Concistoriale, aderendo al voto da essi espresso, il S. Padre Benedetto XV stabilì quanto segue:

1) che un Prelato libero dal governo di una diocesi dedicasse tutta la sua attività alla scelta, cura e vigilanza dei sacerdoti addetti all'assistenza degli emigrati italiani all'estero, salvi sempre i diritti degli Ordinari propri dei detti sacerdoti, e degli Ordinari del luogo dove gli emigranti si trovano; e che si dessero al medesimo facoltà sostanzialmente identiche a quelle che furono attribuite al Vescovo di Vicenza, e che furono pubblicate ***neìVActa Apostolicae Sedis*** del 27 febbraio 1915 (an. vir, vol. VII, num. 4);

2) che il compito di questo Prelato non venisse ristretto ai soli sacerdoti e missionari assunti dalla ***Bonomelliana,*** ma a tutti quelli che da altre simili società venissero chiamati a pari officio o che in ogni modo prestassero l'assistenza religiosa ad emigrati italiani;

3) che, essendo ormai prossima la costituzione del Collegio di sacerdoti, stabilito dalla s. m. di Pio X avanti l'ultima guerra, per la preparazione e migliore formazione dei sacerdoti da adibirsi all'assistenza degli emigrati italiani, il detto Prelato fosse insieme il Superiore di questo Collegio, e ne tenesse la direzione ed il governo sotto l'alta direzione della S. C. Concistoriale, onde così avesse sotto mano con facilità e piena conoscenza il personale adatto da destinare in pro degli emigrati e delle società di assistenza secondo i bisogni.

Pel delicato ed importante officio Sua Santità scelse poi il sacerdote Michele Cerrati, già Vicario del Vescovo Castrense italiano, e lo volle accrescere della dignità Vescovile nominandolo Vescovo titolare di Lidda.

Roma, dalla Segreteria della S. C. Concistoriale, 23 ottobre 19^0.

j$j C. CARD. DE LAI, Vescovo di Sabina, ***Segretario.***

L. % S.

Luigi Sincero, ***Assessore.***

II

PROVISIO ECCLESIARUM

S. C. Consistorialis decretis, SSmus D. N. Benedictus Pp. XV has, quae sequuntur, ecclesias de proprio pastore providit, nimirum:

13 septembris 1920. — Metropolitanae ecclesiae Parisiensi praefecit Emum ac Rmum D. Cardinalem Ludovicum Ernestum Dubois, hactenus archiepiscopum Rothomagensem.

27 septembris 1920. — Cathedrali ecclesiae S. Georgii Terrae Novae R. D. Henricum Thomam Renouf, parochum S. Patritii, in civitate S. Ioannis Terrae Novae.

11 octobris. — Cathedrali ecclesiae Oranensi R. P. D. Leonem Durand, hactenus episcopum tit. Tricomiensem.

18 octobris. — Titulari episcopali ecclesiae Nilopolitanae R. P. D. Franciscum Baztan y Urniza, hactenus episcopum Ovetensem.

***21 octobris.* —** Titulari episcopali ecclesiae Basilinopolitanae R. P. D. Petrum Paulum Drinot y Pierola, hactenus episcopum Huanucensem.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

VIGLEVANEN.

MISSAE BINATAE AC PRO POPULO

Die 8 maii 1920

SPECIES FACTI. - Quum nuper Ordinarius Viglevanen. ab hac S. Con^ gregatione prorogationem postularet duplicis quo fruebatur indulti quinquennalis, quorum alterum ipsi concedebat facultatem dispensandi, sub certis conditionibus, sacerdotes curam animarum gerentes ab onere applicandi ***pro populo,*** ita quidem ut eleemosyna percipi posset, favore Seminarii eroganda; alterum vero consimilem facultatem indulgebat permittendi ut stipendium pro Missa a sacerdotibus habitualiter ***binata*** perciperetur favore Seminarii, - nonnullas pariter exposuit difficultates de indulti interpretatione subortas. In primis enim conquerebatur quos dam parochos et sacerdotes ordinationibus episcopalibus - exigentibus ut in recensitis casibus Mssa ***applicaretur*** omnino ad mentem Episcopi vel ad certam aliquam dantis eleemosynam intentionem, ut stipendium semper Seminario acquiri posset - penitus refragasse, contendentes in Episcopi potestate, etiam ex concesso indulto, non esse tollere optionem ***gratuitae*** celebrationis sive pro grege, sive pro privata quapiam intentione. Praeterea, in modo taxandi eleemosynam, quae favore Seminarii ad Curiam remittenda esset, ambiguum videbatur, si quid, detracta taxa synodali, esset celebranti relinquendum, attenta praesertim natura capellaniarum unde ordinario stipendium missae festivae in dioecesi depromitur. « Enimvero - ita Episcopus - hae in casu triplicis sunt differentiae: I^A^ aliae habent annuum reditum assignatum pro celebranda

« Missa singulis diebus festis in determinata ecclesia et determinata hora,
« sed ***sine*** onere applicationis; **2**ª pro aliis etiam habetur constitutus
« annuus reditus, sed ***cum*** onere applicationis; **3**ª tandem aliae proveniunt
« ex obligatione Missarum, quae ad pauciorem numerum reductae sunt,
« ideoque fuit auctum stipendium ut certo modo haberetur Missa pro
« commoditate fidelium ». Hinc tria quaerebat: « ***a)*** utrum Episcopus
« possit tolerare ut sacerdos binans retineat sibi ***omnes*** reditus secun-
« dae Gapellaniae, detracto dumtaxat stipendio synodali ad Semina-
« rium devolvendo; ***b)*** an vero Episcopus debeat in singulis casibus
« determinare ***partem redituum*** tribuendam sacerdoti binanti; c) utrum
«in assignanda taxa solvenda sacerdoti binanti, possit haberi ratio
« incommodi, quod is debeat subire atque etiam difficilis conditionis
» oeconomicae in qua versetur ob praesentis temporis circumstantias;
« d) utrum idem criterium debeat applicari parocho binanti ».

Harum itaque rerum expositarum serie, duo dubia Emis Patribus resolvenda proposita sunt, nimirum:

I. ***An loci Ordinarius, vi indulti apostolici, adigere valeat presbyteros ut missam binatam vel pro populo dispensatam applicent in favorem piae causae.***

II. ***An tolerari possit praxis exigendi favore causae piae eleemosynam taxae dioecesanae solummodo, relicto reliquo triplicis generis capellaniae reditu sacerdoti ex indulto apostolico missam iteranti vel missam pro populo dispensatam celebranti in casu.***

SYNOPSIS DISCEPTATIONIS. - Praecipua disceptatio circa primum dubium acta est: ***a) Pro parte negantium*** Ordinario praefatam facultatem, haec afferebantur rationum momenta: Secundum vigentem disciplinam, soli Superiores religiosi ***intentiones*** missarum suis subditis praescribunt. Id ***numquam*** faciunt episcopi, perraro S. Pontifex, qui, prout fecit v. gr. saeviente bello, in festo SS. Apostolorum Petri et Pauli, a. 1918, procul dubio, id facere potest. Equidem, quum non paucae dioeceses maximis necessitatibus premantur, quaestio non fuerit importuna, de ***iure constituendo,*** seu de introducendo more ut sacerdotes binantes missam binationis ad intentionem episcopi celebrare ***debeant;*** et parochi, in diebus festis suppressis, etiam pro necessitatibus dioecesis stipendiatam missam ***applicent,*** quam secus, non stipendiatam, pro ovibus suis offerre debent Verum, ***de iure praesenti,*** seu iam constituto, quum episcopi nequeant insolita, sive lege sive praecepto imponere, neganda ipsis est facultas ***imponendi*** applicationem, v. g. pro Seminario, missae parochialis in diebus festis suppressis, et missae binationis.

Indultum autem, forma consueta concessum, quidpiam p e r m e i , sed neque parochis neque binantibus tollit optionem gratuitae celebrationis pro grege vel pro privata intentione: itaque vi solius indulti episcopus applicationem pro seminario nequaquam praecepto urgere potest, aut ea condicione binationem indulgere, praesertim cum binatio ac dispensatio a missa pro populo applicanda, non propter privatam sacerdotis utilitatem, sed propter publicam causam concedenda sit.

b) Sed ***ex adverso*** facile respondebatur. Vi indultorum de quibus agitur, Episcopus non solum facultatem habet dispensandi super onere Missam gratuito celebrandi, sed etiam applicandi, seu erogandi favore Seminarii stipendium sive eleemosynam ex tali celebratione retrahendam: aliis verbis idem fit, ad finem et intentionem propositam, dominus stipendii istius quod necessario supponitur in manu celebranti iam positum. Itaque necessario pariter supponitur in obtenta facultate, facultas obligandi celebrantem ut huiusmodi stipendium in rerum natura ponat (si ita loqui fas est), de quo idem Ordinarius disponere ad praescriptum finem queat; quia hoc sine illo obtineri manifesto nequit. Nec valet ratio in contrarium allata: Episcopus quidem ***ex se*** non habet potestatem illam obligationem applicationis parochis aut sacerdotibus binantibus imponendi; idcirco indultum petiit a S. Sede, quae utique, prouti in confesso est, pollet illa potestate; petiit et obtinuit: accepta tali facultate, evidens est illa quoque potestas Episcopi. Itaque nihil conficitur observando quod in ***indulto*** S. Congregatio seu Apostolica Sedes (cf. can. 7) verbis mere facultativis usa est: « ***facultatem*** Ordinario con- « cessit dispensandi sacerdotes curam animarum exercentes ab obliga- « tione litandi missam pro populo... ut sacrum applicare valeant iuxta « mentem Ordinarii ***ad effectum erogandi eleemosynam favore Semina- « rii*** » : ac etiam « ***facultatem indulget Ordinario permittendi*** sacerdoti tibus Missam die festo iterantibus ut applicare valeant secundam Mis- « sam iuxta mentem ipsius Ordinarii, ***ad effectum erogandi eleemosynam « favore Seminarii ».*** Nam si episcopus revera uti voluit concessa sibi facultate ***ad effectum praescriptum,*** omnia media ad id contingendi, et idcirco etiam potestatem obligandi ad applicationem, tali indulto obtinuit. Aliud plane est quaerere annon opportunum sit ***nonnullas*** binatarum Missarum applicationes ab Ordinario arbitrio gratuito celebrantis permitti, ut nempe is eas, nullo recepto stipendio, pro se suisque ac etiam pro aliis ex caritate vel ex fidelitate applicare valeat, prout hortata est H. S. C. in ***Nanceyen. et Tullen.*** 11 sept. 1878; in ***Vivarien.,*** 5 mart. 1887 ad I; at de iure ordinario ex parte Episcopi, praescribendi, vi indulti, applicationem qua de agitur, minime videtur ambigendum;

Minus quoque officit quod opponitur, permissionem applicandi, in casu, non dari propter privatam sacerdotis utilitatem, sed propter publicam causam. Nonne enim in casu publica causa, et quidem Supremae Auctoritati comperta ab Eaque approbata, subest, nempe subveniendi Seminarii necessitatibus? Huius immo publicae causae utilitas, adeo peculiaris, in casu, comperta est, ut ***ipsi cedere*** debuerit communis utilitas procurandi per Missae consuetam applicationem, populi salutem; prout haec, quod ex adverso recolitur, cessit anno 1918 necessitati impetrandi finem atrocissime tunc saevientis belli. Ab inobedientiae igitur nota nullo modo excusandi videntur hi sacerdotes, qui suum iudicium iudicio Supremi Pastoris anteferentes, magis necessarium arbitrentur, quod ille in praesenti postponendum esse indicat.

II. ***De altero dubio*** haec afferebantur in votò elmi Consultoris. Pro huius dubii solutione - sic ille - tria principia videntur praemittenda: I° omnino esse prohibitum, ne a sacerdote binante duplex stipendium recipiatur, quae prohibitio pluribus resolutionibus huius S. Congregationis firmata transiit in Codicem, can. 824, § 2; 2°, non tamen est prohibitum, quominus sacerdos bis celebrans possit percipere aliquam remunerationem intuitu laboris et incommodi extrinseci. Id iam fuerat resolutum ab hac Sacra Congregatione in ***Treviren.*** 23 maii 1861 et pariter transiit in Codicem, ubi canoni laudato additur clausula ***excepta aliqua retributione ex titulo extrinseco.*** Prohibitio recipiendi duplex stipendium pro duplici Missa eadem die celebrata, licet in indultis binandi concedi solitis soleret exprimi illa formula « firma prohibitione « recipiendi eleemosynam ***pro secunda Missa*** », non tamen videtur ita esse intelligenda, ut eleemosyna non possit praecise recipi pro ***secunda*** Missa, sed ita ut non recipiatur stipendium ***nisi pro una Missa,*** sive demum haec sit prima sive secunda. Hac ratione prohibitionem interpretati sunt Konings-Putzer, ***Gomment, in Facultates Apostolicas,*** n. 160; Many, ***De Missa,*** num. 58; Card. Gennari, ***Quistioni Teologico-Morali,*** qu. 586. Et consonat ratio prohibitionis; nam, - ut monet Benedictus XIV, Constitutione ***Quod expensis, § Ut autem*** - prohibitionis ratio ea fuit « ut avaritiae et sordidis quaestionibus adimèretur occasio vel « saltem oblocutionibus silentium imponeretur: iam vero nec avaritiae « nec scandalo datur occasio, si pro una tantum Missa stipendium «recipitur, sive sit prima sive altera ». Cui interpretationi pariter favet ***Codex,*** a quo prohibitio (can. 824) effertur hoc modo: « Quoties « pluries in die celebrat, si ***unam*** Missam ex titulo iustitiae applicet, « sacerdos, praeterquam in die Nativitatis Domini, ***pro alia*** eleemosy- « nam recipere nequit, excepta aliqua retributione ex titulo extrinseco »;

ibi autem non fit distinctio inter ***primam*** et ***secundam,*** sed inter ***unam*** et ***aliam.***

Quibus positis, diversum responsum videtur dandum quoad diversis casibus. Nam l[9] si agatur de Capellanía, quae habeat onus Missam festis diebus celebrandi in determinato loco et hora, sed sine obligatione applicationis, sacerdoti qui celebravit Missam cum stipendio, si praeterea celebrat ut expleat onus huius Capellaniae, non debent tribui annui reditus Capellaniae illi diei respondentibus, sed ex incommodo seu gravamine extrinseco poterit ab Episcopo assignari aliqua congrua retributio. Attamen addendum est in hoc casu Episcopum non posse quod supersit applicare Seminario, nisi novum obtineat indultum, quia hic non est quaestio de ***applicatione Missae,*** et Episcopus solum obtinuit indultum ut stipendium secundae Missae a sacerdote binante celebratae possit recipi et applicari Seminario.

%. Si agitur de tertio casu, in quo determinatum stipendium est assignatum pro singulis Missis, quique provenit ex reductione plurium Missarum-cum stipendia non sint separanda a celebratione Missarum, illud stipendium est in favorem Seminarii devolvendum, si sacerdos binans, aliam Missam iam celebravit cum stipendio, et Episcopus poterit, propter incommoditatem et gravamen extrinsecum, aliquid detrahere ad retributionem celebrantis prudenti arbitrio aestimandam cum proportione ad illud gravamen. Attamen in hoc casu, Episcopus non videtur posse obligare binantem, ut precise hanc ***alteram*** Missam celebret favore Seminarii; sed ex dictis poterit sacerdos binans ***primam*** Missam celebrare pro Seminario, devolvendo ad Seminarium stipendium pro ipsa receptum, et hanc alteram celebrare recepto pro se stipendio, licet hoc sit pinguius. Nam cum sacerdos binans possit recipere stipendium pro una Missa, potest eligere quam velit, et pronum est ut pro se eligat, quae stipendium habeat pinguius; nec Episcopus in vim indulti recepti videtur hoc posse prohibere, cum obstet principium tertio loco propositum.

3. Si agitur de secundo casu, in quo Capellanía constat annuis reditibus cum obligatione ***celebrandi*** et ***applicandi*** Missam singulis diebus festis et etiam, ut videtur, nonnullis aliis diebus, res est difficilior; pendet enim ex natura fundationis. Nam: ***a)*** si fundatio ita est facta, ut pro singulis Missis celebrandis sit assignata quota pars integri reditus annui, tunc haec quota pars revera constituit stipendium Missae, quod proinde erit devolvendum in favorem Seminarii si binans iam celebravit cum stipendio. Sed in hoc casu valet quod de casu praecedenti dictum est, scilicet: Episcopum pro suo prudenti arbitrio posse aliquid

assignare binanti pro incommodo seu gravamine extrinseco; ex alia vero parte binantem non teneri hanc praecise Missam celebrare per se et devolvere in favorem Seminarii stipendium alterius Missae a se celebratae; 6) si vero quota pars redituum integri anni non est assignata pro singulis Missis, sed integri reditus sunt assignati capellano, qui habeat onus* Missas celebrandi, tunc habetur casus verae Capellaniae, quae instar beneficii est. Iam in hoc casu, quando capellanus celebrat per alium, non tenetur sacerdoti celebranti dare integros reditus illi diei respondentibus, sed satis est ut det eleemosynam iuxta taxam synodalem, quod etiam firmatur ***Codice,*** can. 840, § 2; ergo, in casu, haec eleemosyna iuxta taxam synodalem detracta, erit devolvenda in favorem Seminarii. Reliqua pars redituum, ubi desit capellanus, manent penes ipsam Capellaniam, et non satis clare apparet, quod Episcopus illam partem possit applicare Seminario vi indulti recepti, quia indultum solum agit de stipendio Missae a sacerdote binante in favorem Seminarii. Ad hoc ut Episcopus id posset facere, deberet constare, ex modo quo Capellanía fundata est, hunc casum posse reduci ad praecedentem.

4. Quatenus quarto loco quaeritur utrum quod de aliis sacerdotibus binantibus dictum est, dici pariter debeat de parocho binante : ius ***Codicem*** praecedens erat, quod parochus binans propterea quod regeret duas paroecias, utramque Missam deberet applicare pro populo ideoque sine recepto stipendio; si vero binaret pro necessitate unius paroeciae, quam solam regendam haberet, tunc non teneri applicare utramque Missam pro populo, sed tamen pro neutra poterat recipere stipendium (Ita S. C. C. in ***Cameracen,,*** 22 sept. 1858).

Cum autem ***Codex*** in. hac parte aequiparaverit parochos Episcopis, qui tametsi regerent duas dioeceses non tenebantur applicare nisi unam Missam pro populo, (cann. 466, § 2; 824, § 2) et agens de sacerdote binante indiscriminatim agat de ***quolibet sacerdote,*** nec distinctionem faciat inter parochum et non parochum, concludendum videtur, quae ante dicta sunt de sacerdote binante, eadem prorsus ratione esse applicanda parocho binanti, sive bis celebret pro necessitate ***unius*** paroeciae, quae regat, sive bis celebret ipse pro duplici paroecia sibi commendatam. - Hucusque Consultoris votum.

Quare, etc.

RESOLUTIO. - Die 8 maii 1920 Sacra Congregatio Concilii, in plenariis Emorum ac Rmorum Patrum comitiis in palatio Apostolico Vaticano habitis, suprascriptis dubiis respondendum censuit:

Ad ***1: Affirmative.***

Ad II: Reformato dubio in hanc formulam «An tolerari possit « quod favore Causae Piae exigatur eleemosyna taxae dioecesanae dum- « taxât, relicto capellaniae reditu taxam excedente sacerdoti ex Apo- « stolico indulto Missam iteranti, vel pro populo dispensataci celebranti, « in casu » :

Si legitime sit designata eleemosyna, quum ea tota cedere debeat favore Causae Piae: ***Negative,*** salva tamen Ordinarii facultate aliquid assignandi sacerdoti celebranti, ratione incommodi vel laboris;

Si vero eleemosyna non sit legitime statuta: ***Affirmative;*** *seu.* cedere in casu favore Causae Piae dumtaxat eleemosynam taxae dioecesanae, facta item Ordinario facultate aliquid tribuendi eidem sacerdoti celebranti, ratione incommodi vel laboris.

Facta autem de praemissis SSmo Dno Nostro Benedicto Divina Provv. PP. XV relatione per infrascriptum S. Congregationis Secretarium in Audientia diei ix subsequentis, Sanctitas Sua resolutionem Emorum Patrum approbare et confirmare dignata est.

I. MORI, ***Secretarius.***

SACKA * CONGREGATIO RITUUM

I

ROMANA

PRO S. GABRIELE A VIRGINE PERDOLENTE, CONF.

Die 27 februarii

VARIANDA ET ADDENDA SEXTAE LECTIONI IN ULTIMA PERIODO

... Eum deinceps, magnis a Deo miraculis illustratum, Summus Pontifex Pius decimus in beatorum, Benedictus vero decimus quintus in sanctorum caelitum album inscrípsit.

ELOGIUM MARTYROLOGIO ROMANO INSERENDUM

Die 27 februarii

Insulae, in Aprútio, sancti Gabrielis a Virgine Perdolente, Confessoris et Clerici Congregationis a Cruce et Passióne Domini nuncupatae; qui, magnis intra breve vitae spatium meritis et post mortem miraculis clarus, a Benedicto Papa décimo quinto in sanctorum canonem relatus est.

PRO S. MARGARITA MARIA ALACOQUE, VIRG.

Die 17 octobris

ULTIMA PERIODUS SEXTAE LECTIONIS ITA VARIANDA ET COMPLENDA

... Caelestem eius gloriam miracula confirmarunt: quibus rite probatis,-magna piorum gratulatióne, Margaritam Mariam Summus Pontifex Pius nonus in beatárum, Benedictus autem decimus quintus in sanctarum Virginum coetum inscripsit.

ELOGIUM MARTYROLOGIO ROMANO INSERENDUM

Die 17 octobris

Paraédii, in dioecesi Augustodunénsi, sanctae Margaritae Mariae Alacoque, quae, Ordinem Visitationis beatae Mariae Virginis proféssa, eximiis in devotione erga sacratissimum Cor Jesu propaganda et público eiusdem cultu provehendo meritis excélluit; atque in sanctarum Virginum album a Benedicto Papa décimo quinto relata fuit.

PRO S. IOANNA DE ARC, VIRG.

Die 30 maii

ULTIMA PERIODUS SEXTAE LECTIONIS ITA VARIANDA ET COMPLENDA

... Postremo Ioannam de Arc Summus Pontifex Pius decimus in beatárum, Benedictus vero decimus quintus in sanctarum Virginum numerum retulit.

ELOGIUM MARTYROLOGIO ROMANO INSERENDUM

Die 30 maii

Rothomagi, sanctae Ioannae Arcensis Virginis, Puellae Aurelianensis appellatae, quae, cum fortiter pro patria dimicásset, tandem in hostium potestatem tradita, iniquo iudicio condemnáta est et igne combùsta; atque a Benedicto décimo quinto Pontífice Máximo sanctarum fastis adscripta.

Sanctissimus Dominus noster Benedictus Papa XV, referente infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto, suprascripta additamenta sextae cuique Lectioni historicae in respectivo Officio appo-

menda de S. Gabriele a Virgine Perdolente, Confessore, de S. Margarita Maria Alacoque, Virgine, ac de S. Ioanna Arcensi, Virgine; itemque de iisdem singulis Caelitibus elogia in Martyrologio Romano respectivis diebus inserenda, ab eadem Sacra Congregatione revisa et disposita, approbavit.

Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 25 iulii 1920. -

rj< A. CARD. Vrco, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

& R. C. Praefectus

I, **^** S. .

Alexander Verde, ***Secretarias.***

II

URBIS ET ORBIS

Die 18 iunii.

S. EPHRAEM SYRÍ, DIACONI, CONF. ET ECCLESIAE DOCTORIS

Duplex

Omnia de Communi Doctorum, praeter sequentia.

IN I VESPERIS

Ad Magnif. Ant. O Doctor optime, Ecclesiae sanctae lumen, beate Epliraen, divinae legis amator, deprecare pro nobis Filium Dei.

Oratio

Deus, qui Ecclesiam tuam beati Ephraem Confessoris tui et Doctoris mira eruditione et praeclaris vitae meritis illustrare voluisti: te supplices exoramus; ut, ipso intercédente, eam adversus erroris et pravitatis insidias perenni tua virtute deféndas. Per Dominum.

Et fit Commemoratio Ss. Marci et Marcelliani Mm., Ant. Istorum est enim. *f.* Laetämini in Domino.

Oratio

Praesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut qui sanctorum Martyrum tuorum Marci et Marcelliani natalitia colimus; a cunctis malis imminéntibus eorum intercessiónibus liberemur. Per Dominum.

In 1 Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II NOCTURNO

Lectio iv

Ephraem, natione Syrus, Nisibi, Mesopotamiae urbe, patre agrícola et idolorum sacerdote natus, domo expulsus, adhuc iuvenis ad sanctum Iacobum episcopum se contulit, a quo baptizatus, brevi ita sanctitate et doctrina profecit, ut in schola Nisibi fiorente magister fuerit constitutus. Post Iacobi episcopi mortem, Nisibi a Persis capta, Edéssam profectus est: ubi primum in monte inter monachos consédit, deinde, ut plurimos ad se confluentes homines vitáret, vitam duxit eremiticam. Edessénae Eoclésiae diaconus ordinatus, et ob humilitatem sacerdotium recusans, omnium virtutum splendóre enituit, et pietatem et religionem vera sapientiae professióne sibi comparare sategit. Spem omnem in solo Deo detixam habens, quaevis humana ac transitòria contémnens, divina ac sempiterna assidue concupiscébat.

BJ. Honestum.

Lectio v

Gaesaréam Gappadóciae, divino ductus spiritu, cum petiisset, ipsum ibi os Ecclesiae Basilium vidit, et uterque mutua consuetudine opportunum in modum usus est. Ad innúmeros errores refelléndps, qui, tunc temporis grassantes, Ecclesiam Dei divexábant, atque ad mysteria Domini Nostri Iesu Christi sedulo illustranda, plurimas edidit lucubratiónes, syro sermone compositas, et fere omnes in linguam graecam versas ; atque, teste sancto Hieronymo, ipse ad tantam venit claritudinem, ut, post lectionem Scripturarum, publice in quibusdam ecclesiis eius scripta recitaréntur.

RJ. Amavit.

Lectio v)

Universa illius ópera, tam splèndido doctrinae lumine referta, effecerunt, ut idem Sanctus, adhuc vivens, tamquam Ecclesiae Doctor, magno honore habitus fuerit. Métrica quoque cántica composuit in laudem Beatissimae Virginis Mariae ac Sanctorum: quam ob causam a Syris Spiritus Sancti cíthara mérito fuit appellatus. In mirifica ac pia devotione erga eamdem Virginem Immaculatam primum excélluit. Meritis plenus, Edessae, in Mesopotámia, décimo quarto calendas **iulii,** decessit sub Valènte príncipe: eumque, instantibus pluribus Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, et religiosis familiis, Benedictus Papa decimus quintus, ex Sacrorum Rituum Congregationis consulto, universalis Ecclesiae Doctorem declaravit.

RJ. Iste homo. ^

IN III NOCTURNO

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum

Cap. 5, 13-19

Lectio vij

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Vos estis sal terrae. Quod si sal evanuerit, in quo saliétur? Et reliqua.

Homilia sancti Ephraem Syri, Diaconi

Sermo de vita et exercitatione monastica

Praeclarum est bonum inchoare atque perficere, et gratum Deo esse et utilem próximo, ipsique summo ac dulcissimo rectori nostro Christo Iesu placere, qui ait: Vos estis sal terrae, et columna caelorum. Labor afflictiónis tuae, dilectissime, tamquam somnus est; porro laboris requies inenarrábilis atque inaestimabilis. Attènde ergo tibi ipsi sollicite, ne utrumque pariter amittas, dum neutrum plene persequens, praesentem scilicet sempiternamque laetitiam. Stüde potius perfectam virtutem consequi, ornátam atque insignítam ómnibus quae diligit Deus. Hanc si assequáris, numquam irritábis Deum, neque proximum tuum violábis.

RJ\ Iste est.

Lectio viij

Porro virtus ista, única uniúsque speciei dicitur, variarum virtutum in se ipsa habens pulchritudinem. Diadèma regium absque pretiosis lapídibus candentibúsque margaritis connecti texique non potest; ita et haec única virtus sine variarum fulgóre virtutum constare nequit. Est enim profecto simillima diademati règio. Nam, ut illi, si lapis unus aut margarita defuerit, in règio capite lucere pléniter nequit; ita et haec única virtus, nisi virtutum ceterarum honore conséritur, perfecta virtus non appellatur. Similis item est pretiosissimis epulis, exquisitissimis condiméntis praeparatis, sed sale carentibus. Sicut enim pretiósi illi cibi sine sale comedi nequeunt; ita et ista virtus uniformis, si variarum virtutum gloria et honore decoretur, absit autem Dei proximique dilectio, vilis prorsus atque contemptibilis est.

R]*. In medio Ecclesiae.

Pro Ss. Marco ßt Marcelliano Mm.

Lectio ix

Marcus et Marcelliánus, fratres Romani, propter christianam fidem a Fabiano duce comprehensi, ad stipitem alligati sunt, pedibus clavis confixis. Ad quos cum ita loqueretur iudex: Resipiscite, miseri, et vos ipsos ab his cruciátibus erípite, responderunt: Numquam tam iucúnde epuláti sumus, quam haec libenter, Iesu Christi causa, perférimus, in cuius amóre nunc fixi esse ccêpimus. Utinam tamdiu nos haec pati sinat, quamdiu hoc corruptibili corpore vestiti erimus! Qui diem noctémque in tormentis divinas laudes callentes, dénique, telis transfixi, ad martyrii gloriam pervenerunt. Quorum corpora via Ardeatina sepulta sunt.

Te Deum laudamus.

Sicubi autem ix Lectio alicuius Officii simplificati non fuerit dicenda, erit sequens

Lectio ix

Adèpti sunt quidam huiusmodi virtutem, ipsamque veluti regium diadema conseréntes, multum ex ea ornaménti cepérunt. Postmodum vero, vilissimae rei cuiuslibet gratia, virtutem adeo illustrem deduxerunt ad nihilum. Alligata enim est illorum mens terrenarum rerum curis, atque vinculis huiusmodi praepedita virtus caelum intrare non potuit. Vigilanter itaque, cave, dilecte mi, ne, teipsum his nexibus vinciens, inimico ad praedam pateas; neque mirabilem illam clarissimámque virtutem amittas, quam tanto labore quaesiisti, neque illam prohibeas caelestes ingredi ianuas, neque rubore confusam ante thálamum statuas, neque capillo uno humi affigi permittas. Ceterum da illi liberam **fidu**ciam vocémque excélsam, ut exsultans intróeat thálamum, ac sublimi voce sua praemia repetat.

Te Deum laudamus.

Ad Laudes fit Commemoratio Ss. Marci et Marcelliani: Ant. Vestri capilli capitis, f. Exsultábunt sancti.

Vesperae a Capitulo de sequenti, Commemoratio praecedentis ac Ss. Qervasii et Protasii M,m.

Missa In medio Ecclesiae, ***praeter Orationem*** Deus qui Ecclesiam, ***ut in Officio.***

DE S. EPHRAEM DIACONO, CONFESSORE ET ECCLESIAE DOCTORE

ELOGIUM MARTYROLOGIO ROMANO INSERENDUM

Die 18 iunii

Edessae, in Mesopotámia, sancti Ephraem, Diaconi Edesséni et Confessoris; qui, post multos labores pro Christi fide susceptos, doctrina et sanctitate conspicuus, sub Valènte imperatóre, quievit in Domino, et a Benedicto Papa decimo quinto Doctor Ecclesiae universalis est declaratus.

Quum nuperrime Litteris Encyclicis ***Principi Apostolorum*** diei 5 octobris vertentis anni Sanctus Confessor Ephraem, Diaconus Edessenus, Doctor Ecclesiae ab Apostolica Sede declaratus sit, eiusque festum, sub ritu duplici celebrandum, in Kalendario Universalis Ecclesiae die decima octava iunii insertum fuerit; Officium de eodem Sancto Ephraem proprium cum Missa, nec non Elogium Martyrologio Romano inserendum Rmi Dñi Patriarchae Antiochenus Syrorum, Antiochenus Maronitarum et Babylonensis Chaldaeorum supremae sanctioni Sanctissimi Domini Nostri Benedicti Papae XV humiliter subiecerunt. Sanctitas porro Sua, referente infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto, suprascriptum Officium cum Missa de Sancto Ephraem, Confessore atque Ecclesiae Doctore, eiusque Elogium Martyrologio Romano ad diem 18 iunii inserendum, ab eodem Sacro Consilio revisum ac dispositum, suprema Auctoritate Sua approbavit: servatis Rubricis.

Contrariis non obstantibus quibuscunque. Die 14 octobris 1920.

A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. R. C. Praefectus.

L. © S.

Alexander Verde, ***Secretarius.***

III

DUBIUM CIRCA LITANIAS LAURETANAS

A Sacra Rituum Congregatione expostulatum est: « An attento « decreto Sacrae Poenitentiariae Apostolicae (Sectio de Indulgentiis) diei « 21 iulii 1919 circa Indulgentias Litaniis Marialibus adnexas, Litaniae

« Lauretanae cantari possint per trinas invocationes, respondente quartam fideli plebe ».

Et Sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, ita respondendum censuit: *«Affirmative* seu Litaniae Lauretanae « cantari possunt per .trinas invocationes cum singulis respectivis *ora « pro nobis,* populo quartam invocationem cum respectivo *ora pro nobis* « respondente ».

Atque ita rescripsit ac declaravit. Die 15 octobris 1920.

£g A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

S. R. C. Praefectus.

L. ✠ S.

Alexander Verde, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEL CONCILIO

AVVISO

Ai giovani ecclesiastici che desiderano iscriversi allo Studio presso questa S. Congregazione, ripristinato con decreto dell'11 novembre 1919, si rende noto che il tempo utile per tale iscrizione avrà termine col I° del prossimo dicembre.

Roma, dalla Segreteria della S. Congregazione del Concilio, 24 ottobre 1920.

G. Mori, ***Segretario.***

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 26 ottobre 1920, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con ***V*** intervento degli Emi e Rmi Signori Cardinali e col voto dei Rmi Prelati Officiali e dei Consultori teologi, componenti la S. Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione ***Preparatoria*** per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dalla Ven. Serva di Dio Teresa Eustochio Verzeri, fondatrice dell'Istituto delle Figlie del S. Cuore di Gesù.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

12 ottobre 1920. Mons. Luigi Sincero, ***Assessore della Sacra Congregazione Concistoriale.***

» » » Mons. Francesco Vagni, ***Uditore di Nunziatura di Ia classe.***

13 » » L'Emo sig. Card. Oreste Giorgi, ***Protettore dell'Ordine dell'Annunziata che ha la Casa Madre a Villeneuve-snr-Lot.***

25 » » Mons. Giacomo Sole, ***Uditore della Sacra Romana Rota.***

26 » » L'arno sig. Card. Teodoro Valfré di Bonzo, ***Protettore della Congregazione Olivetana.***

30 » » L'Emo sig. Card. Andrea Friihwirth, ***Protettore della Congregazione delle Suòre « de la réunion au Sacré Coeur de Jésus ».***

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare;

Assistente al Soglio Pontificio:

25 settembre 1920. Mons. Francesco Ciceri, vescovo di Pavia.

Protonotari apostolici ad instar participantium :

30 settembre 1920. Mons. Agostino de Jesus e Sousa, dell'archidiocesi di Braga.
7 ottobre » Mons. Giovanni Turner, della diocesi di Dunkeld.
» » » Mons. Giovanni Ritchie, dell'archidiocesi di Glasgow.
8 » » Mons. Massimiliano Brenner, rettore di Santa Maria dell'Anima in Roma.

Prelati Domestici di S. S.:

22 agosto 1920. Mons. Giovanni H. 0' Neil, della diocesi di Columbus.
» » » Mons. Francesco W. Howard, della medesima diocesi.

ONORIFICENZE

Coa Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze:

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

24 ottobre 1920. Al sig. Raffaele Errazuriz Urmeneta, già inviato straordinario e ministro plenipotenziario del Cile presso la Santa Sede.
» » » Al sig. marchese Giovanni Sacchetti, foriere maggiore dei SS. PP. AA.

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

12 ottobre 1920. Al sig. Giovanni Van Dyk, dell'archidiocesi di Malines.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

28 agosto 1920. Al sig. cav. Antonio Cásale, della diocesi di Padova.
17 settembre » Al sig. Francesco Perlasca, della diocesi di Brescia.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

23 settembre 1920. Al sig. conte Ermanno Wolf-Metternich Zur Gracht, dell'archidiocesi di Strigonia.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

23 settembre 1920. ÀI sig. Guido Galardi, di Roma.
27 » » Al sig. avv. Domenico Ardia, dell'archidiocesi di Napoli.

27 settembre 1920. Al sig. Francesco Banning, della diocesi di Bois-le-Duc.
13 ***ottobre*** » Al sig. Vittore de Lattaignant, della diocesi di Arras.
15 » » Al sig. Enrico Emilio Adolfo Leone Maria Van Dooren, della diocesi di Bois-le-Duc.
» » » Al sig. Pietro Enrico Loeff, della medesima diocesi.,

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

31 maggio 1920. Mons. Mattia Rudolf, della diocesi di Cinque Chiese.
5 ***agosto*** » Mons. Ulderico Karlik, dell'archidiocesi di Olmiitz.
6 ottobre » Mons. Giovanni Miozzi, di Roma.
19 » » Mons. Dionisio Napal, dell'archidiocesi di Buenos-Aires.
20 » » Moas. Angelo Gobbetti, della diocesi di Cremona.
20 » » Mons. Luigi Drago, della diocesi di Bergamo.
23 ottobre » Mons. F. C. Kolbe, della Prefettura apostolica del Transwaal Settent.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

26 febbraio 1920. Mons. Emilio Valenzuela, dell'archidiocesi di Bogota.
» » » Mons. Andrea Restrepo Saens, della medesima archidiocesi.

Cameriere d'onore di Spada e Cappa soprannumerario di S. S. :

16 ottobre 1920. Il sig. Giovanni Campa, di Roma.

Cappellani Segreti d'onore di S. S. :

19 agosto 1919. Mons. José Garcia, della diocesi di Cuzco (Perù).
15 giugno 1920. Mons. Giulio Lajos, della diocesi di Cinque Chiese.
20 ottobre » Mons. Corrado Marinozzi, della diocesi di Macerata.

NECROLOGIO

ottobre 1920. Mons. Ermanno Zschokke, vescovo tit. di Cesarea di Filippo, ausiliare dell'arcivescovo di Vienna.
» * Mons. Eugenio Garvey, vesc. di Altoona (Stati Uniti d'America).
» » Mons. Tommaso Beaven, vescovo di Springfield (Stati Uniti d'America).

Annus XII • Vol. XII 1 Decembris 1920 Nun. 13

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

EPISTOLA ENCYCLICA

AD PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS, PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES I DE PUERIS EX BELLO EGENTIORIBUS ITERUM ADIUVANDIS.

BENEDICTUS PP. XV

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Annus iam plenus est, cum, recenti adhuc bello, christianos omnes appellavimus, ut, Domini Nostri adventante Natali die, misericordia commoverentur puerorum Europae mediae, fame et inopia tam graviter laborantium ut macie extabescerent et mortem oppeterent. Implorationem vero Nostram, ab ea profectam caritate, quae universos, quotquot divinam imaginem in se referunt, nullo stirpium ac nationum discrimine, benigne complectitur, vehementer equidem laetamur non cecidisse irritam; idque est vobis praecipue, Venerabiles Fratres, exploratissimum, qui tam salutari in incepto operam Nobis studiumque vestrum in primis navastis. Etenim, veluti nobilissimo inito liberalitatis certamine, copiosa pecuniae vis undique gentium conrogata est, qua communis omnium Pater tot innocentium puerorum et necessitatibus consuleret et dolorem abstergeret; neque unquam desinemus Dei praedicare benignitatem, cui placuit tanta christianae beneficentiae emolumenta per Nos in dere-

lictos filiólos derivari. Qua in re, Nobis temperare non possumus quin Societati « Save the Children Fund » nuncupatae publicum praeconium tribuamus, quod in stipe, vestibus cibariisque colligendis nullam omnino curam ac diligentiam praetermiserit.

Verum, indigentia rerumque omnium caritas, quam bellum attulit, tam multiplex ac varia est, ut quae suppeditavimus adiumenta, ea nec fortasse in omnes partes, ubi necessitas aderat, pervenere, nec, ubicumque praebita sunt, necessitati paria exstiterunt. Huc accedit quod, vertente anno postquam ad vos, Venerabiles Fratres, de hoc ipso argumento Encyclicas dedimus Litteras, haud multum amplificata sit plerarumque regionum fortuna, in quibus constat populum, ac praesertim infantes, duriorem adhuc vitam ob rerum tenuitatem agere. Immo etiam bellum alicubi denuo exarsit cum ingenti eorum quae consequi necesse est damna et omne genus calamitates; alibi, rebus publicis eversis patratisque indignissimis maximisque caedibus, factum est ut innumerabiles familiae ad egestatem redactae, coniuges orbati sint coniugibus, filii parentibus. Nec rarae sunt regiones, ubi commeatibus et rei frumentariae tam difficile prospicitur, ut vel iisdem populus conflictetur angustiis, quibus teterrimi belli tempore premebatur.

Conscientia igitur universae, quam sustinemus, paternitatis iterum permoti, et Divini Magistri vocem illam usurpantes: « Misereor super turbam quia... non habent quod manducent », cum Christi nascentis properet anniversarius dies, christianas gentes iterum inclamamus, ut dent Nobis unde aegris afiectisque pueris, quicumque ii sunt, nonnihil levaminis impertiamus. Quod ut largiter efficiant, omnes sane, quotquot benignitatis et misericordiae habent viscera, appellamus, sed praecipuo quodam modo ad pueros copiosiorum civitatum convertimur, qui fraterculis in Christo suis subvenire facilius queant. Christi Iesu Natalem diem nonne ipsi veluti proprium festum habent? Nonne pueri derelicti dissitarum regionum, ipsis supplices tendere manus, et cunas, ubi divinus vagit Infans, commonstrare videantur? Nonne Infans ille frater omnium communis est? Qui <(egenus factus est, cum esset dives », et ex praesepi illo,

quasi e cathedra caelestis sapientiae, tacitus admonet, non modo quanti fraterna habenda sit caritas, sed etiam quantum homines, inde a prima aetatula, oporteat a cupiditate bonorum huius mundi disiungi, eaque cum pauperibus Christo similitudine propioribus participare.

Suppetet profecto pueris locupletiorum regionum unde languentes aequales alant ac vestiant, per proxima praesertim Dominici Natalis sollemnia, quae parentes munusculis ac donis laetiora efficere filiis suis consueverunt. Quos numquid putabimus ita animo comparâtes, ut ne partem quidem peculii sui, qua egentium puerorum valetudinem sustentent, missam facere velint? O quantum solacii, quantum sibi parituri sunt gaudii, si quidem effecerint ut paulo commodius, ut paulo iucundius fraterculi, omnibus destituti praesidiis atque oblectamentis, proxirrios\dies festos exigant! Quemadmodum enim Iesus Infans pastores ipsum, nocte natalicia, adeuntes cum donis quae eius paupertatem sublevarent, dulcissimo risu beavit praecipuâque fidei gratia conlustravit, sic benedictione sua caelestibusque gratiis eos remunerabitur pueros, qui, caritate eius incensi, parvulorum fratrum miseriam maeroremque lenierint, qua re nullam Iesu Infanti acceptiorem per eos dies perficere et offerre possint. Itaque christianos parentes, quibus Divinus Pater gravissimum commisit officium sobolis ad caritatem aliasque virtutes conformandae, impense hortamur, fausta hac utantur opportunitate ad humanitatis piaeque miserationis sensus in filiorum animis excitandos atque excolendos. Quo in genere, placet exemplum proponere imitatione dignissimum; meminimus enim, superiore anno, haud paucos e patriciis Romanis familiis pueros ad Nos stipem coram defluisse, quam, parentibus auctoribus, inter se non sine aliqua proprii oblectamenti iactura collegérant.

Diximus, hoc caritatis et beneficentiae opus esse Infanti Iesu perplaciturum. Et sane cur nomen Bethlehem idem sonat ac <(Domus Panis », nisi quia ibi **Christus in lucem edendus erat, qui, de nostra infirmitate sollicitus, se dedit in cibum animis nostris alendis, docuitque nos hisce verbis « Panem nostrum**

quotidianum da nobis hodie » animi corporisque nutrimenta a^ Patre cotidie exposcere? O quantum *dilataretur cor Nostrum* si pro certo haberemus fore, ut per natalicia sollemnia nulla esset domus quae solacio ac iucunditate careret, puer nullus cuius animulam matris tristitia perstringeret, nulla denique mater quae filiólos lacrimantibus oculis intueretur.

Propositum igitur Nostrum, haud aliter ac superiore anno, vobis, Venerabiles Fratres, ad effectum deducendum committimus, atque iis in primis qui in regionibus degunt quae prosperiore fortuna et tranquilliore rerum ordine utuntur. Cum autem animis vestris alte insidere oporteat illud Christi Domini : « Qui susceperit unum parvulum talem in nomine meo, me suscipit », nihil intentatum relinquatis rogamus, ut fidelium, quibus praeestis, liberalitas ac munificentia necessitatum magnitudini respondeat. Itaque volumus, in diem duodetricesimum huius mensis Innocentibus sacrum, vel in diem festum de praecepto, si mavultis, proxime superiorem, iam nunc indicatis stipis collationem in tota dioecesi cuiusque vestra habendam pueris ex bello egentioribus sustentandis, eamque dioecesanis pueris praecipue suadeatis; pecuniam vero sic collectam ad Nos vel ad Societatem « Save the Children Fund », quam memoravimus, perferendam pro diligentia vestra curatis. Quod vero ad Nos pertinet, ut, postquam fideles verbo cohortati sumus, eos exemplo quoque Nostro ad largiundum permoveamus, centum millia libellarum italicarum sanctissimo huic caritatis operi attribuimus. Caelestium interea praemiorum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, vobis, Venerabiles Fratres, et clero populoque vestro universo, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die i mensis Decembris anno MDCCCCXX, Pontificatus Nostri septimo.

BENEDICTUS PP. XV

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE BONO IESU DE P1AUHY

ERECTIO PRELATURAE NULLIUS

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ecclesiae universae regimen, Nobis ex alto commissum, onus Nobis imponit diligentissime curandi, ut in orbe catholico circumscriptionum ecclesiasticarum numerus, ceu occasio vel necessitas postulat, augeatur, ut, coarctatis dioecesum finibus ac proinde minuto fidelium grege singulis Pastoribus credito, Praesules ipsi munus sibi commissum facilius ac salubrius exercere possint.

Ut autem praestantius bono spirituali fidelium in Dioecesi Piahunensi consulatur, Nos, de consensu venerabilis fratris Octaviani Pereira de Albuquerque, Episcopi Piahunensis, hanc Dioecesim dividendam et novam Praelaturam Nullius ibi erigendam esse censuimus. Quare Nos, utentes potestate S. Sedi reservata in Apostolicis sub plumbo Litteris, quarum initium ***Ad universas orbis ecclesias,*** die vigesimaseptima mensis aprilis* anno Domini millesimo octingentesimo nonagésimo secundo datis, libere novam ineundi in Brasiliana ditione dioecesum circumscriptionem, quoties id in Domino expedire visum fuerit; habitisque consiliis cum dilectis filiis Nostris S. R. E. Cardinalibus S. Congregationi Consistoriali praepositis ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel sua interesse praesumant, consensu, a memorata dioecesi Piahunensi sequentes paroecias dividimus ac seiungimus: ***Sâo Raymundo Nonnato, Bon Jesus do Gurgucia, Paranaguà, Gorrente, S. Filomena,*** in quibus finibus erigimus et instituimus Praelaturam Nullius « de Bono Iesu de Gurgueia de Piauhy » seu ***Bon Jesus de Gurgucia do Piauhy*** nuncupandam; donec haec in propriam Dioecesim erigi possit; simulque decernimus, ut haec Praelatura, ad omnes iuris effectus, sit vere et proprie nullius dioeceseos, usquedum de ea aliter disponere visum fuerit, et Archidioecesi Beiemensi de Para eiusque Archiepiscopo pro tempore, tamquam suffraganea, sit subiecta.

Huius Praelaturae fines iidem erunt ac fines Paroeciarum, de quibus supra. Eiusque sedes erit in urbe vulgo ***Bon Jesus do Gurgueia*** ipsaque Paroecialis Ecclesia in Praelatitiam Ecclesiam constituimus.

Omnia igitur iura et privilegia iisdem concedimus, quibus ceterae civitates et ecclesiae episcopales in Brasiliana regione earumque cives fruuntur et gaudent ac Codicis Canonici statuta permittunt: itemque in eadem Ecclesia sedem et dignitatem praelatitiam ad instar episcopalis dignitatis instituimus pro uno Praelato nullius dioeceseos, qui eisdem Ecclesiae et Praelaturae praesit cum iuribus, officiis, mensa, honoribus et privilegiis, quibus ecclesiarum Praesules in Brasiliis utuntur et gaudent, iis dumtaxat exceptis, quae ex peculiarii indulto, vel ex iure ad solos Episcopos pertinent.

Ut vero constitutus Praelatus in assignato sibi territorio omnes proprii muneris partes explere possit ac valeat, simulque omnia munera obire, uti Episcopi in suis dioecesibus, statuimus ut ipse Praelatus charactere episcopali sit insignitus, eidemque idcirco, simul cum Praelatura, titulus episcopalis ex Summi Pontificis praescripto erit conferendus: ideoque idem Praelatus, dignitate episcopali ita auctus, eamdem tum ordinis tum iurisdictionis exercebit in suo territorio potestatem, quam Episcopi in suis dioecesibus: ideoque, sicut iisdem ac Episcopi iuribus et honoribus fruitur, ita iisdem adstringetur legibus et officiis. Quae praeterea in memoratis Apostolicis sub plumbo Litteris diei vigesima septimi mensis aprilis anni millesimi octingentesimi nonagesimi secundi constituenda disponuntur de novarum Dioecesum in Brasiliana Republica honoribus, gradibus, privilegiis, indultis et favoribus, de novorum Episcoporum potestate, auctoritate et attributionibus, de ipsorum denique Christifidelium iuribus et muniis, de documentorum traditione aliisque id genus, omnia, congrua congruis referendo, quoad novam Praelaturam Nullius, religiose serventur, iuxta Canones Codicis Iuris Canonici et Concilii Plenarii Americae Latinae.

Huius autem Praelaturae dotationi, divini cultus expensis aliisque necessitatibus, ut consulatur, eidem in dotem assignamus et attribuimus oblationes, subsidia, et donationes quascumque, quae titulo gratuito ad hunc finem conferuntur.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros

effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observari debere, et si secus super bis a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus.

Hisce itaque ut supra constitutis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Sanctinum Mariam a Silva Continho, archiepiscopum Belemensem de Para, eidem tribuentes necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi ad effectum, de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, ac definitive pronuntiandi super quavis difficultate et oppositione in exsecutionis actu quomodolibet oritura, facto insuper eidem onere ad Sacram Congregationem Consistorialem intra sex menses transmittendi authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus universalibusque conciliis editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem ut harum litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius in ecclesiastica dignitate constituti munitis, adhibeatur in iudicio et extra illud eadem prorsus fides, quae eisdem praesentibus adhiberetur, si originaliter forent exhibitae vel ostensae.

Nemini ergo liceat quae hisce litteris Nostris dismembrationis, erectionis, subiectionis, decreti, commissionis, mandati, derogationis et voluntatis statuta sunt infringere, vel eis ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae, apud sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo, die octava mensis iunii. Pont. Nostri anno sexto.

j$j C. CARD. DE LAI
Episcopus Sabinensis
Secret. S. Congr. Consistorialis.

P. CARD. GASPARRI
a Secretis Status.

Ludovicus Schüller, ***Protonotarius Apostolicus.***
Leopoldus Capitani, ***Reg. subst. ex spec. deleg.***

Loco plumbi

Beg. in Cane., vol. XXI, n. 29.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

CONLEGIUM THARSIGII URBANUM IN ARCHISODALITATEM ERIGITUR CUM FACULTATE AGGREGANDI ET COMMUNICANDI INDULGENTIAS QUIBUS LOCUPLETATUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Conlegium Tharsicii hac alma in Urbe canonice constitutum, sodalium numero non minus quam susceptorum operum laude adeo floret, ut iure singulare Pontificiae voluntatis pignus pro mereatur. Expedit sane, et Romanorum Pontificum usu institutoque acceptum est, ut frugifera sodalitia,'quae, quasi auxiliariae cohortes militantis Ecclesiae, clerum in sacri muneris exercitatione adiuvant atque ad pietatis studia christianam plebem excitant, honorificis titulis ac privilegiis non minus quam spiritualibus gratiis augeantur. Idcirco cum moderator eiusdem Conlegii a sancto Tharsicio martyre, enixis Nos precibus flagitaverit, ut illud ad primarii dignitatem Sodalitii evehere de Apostolica benignitate dignaremur, Nos optatis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Quam ob rem, audito S. R. E. Cardinali S. Concilii Congregationi Praefecto, Conlegium a sancto Tharsicio in Urbe hac alma canonice erectum, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi perpetuumque in modum ad Archisodalitii primarii dignitatem evehimus cum solitis adiectis privilegiis. Conlegii autem enunciati sic ad Archisodalitii primarii gradum per Nos erecti officialibus et sodalibus praesentibus et futuris, Apostolica pariter Nostra auctoritate, praesentium tenore, itemque perpetuo, veniam facimus, ut ipsi, servatis forma Constitutionis Clementis PP. VIII rec. mem. Nostri praedecessoris aliisque Apostolicis Constitutionibus desuper editis, alia quaelibet Conlegia eiusdem tituli atque instituti canonice erecta, ubique terrarum, sibi aggregare rite queant, et cum illis indulgentias omnes ipsi primario Archisodalitio de Urbe a Sede Apostolica concessas, vel concedendas in posterum, dummodo eaedem cum aliis communicari queant, communicare licite similiter possint. Peculiaribus autem indulgentiis hoc Primarium a sancto Tharsicio Sodalitium in perpetuum locupletare intendentes, conlatis consiliis cum S. R. E. Cardinali Poenitentiario Maiore, de omnipotentis Dei misericordia, et BB. Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus et singulis fidelibus,

qui ipsum Tharsicii Gonlegium in posterum ingredientur, die primo eorum ingressus, si vere poenitentes et confessi, sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumpserint, plenariam; ac tam inscriptis, quam in posterum inscribendis enunciato in Conlegio sodalibus in cuiuslibet eorum mortis articulo, si vere poenitentes ac confessi ac sacra communione refecti, vel, quatenus id agere nequiverint, nomen Iesu ore si potuerint, sin minus corde devote invocaverint, et mortem tamquam peccati stipendium patienter susceperint, etiam plenariam; praeterea iisdem nunc et in posterum similiter ipsum in Gonlegium adlectis sociis, si pariter admissorum exomologesi sacramentali expiati et caelestibus epulis refecti, singulis annis, Nativitatis, Epiphaniae, Paschatis Resurrectionis, Ascensionis et Corporis D. N. I. G. festis diebus, nec non sollemnitate Pentecostes; item festivitatibus Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis et Immaculatae Conceptionis Virginis Deiparae; denique diebus festis sancti Iosephi, Deiparae Sponsi, et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, ac celebritate Sanctorum Omnium; vel uno e septem diebus continuis, immediate respective omnes praedictos dies festos sequentibus, ad cuiusque lubitum eligendo, propriam Conlegii ecclesiam sive sacellum si exstet, secus publicum quodvis templum visitent, ibique pro Christianorum principum concordia, haeresum exstirpatione, peccatorum conversione ac sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effundant, quo die iniuncta pietatis opera impleant, pariter plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Singulis quoque et universis ex utroque sexu fidelibus, qui, vere poenitentes ac confessi et sacra communione refecti, piis exercitiis enunciati ConJegii interfuerint et ecclesiam ubi ea exercitia peracta fuerint, aut aliud quodvis publicum templum visitent quotannis, die festo sancti Tharsicii, archisodalitii titularis, aut uno infra octiduum die ad lubitum eligendo, similiter quo die iniuncta impleverint, plenariam: nec non semel in mense, si, ut supra dispositi, nempe confessi et sacra Synaxi recreati, sollemni expositioni sanctissimi Sacramenti, iuxta archisodalitii tabulas peragendae, adfuerint, ibique ut supra oraverint, item plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino largimur. Ad haec omnibus et singulis archisodalitii a divo Tharsicio martyre praesentibus ac futuris sociis, si diebus festis quibus ordinarii eiusdem sodalitii conventus habentur, iis aderint, ibique preces, uti superius diximus, fuderint tres annos; quoties vero qualibet in ecclesia vel oratorio Sacramentum augustum celebrent, de numero poenalium in forma Ecclesiae solita trecentos dies expungimus. Porro volumus, ut

tam sociis quam fidelibus memoratis fas sit, exclusa in mortis articulo lucranda indulgentia, reliquis supradictis tam plenariis quam partialibus indulgentiis, functorum vita labes poenasque expiare. Haec concedimus decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, ipsique sodalitio sic ad primarii dignitatem per Nos evecto nunc et in posterum amplissime suffragari: sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Volumus tandem ut praesentium Litterarum exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate vel officio constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die XXV mensis aprilis anno MCMXX, Pontificatus Nostri sexto.

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Status.***

II

NOVUS ERIGITUR VICARIATUS APOSTOLICUS DE QUAN-TONG OCCIDENTALI ET DE HAINAN IN SINIS.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Si ulla unquam res Nobis potest accidere laeta, incrementum certe est rei christianae, cuius, divina gratia largiente, regimen obimus. Cum vero hoc ipso apostolico officio teneantur, ampliatis Ecclesiae rebus, sollicitudine aequa succurrere, novissima incrementa Vicariatus de Canton in Sinis aliquam a Nobis providentiam iam postulare videntur. Adauctus enim inibi longe feliciter fidelium numerus seiungendam denique a veteris Vicariatus finibus partem suadet occidentalem, non secus ac Hainan insulam quatuor iam abhinc saeculis Evangelii lumine tactam. Quare, conlatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae auctoritatis plenitudine, praesentium tenore, ab actuali Vicariatu de Canton in Sinis, praeter insulam mox memoratam, partem etiam abscindimus, quam Sinensium mare allicit ***ad meridiem, ad occidentem*** vero Tonki-

nensis regni, ***ad septemtrionem*** Kuan-si provinciae fines claudunt, ***ad orientem*** vero cingunt fines meridionales sub-praefecturae Sin-Yi, ducta nempe limitum linea ab ingressu Sin-Iic fluminis in sub-praefecturam Mao-Ming usque ad lineam occidentalem sub-praefecturae Tien-Pe prope Ian-kok-heu, deinde producta ab iis finibus usque ad locum urbis Shon-. Tong, indeque recto tramite usque ad oram orientalem eiusdem urbis deducta. Una vero decernimus, ut Vicariatus Apostolicus, novis hisce finibus constitutus, Societati Parisiensi Missionum ad exteros, quae iamdiu obtinet Gantonensem Vicariatum, administranda tradatur, nomenque habeat « Vicariatus Apostolicus de Quang-Tong occidentali et de Hainan » et Vicarius Apostolicus in urbe cui nomen Fort-Bayard resideat. Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, suffragari nunc et in posterum, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque atque inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die **i** mensis augusti anno MCMXX, Pontificatus Nostri sexto.

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Status.***

III

PARTE E VICARIATU APOSTOLICO DE SEOUL DISMEMBRATA, NOVUS ERIGITUR VICARIATUS APOSTOLICUS DE OUEN-SAN IN COREA.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. - Concreditum Nobis divina benignitate munus provehendae ubique gentium humanae salutis in Christo, id maxime praestari postulat quod Ecclesiae administrandae pro varia rerum opportunitate profuturum sit, maxime vero si eius faustis saepe incrementis tuendis ac dilatandis inserviat. Quare, cum in Coreana Republica, assiduis iamdiu culta laboribus virorum apostolicorum, multoque martyrum sanguine irrorata, emerserint denique hac Nostra aetate non opinata rei catholicae incrementa, cumque ea experiantur imprimis Monachi Congregationis Ottiliensis O. S. B., Vicariatum a Seoul urbe dictum in praesens obtinentes, visum est eiusdem Vicariatus regionem

sane latissimam in duas partes abscindi oportere, quo fidelium commodis eas incolentium melius prospiciatur. Quare, conlatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae auctoritatis plenitudine, praesentium tenore, ab actuali Vicariatu de Seoul partem dividimus, quae e duabus provinciis constat Ham-Kiang-to dictis, altera nempe septentrionali, altera meridionali, quae pars videlicet ***ad boream*** fines attingit Vicariatus Manciuriae septentrionalis, ***ad orientem*** mari Nipponico alluitur, ad ***occidentem*** vero et ad ***meridiem*** ipsius, qui remanet, Vicariatus de Seoul terris continetur. In regione igitur his limitibus clausa novum Vicariatum constituimus, curis eorumdem Monachorum O. S. B. Congregationis Ottiliensis committendum, cui ab Ouen-San urbe nomen obtingat, ubi nimirum Vicarii eius residentia constituatur. Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt, suffragari nunc et in posterum, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque atque inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die v mensis augusti anno MCMXX, Pontificatus Nostri sexto.

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Status.***

IV

NOVUS ERIGITUR VICARIATUS APOSTOLICUS DE KAN-CHOW IN SINIS

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Divinae sponsiones de iugi Ecclesiae incremento quoties alicubi terrarum fauste impletae nuntiantur, eam ferme Nobis laetitiam afferunt, qua nulla maior. Atqui eam iterum attulere Sinenses res e variis regionibus, quas inter non ultima provincia Kiang-si nomine dicta. Adeo enim fidelium numerus per eius quoque fines crevit, ut eis tuto pascendis unus tantum Apostolicus Vicarius non amplius sufficere videatur. Quam igitur rem a Nobis, quorum est totius Ecclesiae bono prospicere, sollicitam providentiam postulare censemus. Itaque, cumulatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardi-

nalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae auctoritatis plenitudine, praesentium tenore, ab actuali Vicariatu Apostolico de Kiang-si meridionali nuncupato, australem regionis partem seiungimus, quae videlicet constat praefecturis civilibus tribus, quorum nomina Roncho w-fu, Nan-an-fu et Ning-tu-chow, eamque in novum Vicariatum Apostolicum constituimus, curis committendum Sodalium Congregationis Missionis, atque ab urbe eius regionis principe Kan-chow nomine nuncupandum, qua in urbe Vicarius Apostolicus detineat sedem. Statuimus simul reliquo Vicariatui de Kiang-si meridionali hactenus dicto, novum titulum ac nomen esse donandum et residentiali eius urbe de King-gan, atque huic eidem Vicariatui addicendas una decernimus civiles Praefecturas duas, quae vocant de Yuen-chow-fu et de Ling-Kian-fu, easque distrahendas a finibus actualis Vicariatus de Kiang-si septemtrionali. Huic denique Vicariatui, ut alteri quoque, qui hactenus vocatur de Kiang-si orientali, cuius fines tamen intactos linquimus, nomina et titulos tribuenda volumus e praecipuis eorum urbibus, illi nempe ex urbe Kiou-kiang, huic ex urbe Fu-chow, in quibus nimirum Vicarii Apostolici sedem habent. Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, suffragari nunc et in posterum, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque atque inane fieri, si quidquam secus, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die xxv mensis augusti anno MCMXX, Pontificatus Nostri sexto.

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Status.***

V

PRAEFECTURA APOSTOLICA NOVAE GUINEAE HOLLANDICAE IN VICARIATUM APOSTOLICUM ERIGITUR.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Christiani gregis sollicitudo, quem Nobis divina Providentia commisit, id maxime curandum suadet, quod facilius ipsius utilitatibus provehendis ubique gentium conducat. Quare

cum audivimus, idque libentissimo animo, in Praefectura quoque Apostolica Novae Guineae Hollandicae catechumenorum et fidelium numerum, opera praesertim Missionariorum, qui a Ssmo Corde Iesu nuncupantur, novissimis hisce temporibus fauste feliciterque esse auctum, novum ibi Vicariatum Apostolicum constituendum duximus, quo multiplican' illius gregis commodo aptius prospiciatur. Quare, conlatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, Novae Guineae Hollandicae Praefecturam in novum Apostolicum Vicariatum erigimus, iis nimirum finibus constitutum, quibus ipsa Praefectura Apostolica ad hunc diem constabat. Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, suffragari nunc et in posterum; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque atque inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die xxix mensis augusti anno MCMXX, Pontificatus Nostri sexto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

EPISTOLAE

I

AD ALEXANDRUM S. R. E. CARD. KAKOWSKI, ARCHIEPISCOPUM VARSAVIENSEM, ET EDMUNDUM S. R. E. CARD. D ALBOR, ARCHIEPISCOPUM GNESENSEM ET POSNANIENSEM, CETEROSQUE EPISCOPOS POLONIAE: DE CONDITIONE RERUM IN POLONIA FELICITER MUTATA VEHEMENTER GRATULATUR.

Dilecti filii Nostri et venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. - Cum de Poloniae rebus anxii dudum fuissemus atque solliciti, libentes sane didicimus ea istic praeclare gesta esse quibus de improviso patriae vestrae condicio feliciter mutata est: eoque libentius laetamur quod, cum praesentissimam Dei opem in hac re admirati simus, illis

quidem precibus id auxilium tribuendum putamus quas fundi per catholicum orbem universum Ipsi pro Polonis iubebamus. Etenim numquam prorsus dubitavimus quin Deus benigne afforet nationi vestrae, utpote quae tam egregie de religione saeculorum decursu merita esset: itaque tum publicas Nos indiximus supplicationes cum fere ubique de Poloniae salute desperabatur, atque hostes ipsi, multitudine elati atque victoria, id stulte alii ex aliis quaerere videbantur: «Ubi est Deus eorum? >. At vero aperte demonstratum est eventu rerum ***esse Deum in Israel;*** ipsius enim nutu, eodem quasi tempore periculum tam minax propulsan coepit dum Nos, una cum christifidelibus, strenue quidem Polonia tota pro aris et focis proeliante, supplices ad caelum manus, uti olim Moyses, levaremus. Ex quo evincitur non intempestivum fuisse Nostrum illud ad preces publicas hortamentum. Huiusmodi autem adiutoris Dei beneficium non solum nationi vestrae, sed etiam ceteris populis mirifice profuit: ecquis enim ignorat eo demum spectavisse tam aerem hostium furorem ut simul cum Polonorum civitate, Europae propugnaculo, ipsum christianum nomen civilemque cultum, insanis admodum propagandis doctrinis, labefactarent? De re igitur immortales Deo grates persolvens, id maxime polliceatur oportet polonus populus, se in posterum quoque catholicam fidem, Episcoporum quidem ductu, ea summa animorum consociatione defensurum qua patriam nuper in libertatem vindicavit: nec quidquam extimescendum est christiano populo: siquidem « si Deus « pro nobis, quis contra nos? » Quamobrem praestantissimum erit, dilecti filii Nostri et venerabiles fratres, nationis vestrae munus, contendendi videlicet modis omnibus ut pax vera atque optatissima ubique tandem constabiliatur. In hanc rem nihil certe magis conferet quam si vestrates ea sequentur caritatis, prudentiae christianaeque moderationis principia, quae Ipsi non semel inculeavimus quibusque tantum populorum odia restingui poterunt. Ac fore confisi ut gens polonorum nobilissima id praebeat magnanimitatis exemplum, in auspicium caelestium donorum itemque ut praecipuae benevolentiae Nostrae pignus, apostolicam benedictionem vobis, dilecti filii Nostri et venerabiles fratres, cunctoque gregi unicuique vestrum concredito peramanter impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die VIII mensis septembris, in festo Nativitatis B. M. V., MCMXX, Pontificatus Nostri anno septimo.

BENEDICTUS PP. ***XV,***

II

AD THOMAM PIUM S. R. E. PRESB. CARD. BOGGIANI, ARCHIEPISCOPUM IANUENSEM, QUI DELEGATUR A B. P. UT EIUS NOMINE SIMULACRUM DEIPARAE A VINEIS AUREA CORONA REDIMIAT ET BENEDICTIONEM IMPERTIAT CUM INDULGENTIA PLENARIA.

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Quae civitatis istius, pastorali studio tuo commissae, propius intersint, ea planum est sic ad Nos pertinere, quemadmodum suavissima postulant patriae caritatis officia, quibus nec ante defuimus nec posthac sumus aliquando defuturi. Cuius quidem ostendendae caritatis nunquid aptior incidere opportunitas poterat, quam quae per hos dies offertur, cum, de more institutoque maiorum, marmoreum Deiparae a Vineis simulacrum, in curiali templo eiusdem nominis, sit, quartum iam, aurea corona redimiendum. De more institutoque maiorum, diximus; constat enim, non modo Horatium Spinola, decessorem tuum, anno MDCXVI eandem beatissimae Virginis effigiem diademate primum ornasse, sed etiam concordi pientissimorum civium voluntate statutum esse, ut eiusmodi publica pietatis significatio erga Deiparam a Vineis centesimo quoque anno instauraretur. Quodsi saecularia sollemnia, quae annis MCMXVI habenda erant, ideo differri placuit, quia, immani belio furente, tantae rerum temporumque tristitiae parum civilis laetitiae effusio congruere videretur, pace tandem composita, ea in diem primum ac vicesimum vertentis mensis, qui dies Deiparae a Vineis sacer est, laudabili sane consilio indixistis. Neque una profecto est causa cur in honoribus eidem Beatissimae Virgini deferendis principatum Nosmet obtineamus. In illius enim paroeciae finibus lucem hanc, Deo dante, accepimus ; in ea curiali Aede, et ipso quidem festo die quem ad saecularem ritum peragendum destinavistis, baptismo renati sumus; neque res est minus Nobis ad recolendum iucunda, cum in ista studiorum Universitate iuris disciplinae vacaremus, sacerdotalis vocationis semina,, ad sacerrimi simulacri pedes, in iuvenili pectore sensim maturuisse. Quam ob rem, ut gratum Nostrum Deiparae a Vineis profiteremur animum, auream coronam donare voluimus, in qua tamen, ne honestissimum civium certamen praepediremus, oblatas ab iis, atque a matronis praecipue, gemmas ad ornamentum includi libenter sivimus. Quoniam vero, pietati, qua Patronam colimus Nostram, nondum Nobis videmur plene satisfecisse, placet

\

per te, dilecte fili Noster, facere quod praesentes, si liceret, permagna cum voluptate animi Nosmetipsi faceremus. Itaque hoc tibi munus delegamus, ut, nomine Nostro, et effigiem Deiparae a Vineis aurea, quam memoravimus, corona redimías, et omnibus, qui sacris intererunt, benedictionem impertías cum plenaria admissorum venia consuetis condicionibus lucranda. Utinam solemnia proxime agenda Ianuenses cives et ad venerationem communis Matris excitent acrius et in persequendis christianae vitae officiis roborent atque confirment. Quam in spem laetam Nobiscum erigaris, divinis fretus gratiis, quas Deipara a Vineis patrocinio suo vobis conciliatura sine dubio est; earundem vero gratiarum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fili Noster, universoque clero et populo tuo, apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, die i mensis novembris anno MCMXX, Pontificatus Nostri septimo.

BENEDICTUS PP. XV

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

DAMNATIO OPERIS « KRITISCHE ERÖRTERUNGEN ÜBER DEN KATHOLISCHEN RELIGIONSUNTERRICHT AN HÖHEREN SCHULEN... VON DR. W. WILBRAND ».

Feria IV, die 10 novembris 1920

Ingenerali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, Emi ac Rmi Domini Cardinales fidei et moribus tutandis praepositi, praehabito DD. Consultorum voto, proscripserunt, damnaverunt atque in indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt opus: ***Kritische Erörterungen über den katholischen Religionsunterricht an höheren Schulen ... von Dr. W. Wilbrand. Tübingen. Verlag von I. C. B. Mohr (Paul Siebeck), 1919.***

Et insequenti feria v, die 11 eiusdem mensis et anni, Sanctissimus D. N. Benedictus divina Providentia Papa XV, in solita audientia R. P. D. Assessori S. Officii impertita, relatam sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicandam mandavit.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 12 novembris 1920.

A. Castellano, ***Supremae S. G. S. Officii Notarius.***

SACKA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

BELEMENSIS DE PARA
ET SS.MAE CONCEPTIONIS DE ARAGUAYA

DISMEMBRATIONIS ET UNIONIS

DECRETUM

Revmus Ordinarius Praelaturae Nullius SSmae Conceptionis de Araguaya nuper ab Apostolica Sede postulavit, ut suae Praelaturae uniretur ea pars territorii, quae sese extendit a Fluminibus Rio Fresco et Xingü ad fines Matto-Grossenses, quaeque in praesenti ad archidioecesim Belemensem de Para ex iure pertinet. Requisito hac super re Nuntiaturae Apostolicae ac Revmi Archiepiscopi Belemensis voto^ eoque favorabili obtento, memorata petitio diligenti examini subiecta fuit penes Sacram Congregationem Consistorialem. Et quum visum esset in animarum bonum cessurum esse dismembrare dictam partem territorii archidioeceseos Belemensis eamque adiicere Praelaturae Nullius SSmae Conceptionis de Araguaya, SSmus Dnus Noster Benedictus PP. XV precibus annuendum duxit. Hoc itaque Consistoriali Decreto Sanctitas Sua memoratam territorii partem distrahit ab archidioecesi Belemensi et Praelaturae SSmae Conceptionis de Araguaya aggregat. Ad haec autem exsecutioni mandanda eadem Sanctitas Sua deputat R. P. D. Henricum Gasparri, Archiepiscopum Sebastensem, in Brasiliana Republica Apostolicum Nuntium, eidemque tribuit necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere tamen ei imposito ad Sacram hanc Congregationem mittendi, intra sex menses, a data praesentium computandos, authenticum exemplar exsecutionis peractae. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 29 octobris 1920.

£ß C. CARD. DE LAI, Episc. Sabinen., *Secretarius.*

L. $ S.

Ioannes Baptista Rosa, *Substitutus.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NOMINATIONES

Brevibus apostolicis nominati sunt:

19 augusti 1920. — ***Vicarius apostolicus de Sciamtom septemtrionali*** R. D. Adalbertus Schmuecker, O. M.

20 augusti. — ***Coadiutor cum futura successione Vicarii apostolici de Seoul*** R. D. Aemilius Devred, e Societate Parisiensi pro Missionibus exteris.

23 augusti. — ***Coadiutor cum futura successione Episcopi Malacensis*** R. D. Ludovicus Perrichon, e Seminario Parisiensi pro Missionibus exteris.

25 augusti. — ***Vicarius apostolicus de Ouen-San*** R. D. Bonifacius Sauer, abbas monasterii S. Benedicti in Seoul.

28 augusti. — ***Vicarius apostolicus Novae Guineae Hollandicae*** R. P. Ioannes Aerts, e Societate Missionariorum Ssmi Cordis Iesu.

DESIGNATIO ORDINARII PRO APPELLATIONE IUXTA CAN. 1594, § 2

Iuxta can. 1594, § 2, ***Codicis Iuris Canonici*** pro appellatione:

Rmus Archiep. Calcutensis designavit Ordinarium Krishnagarensem.

Quam designationem Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV approbare dignatus est, die 11 octobris 1920.

PONTIFICIA COMMISSIO
AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

DUBIA

SOLUTA IN PLENARIIS COMITIIS EMORUM PATRUM

De Canonicis

I. Utrum prohibitio optionis per Codicem Iuris Canonici inducta^ intelligenda sit tantum quoad dignitates, an etiam quoad omnes canonicatus.

Resp.: Negative ad 1am partem, affirmative ad 2am.

II. Utrum ad normam can. 411, § 3, in capitulis vocem habeant beneficiati et mansionarii, si id eis competat *tantum* ex statutis capitularibus. . .

Resp.: Negative, seu post publicationem Codicis beneficiatus et mansionarios vocem in capitulis amplius non habere, si id eis competebat *tantum* ex statutis capitularibus.

IIL I° Utrum in paragrapho 1, n. 1, can. 421: « *Qui de licentia « Ordinarii loci publice docent in scholis ab Ecclesia recognitis sacram « theologiam aut ius canonicum* », etiam comprehendi debeant canonici qui de Ordinarii licentia docent retributione peculiari pro lectione percepta; an tantum qui absque tali retributione theologiam vel ius susceperint edocendum.

2° Utrum illud « sacra theologia vel ius », m praefata paragrapho *stricte* sit interpretandum (ut theologiam fundamentalem, theologiam dogmaticam et moralem, et in iure, institutiones canonicas, necnon textum Codicis tantum significet); vel *ampliori ratione* illa verba sint sumenda, pro *facultate* videlicet s. theologiae vel iuris canonici, ita ut ibi etiam comprehendantur disciplinae quae ad normam statutorum uniuscuiusque Seminarii in praelaudatis facultatibus edocentur (historia nimirum ecclesiastica, archeologia sacra, linguae biblicae, etc.).

Resp.: Ad 1um: affirmative ad 1am partem, negative ad 2am.

Ad 2um: negative ad 1am partem, affirmative ad 2am.

De examine parochorum

In canone 459, §3,3° Codicis praescribitur ut loci Ordinarius clericum, quem magis idoneum iudicat ad paroeciam vacantem, examini super doctrina subiiciat coram se et examinatoribus synodalibus. Quaeritur:

1° Utrum huic examini subiici debeat clericus iam de una paroecia provisus, ***toties quoties*** de nova paroecia providendus erit; an vero sufficiat periculum semel factum pro prima paroecia.

2° Utrum examini subiiciendus sit parochus remotus a paroecia qui, ad tramitem canonis 2154, transfertur ad aliam paroeciam.

3° Utrum pariter examini subiiciendus sit parochus qui ex officio transfertur ad aliam paroeciam, ad tramitem tituli XXIX, libri IV, canonum 2162-2167.

4° Quid agendum si clerici, quos Ordinarius idoneos reputat, nolint examini subiacere, quod forte non semel accidet pro minoribus paroeciis.

5° Utrum periculum, de quo in canone 996, § 2 et 3, dummodo coram ipsomet Ordinario et examinatoribus synodalibus fiat, sufficere possit saltem ad provisionem pro prima paroecia.

6° Utrum examen, de quo in canone 130, § 1, sufficiat ad provisionem paroeciarum toto tempore quo sacerdotes "illud subire tenentur, dummodo coram Episcopo et examinatoribus synodalibus fiat.

Resp.: Ad 1um: Ad 1^{am} partem providebitur in 2^{a}. Ad 2^{am} partem, ***affirmative*** si translatio fiat ***proponente ac suadente*** Ordinario; ***negative*** si fiat ***ad instantiam*** parochi, nisi Ordinarius cum examinatoribus synodalibus iudicet idoneitatem adhuc perdurare, eamque esse sufficientem ad novam parochiam.

Ad 2um: Negative.

Ad 3um: Negative.

Ad 4um: Quatenus non sit provisum per responsionem ad 1um dubium, Ordinarius recurrat ad S. Congregationem Concilii.

Ad 5um: Negative; nisi examen versetur etiam circa ea omnia, de quibus interrogandus sit clericus de paroecia providendus.

Ad 6um: Negative, salvo tamen praescripto § 2 eiusdem canonis.

De religiosis

I. Utrum verba canonis 506, § 2 : « ***secus, Superior regularis; sed etiam « hoc in casu Ordinarius tempestive moneri debet de die et hora electionis, « cui potest una cum Superiore regulari per se ipse vel per alium assistere***

« *et, si assistat, praeesse* », ita intelligenda sint, ut Ordinarius loci possit (sed non debeat) assistere per se ipse vel per alium electioni Antistitae in monasteriis monialium Superioribus regularibus, (etiam exemptis) subiectis, et praeesse, idest gubernare actum electionis sive per se, sive per alium; an tantummodo per se ipse.

Resp.: Affirmative ad 1am partem, negative ad 2am, seu Ordinarium loci praeesse sive assistat per se ipse, sive per alium.

II. Utrum ad normam can. 512, § 2, I° et can. 513, § 1, officium Ordinarii loci sit visitare quinto quoque anno monasteria monialium, quae Regularibus (etiam exemptis) subduntur, circa ea quae clausurae legem spectant eo, qui in can. 513 exponitur modo.

Resp.: Affirmative.

III. Utrum verba canonis 522: « *confessio in qualibet ecclesia vel* « *oratorio etiam semi-publico peracta valida et licita est* », ita intelligenda sint, ut confessio extra ea loca peracta non tantum illicita, sed etiam invalida sit.

Resp.: Canon 522 ita est intelligendus, ut confessiones, quas ad suae conscientiae tranquillitatem religiosae peragunt apud confessarium ab Ordinario loci pro mulieribus approbatum, licitae et validae sint, dummodo fiant in ecclesia vel oratorio etiam semi-publico, aut in loco ad audiendas confessiones mulierum *legitime* destinato.

IV. Utrum vi canonis 535, § 1, .1° si monasterium monialium subiectum sit Superiori regulari (etiam exempto), administrationis ratio reddenda sit Superiori regulari et etiam Ordinario loci.

Resp.: Affirmative.

V. Utrum prohibitiones, de quibus in can. 642, obstent quominus religiosi officia vel beneficia adipiscantur, tantum si ad saeculum post promulgationem codicis sint regressi; an etiam eos complectantur qui iam ante promulgationem codicis extra religionem, venia pontificia, versa bantur, non obstante canone 10.

Resp.: Negative ad 1am partem, affirmative ad 2am.

De reservationibus

Utrum ad normam canonis 893, § 1 et 2, peregrinus teneatur reservationibus loci, in quo degit.

Resp.: Affirmative.

De sede confessionali

Utrum can. 909, § 2: « ***Sedes confessionalis crate fixa actenuiter per-*** ***« forata inter poenitentem et confessarium sit instructa*** », pro mulieribus tantum; an generaliter pro poenitentibus uti forma propria audiendi confessiones in ecclesiis et publicis oratoriis sit servanda.

Resp.: Negative ad 1am partem, affirmative ad 2am, firmo tamen praescripto canonis 910, § 2.

De officio funebri sollemni

I° Utrum officium funebre quod non intra mensem a die tumulationis celebratur, sed intra mensem a die notitiae obitus alicuius qui in regione longe dissita decessit (v. g. in America), haberi debeat officium sollemne, de quo in can. 1237 quoad effectus paragraphi secundae illius canonis.

2° An Ordinarius, ad vitandos abusus eorum qui ultra mensem protrahunt officium funebre eo animo ut Parochus emolumenta non percipiat, possit statuere quod officium a parentibus celebratum pro defuncto publice et cum cantu habeatur uti officium sollemne funebre, quoad omnes suos effectus.

Resp.: Ad 1um et 2um: Recurrendum esse ad S. C. Concilii.

De abstinentia et ieiunio

I. - T Utrum ad normam can. 1252, § 4, ieiunium cesset quando dies festus, qui ieiunium in vigilia habet adnexum, incidit in feria II, ita ut non amplius ipsum ieiunium anticipari debeat sabbato praecedenti.

2° Utrum verba: ***nec pervigilia anticipantur*** respiciant tantum exceptum tempus Quadragesimae, an etiam totum annum.

Resp.: Ad 1um: Affirmative, salvo praescripto canonis 1253.

Ad 2um: Respiciunt totum annum.

II. - T Utrum si festum S. Iosephi, diei 19 martii, incidat in feria sexta vel sabbato, teneat tantum lex ieiunii, an etiam lex abstinentiae.

Et quatenus affirmative ad primam partem, negative ad secundam,

2° Utrum cesset lex abstinentiae, etiam si festum S. Iosephi inciderit in aliqua die quatuor Temporum.

Resp.: Ad 1um: Servetur canon 1252, § 4, seu non cessant nec^lex ieiunii nec lex abstinentiae.

Ad 2um: Provisum in responsione ad 1um.

De devolutione collationis beneficiorum ad S. Sedem

Utrum ad normam can. 1432, § 3 devolvatur ad S. Sedem collatio beneficii, si Ordinarius intra semestre ab habita certa vacationis notitia beneficium non contulerit non ex negligentia, sed ob absolutum defectum subiectorum.

Resp.: Negative.

De remotione Parochorum

An sufficiat ad effectum amotionis invitatio publica ad renuntiationem per edictum vel ephemeridem facta ad instar citationis de qua in canone 1720, quando Parochus non comparet, et plane ignotum manet ubi degit eo ipso quod Parochus invitationem praedictam einigere intendit.

Resp.: Provisum in can. 2143, § 3.

DUBIA

SOLUTA AB EMINENTISSIMO PRAESIDE COMMISSIONIS

De alienatione rerum ecclesiasticarum

1° Utrum pretium, de quo in can. 1532, § 3, idem sit ac valor rei secundum aestimationem a probis peritis scripto factam ad normam canonis 1530, § 1, num. 1 ; an vero maius pretium per publicam licitationem, etc., oblatum ad normam canonis 1531, § 2.

2° An requiratur Apostolicae Sedis beneplacitum ad alienationem peragendam, si, indicta licitatione, pro pretio a peritis legitime taxato infra libellarum triginta milia, offeratur tandem pretium hac summa superius.

Resp.: Ad 1um: Affirmative ad 1^{am} partem; negative ad 2um.

Ad 2um: Provisum in responsione ad 1^{am}.

Romae, 24 novembris 1920.

PETRUS CARD. GASPARRI, *Praeses.*

Aloisius Sincero, *Secretarius,*

ACTA OFFICIORUM

VICARIATUS URBIS

ROMANA

CITAZIONE EDITTALE DI NULLITÀ Di MATRIMONIO (NUNZIANTE-FREWEN)

Ignorandosi la residenza ed il luogo di attuale dimora del sig. Ugo Frewen, convenuto in questa causa, col presente editto si cita il suddetto a comparire, personalmente o per mezzo del suo procuratore legittimamente costituito, avanti al sottoscritto Presidente del Tribunale collegiale, nella Sede del Tribunale del Vicariato, - Piazza della Pigna, 12 - il giorno 4 febbraio 1921, alle ore 10 a. m., per rispondere nella causa promossa contro di lui da sua moglie Maria Nunziante.

Coloro che hanno notizia del domicilio o dell'attuale dimora del detto convenuto, procurino, se, ed in quanto è possibile, che questi venga a conoscenza della presente citazione edittale.

Roma, dalla Sede del Tribunale dei Vicariato, 5 novembre 1920.

Il Presidente del Tribunale
Angelo Can. Sinibaldi, *Giudice.*

L. * S.

Il Cancelliere
B. De Felicis.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

S. CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 16 novembre 1920, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione ***Ordinaria*** dei Sacri Riti, nella quale al giudizio degli Emi e Revmi Signori Cardinali, componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

1) Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Venerabile Serva di Dio Maria di Gesù Du Bourg, Fondatrice della Congregazione del Ssmo Salvatore e della Beata Maria Vergine, nella diocesi di Limoges.

2) Intorno ad una questione particolare sopra l'eroismo delle virtù nella Causa Romana del Venerabile Cardinale Roberto Bellarmino della Compagnia di Gesù.

3) Intorno alla revisione degli scritti della Serva di Dio Maria della Solitudine Torres Acosta, Fondatrice dell'Istituto delle Suore Serve di Maria Ministre degl'Infermi.

Martedì 23 novembre 1920, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali e col voto dei Revmi Prelati e Consultori teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione ***Preparatoria,*** per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dal Venerabile Servo di Dio Pietro Giuliano Eymard, Sacerdote, Fondatore della Congregazione dei Preti del Ssmo Sacramento.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

31 ottobre 1920. L'Emo sig. Card. Michele Lega, ***Membro della Suprema Sacra Congregazione del S. Uffizio.***

11 novembre » L'Emo sig. Card. Aidano Gasquét, ***Archivista di S.R. C.***

» » » Mons. Mariano Ugolini, ***Prefetto degli Archivi Vaticani.***

» » » Il Rev. Sac. Dott. Angelo Mercati, ***Vice-Prefetto degli Archivi Vaticani,***

15 novembre 1920. Il Rev. Sac. Dott. Pietro Guidi, ***Vice-Prefetto degli Archivi Vaticani.***

13 » » L'Emo sig. Card. Oreste Giorgi, ***Protettore della Congregazione delle Suore dell'Immacolata Concezione di M. V. del Terz'Ordine di S. Francesco, nella diocesi di Barcellona.***

14 » » L'Emo sig. Card. Ludovico Billot, ***Protettore dell'Istituto delle Figlie di Maria Immacolata di Guadalupe in Tacuba (Messico).***

18 » » L'Emo sig. Card. Aidano Gasquet, ***Protettore della Congregazione delle Suore Terziarie Francescane del Sacro Cuore di Gesù in Joliet (U. S. A.).***

24 » » L'Emo sig. Card. Teodoro Valfré di Bónzo, ***Protettore delle Religiose del Ssmo Sacramento di Valenza sul Rodano.***

26 » » Il Revmo D. Dante Munerati, procuratore generale della pia Società Salesiana, ***Consultore della Sacra Congregazione Concistoriale.***

» » » L'Emo sig. Card. Basilio Pompilj, ***Protettore della Congregazione della Risurrezione di N. S. G. C.*** -

30 » » L'Emo sig. Card. Guglielmo Van Rossum, ***Protettore delle Suore della Misericordia sotto la protezione di S. Carlo Borromeo, con casa madre in Praga.***

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di nominare :

Assistenti al Soglio Pontificio:

ß5 settembre 1920. Mons. Francesco Ciceri, vescovo di Pavia.

12 novembre » Mons. Patrizio Riccardo Heffron, vescovo di Winona.

12 » » Mons. Martino Uberto Rutten, vescovo di Liegi.

Protonotari apostolici ad instar participantium:

4 novembre 1920. Mons. Giuseppe Vogt, dell'archidiocesi di Colonia.

17 » » Mons. Giuseppe Bustamante, dell'archidiocesi di Manila.

20 » » Mons. Edoardo J. Nagl, della diocesi di S. Cloud nel Minnesota.

23 » » Mons. Giovanni De Sangro di Casacalenda, dell'archidiocesi di Napoli.

Prelati Domestici di S. S..

27	*aprile*	*1920.*	Mons. Pietro Byrne, dell'archidiocesi di Sydney.
»	»	»	Mons. Tommaso Hayden, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Mons. Giovanni O'Gorman, della medesima archidiocesi.
8	*maggio*	»	Mons. Ugo Dermott, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Mons. Giovanni Marino van Oers, della diocesi di Breda.
1	*giugno*	»	Mons. Tommaso Fitzgerald, della diocesi di Monterey-Los Angeles.
17	*settembre*	»	Mons. Roberto Lagueux, dell'archidiocesi di Quebec.
»	»	»	Mons. Eugenio Laflamme, della medesima archidiocesi.
20	*ottobre*	»	Mons. Michele Clune, della diocesi di Syracuse (S. U. A.).
			Mons. Giacomo I. Carson, della medesima diocesi.
			Mons. Giovanni I. Mac Loghlin, della medesima diocesi.
26	»	»	Mons. Bartolomeo Piceda, dell'archidiocesi di Buenos-Aires.
4	*novembre*	»	Mons. Andrea Cesarano, del patriarcato di Costantinopoli.
»	»	»	Mons. Gerardo Esser, deirarchidiocesi di Colonia.
6	»	»	Mons. Martino D. Whelan, dell'archidiocesi di Taranto.
16	»	»	Mons. Attilio Adinolfi, della diocesi di Albano.
»	»	»	Mons. Domenico De Angelis, dell'archidiocesi di Capua.
17	»	»	Mons. Angelo Mercati, di Roma.
»	»	»	Mons. Pietro Guidi, di Roma.
			Mons. Eulogio Sánchez, dell'archidiocesi di Manila.
			Mons. Mariano Sevilla, della medesima archidiocesi.
»			Mons. Zaccaria Setta, della diocesi di Valva.
19			Mons. Agostino Plachta, della diocesi di S. Cloud nel Minnesota.
22			
»		»	Mons. Camillo Thiebaut, della medesima diocesi.
»		»	Mons. Giovanni Filippo, della diocesi di Taubaté.
23		»	Mons. Giorgio Vincenzo Hudson, dell'archidiocesi di Birmingam.
		»	Mons. Tommaso Adelmo Newsome, della medesima archidiocesi.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre si è degnato di conferire le seguenti onorificenze :

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

27 ottobre 1920. Al sig. Giovanni Luigi Sanfuentes, Presidente della Repubblica del Chile.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

25 ottobre 1920. Al sig. Luigi Aldunate Echeverría, Ministro degli Affari Esteri nella Repubblica del Chile.

» » » Al sig. Antonio Hunèeus, già Ministro degli Affari Esteri nella Repubblica del Chile.

10 novembre » Al sig. comm. Martino Giovanni Mei vin, dell'archidiocesi . di Birmingam.

La Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

3 novembre 1920. Al sig. comm. Adalrico Benziger, della diocesi di Basilea.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

3 maggio 1920. Al sig. Giovanni Lane Mullins, dell'archidiocesi di Sydney.

30 ottobre » Al sig. Eugenio Hardouin, dell'archidiocesi di Tours.

3 novembre » Al sig. Giovanni Battista Brunetti, del patriarcato di Venezia.

4 » » Al sig. Guglielmo E. Bosch van Oud-Amelisweerd, dell'archidiocesi di Utrecht.

9 » » Al sig. Luigi Paolo Paissa, dell'archidiocesi di Torino.

10 » » Al sig. Eugenio Dussaix, della diocesi di Costantana.

15 » » Al sig. Giovanni van Menten, presidente dell' « Association des journalistes catholiques de Belgique ».

18 » » Al sig. Dario Ovaldo Castillo, della Repubblica del Chile.

» » » Al sig. Francesco Sandri, dell'archidiocesi di Torino.

» » » Al sig. Luigi Moreno, della medesima archidiocesi.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

3 maggio 1920. Al sig. Luigi Guglielmo M. D'Apice, dell'archidiocesi di Sydney.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

9 novembre 1920. Al sig. Alberto Canfyn, della diocesi di Gand.

» » » Al sig. Giuseppe Tobe, della medesima diocesi.

13 » » Al sig. Giovanni Matteo Hermans, della diocesi di Breda.

15 » » Al sig. Gerardo Vriens, della diocesi di Harlem.

16 » » Al sig. Alberto Pelagallo, di Roma.

18 » » Al sig. Renato Delforge, della diocesi di Namur.

24 » » Al sig. Francesco van Beers, della diocesi di Harlem.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

4 novembre 1920. Al sig. conte Ernesto Lombardo, dell'archidiocesi di Milano.
22 » » Al sig. Francesco Donoso Carvallo, Sottosegretario di Stato nel Ministero degli Affari Esteri e dei Culti nella Repubblica del Chile.

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

29 ottobre 1920. Al sig. Edwin John, dell'archidiocesi di Agra".

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

3 marzo 1920. Al sig. Patrizio Simone Cleary, dell'archidiocesi di Sydney.
» » >• Al sig. Patrizio Giuseppe Minahan, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Giorgio E. Bryant, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Giovanni Woods, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Giovanni E. Hennessy, della medesima archidiocesi.
29 ottobre » Al sig. Antonio lohn, dell'archidiocesi di Agra.
» » » Al sig. Giorgio lohn, della medesima archidiocesi.
3 novembre » Al sig. Giovanni Battista Saraceni, di Roma.
12 » » Al sig. Crescentino Pasqualini, della diocesi di Terni.
13 » » Al sig. Giovanni Giorgio Darían, dell'archidiocesi di Sidone.

MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

NOMINE

Con Biglietti di S. E. Rma Mons. Maggiordomo, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerari di S. S. :

20 ottobre 1920. Mons. Guglielmo R. Clapperton, della diocesi di Aberdeen.
25 » » Mons. Donato Tartaglione, dell'archidiocesi di Capua.
» » » Mons. Edoardo Parente, della medesima archidiocesi.
26 » » Mons. Francesco Maffei, dell'archidiocesi di Torino.
4 novembre » Mons. Carlo Mosterts, dell'archidiocesi di Colonia.
» » » Mons. Carlo Neumann, della medesima archidiocesi.
» » » Mons. Giuseppe Breuer, della medesima archidiocesi.

4 novembre 1920. Mons. Carlo Laaf, della medesima archidiocesi.
» » » Mons. Emmerico David, della medesima archidiocesi.
10 » » Mons. Ferdinando Pogliani, dell'archidiocesi di Milano.
12 » . » Mons. Francesco Raimondo da Cunha Pedrosa, dell'archidiocesi di Olinda e Recife.
12 » » Mons. Amilcare Sarno, della diocesi di Alife.
19 » » Mons. Eulalio Almeida, dell'archidiocesi di Manila.
» » » Mons. Ippolito Arceo, della medesima archidiocesi.
» » » Mons. Giuseppe Dimbla, della medesima archidiocesi.

Cameriere d'onore in abito paonazzo di S. S.:

20 ottobre 1920. Mons. Guglielmo Liddy, dell'archidiocesi di Syracuse. (S. U. A.).

Cameriere d'onore di Spada e Cappa soprannumerario di S. S. :

19 novembre 1920. Il sig. Antonio Gaggioli, di Roma.

Cappellano d'onore extra urbem:

19 ottobre 1920. Mons. Tommaso Bissolotti, della diocesi di Brescia.

Annus XII - Vol. XII 17 Decembris 1920 Num. 14

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA BENEDICTI PP. XV

SACRUM CONSISTORIUM

Die 16 decembris 1920, in palatio Apostolico Vaticano, habitum est Consistorium secretum, cuius Acta ex ordine referuntur:

I. - CAMERARIATUS SACRI S. R. E. CARDINALIUM COLLEGII

Vacante Sacri S. R. E. Cardinalium Collegii munere Camerarii, per obitum c. m. Iulii S. R. E. Cardinalis Boschi, episcopi Tusculani, Sanctissimus Dominus Noster Benedictus Papa XV perulam eiusdem Sacri Collegii Emo- ac Rmo D. Raphaeli S. R. E. Cardinali Merry del Val, pro hoc anno Camerario, tradidit.

n. - ALLOCUTIO SS. D. N. BENEDICTI PP. XV

Cum multa hoc tempore, ut scitis, Nobis 'sollicitudinis sint, ftum duoi praecipue animum Nostrum excruciant; de quibus quidem, antequam ad cooptationem veniamus Episcoporum, in conspectu consessuque vestro silere non possumus. Primum est scilicet quod nonnulla Cleri Czecoslovaci pars talem se iam dudum praebet ut ordinis dignitatisque suae prorsus oblita videatur. Testes vos Nobis esse potestis, quanto Nos opere studuerimus, iam inde ab initio huius rei tam deplorandae, eos qui de via décédèrent, ad officium sanitatemque revocare. Itaque,

adiuvante Dei gratia, haud sane multi usque eo prolapsi sunt ut sese a Iesu Christi Ecclesia, defectionem consummando, seiungerent: numerusque longe maior, quamvis illorum exemplo tentati, in fide permanserunt. Horum autem fidelitatem recte Venerabiles illi Fratres Episcopi auctoritate sua muniendam censuerunt. Qui. cum in unum convenissent, de communibus rebus ut consulerent, placuissetque universis ut generalis consociatio Cleri Czeci, *Iednota* quae dicitur, dissolveretur, eiusque loco dioecesanas societates institui liceret, dum salva in iis essent iura Episcoporum, Nos id consultum vehementissime probavimus, litterisque ad Venerabilem Fratrem Franciscum Archiepiscopum Pragensem, iv Calendas Februarias anno vertente, datis, ratum habuimus.

At vero, quominus id efficeretur quod Episcopi peropportune decreverant, didicimus *Iednotam,* contra ac sperabamus, omni ope repugnantem obsistere, causam interserendo non illud valere quod nec iis auditis quorum interesset, nec servatis iudiciorum sollemnitatibus, esset constitutum. Huius causae nemini non apparet inanitas, modo consideretur, quantum *Iednota* et sic, ut memoravimus, se gerendo, et ea in vulgus praedicando quae novimus, attulisset detrimentum ecclesiasticae disciplinae; cuius quidem integritatem religiose tueri cum deberent Episcopi, non iis profecto erat cunctandum quin eam, ubi violatam vidissent, restituèrent. Ceterum, adhibita ab Episcopis ratio nequaquam iudiciorum requirebat formulas, utpote quae ad administrativum, ut dici solet, non ad iudiciale, sive contentiosum sive criminale, pertineret genus.

Haec omnia quamvis *Iednotae* moderatoribus ad considerandum proposita, et postea latissime pervulgata essent, nihilominus tamen Episcopis iubentibus contumaces resistere perseverarunt, atque ad res novas pro *Iednotae* instituto moliendas vel maiore contentione incubuerunt. Quin fuerunt etiam qui hoc asseverare non vererentur, propensam Apostolicam Sedem esse* ad legis de sacro caelibatu severitatem mitigandam, ea lege solvendo qui ecclesiasticum ordinem deseruissent. Equidem hic;

morari et quam longe a vero totum hoc absit, ostendere, non sane putamus necessarium. Constat enim, si Latina viget floretque Ecclesia, magnam partem roboris gloriaeque eius ab ipso clericorum caelibatu manare, ob eamque rem omnino eum esse sartum tectum conservandum. Quod quidem numquam fortasse alias tam necesse fuit quam hoc miserrimo tempore, cum, in tantis tamque late diffusis corruptelarum illecebris, indomitae erïrenataeque animorum cupiditates ubique dominantur, nec quidquam aliud hominibus esse videtur propositum, nisi temere indulgere sibi, fluxisque huius vitae voluptatibus perfrui. Catholicus igitur sacerdos qui ad perturbatus animi motus cohibendos ceteris dux debet esse, videat ne in hoc tanto officii munere ipse claudicet, verum omnes exemplo suo confirmare pergat, semperque meminerit Sancti Siricii Pontificis sic hortantis: « ut a « die ordinationis nostrae sobrietati ac pudicitiae et corda nostra « mancipemus et corpora » \

Itaque, Venerabiles Fratres, quod pluries iam Nos ex occasione professi sumus, idem nunc sollemniter affirmateque testamur, fore numquam ut haec Apostolica Sedes sanctissimam eam maximeque salutarem legem caelibatus ecclesiastici aliqua ex parte extenuando mitiget, nedum aboleat. Item negamus - ut iam fecimus in illis ad Archiepiscopum Pragensem datis litteris - eas, quas nonnulli contendunt inducere in Ecclesiae disciplinam, exactas ad popularem rationem, rerum novitates, unquam ab Apostolica Sede approbari posse. De *Iednota* vero, ab Episcopis quae statuta memoravimus, Nos iterum apostolicae auctoritatis pondere augemus; eisque, pro conscientia officii, obtemperaturos, qui eius consociationis participes sunt, valde confidimus.

Interea, dum exspectamus ut illorum concidat aliquando pervicax contumacia, recreat Nos afflictos et reiicit quod affertur, sacerdotes illic natione Germanicos Episcoporum et potestati se subiecisse et praescriptionibus obsecutus esse, similiterque

[1] Ad Himerium, c. VII, n. 10.

non paucos e clero Czeco induxisse animum ut Iednotam relinquerent. Quos utinam subsequantur ceteri, quos caeco impetu praecipites ferri videmus, ac, cementes quo ruituri sint, tempori resipiscant seseque ad bonam frugem recipere maturent.

Altera Nobis praecipuae sollicitudinis causa nascitur ex eo, quod magno quodam in discrimine versantur Missiones Catholicae ; quibus quidem Nos, quorum potissime est persequi opus Iesu Christi, nihil antiquius habere debemus. Hac ipsa de re tanti momenti meministis Nos anno superiore, v nonas Iulias, coram vobis agentes, quid dixerimus, Consilii Versaliensis decreta, quae ad Catholicas Missiones attinerent, libentibus Nobis videri magna ex parte, si non plane, cum earum rationibus congruere ; simul Nos confidere futurum, ut qua aequitate clarissimi illi viri ad eas praescriptiones faciendas duce usi essent, eadem comite ad exsequendas uterentur. Iam vero haud usque quaque res eum habuit exitum quem iure sperabamus. Pluribus enim in regionibus aliquandiu perseveratali est multiplici difficultate apostolicam Ecclesiae sanctae operam apud infideles impediri ac retardari. Nos quidem, nihil reliqui fecimus, quantum in Nobis erat, ad omnia quae obstarent, removenda: nec frustra omnino. Verumtamen resident etiam nunc alicubi quae moram et impedimentum sacris Missionibus inferant, incredibili quodam cum animarum detrimento. Sunt haec nimirum illius dimicationis qua diutius orbis terrarum perturbatus est, tristia vestigia; quae ut deleantur quamprimum, neve ullo iam pacto Ecclesiae catholicae christianum nomen propaganti officiatur, non solum religionis causa postulat, sed civilis etiam culturae et humanitatis.

Restat ut Episcoporum ordinem suppleamus.

III. - OPTIO AD TUSCULANAM ECCLESIAM

Postea Emus et Rmus D. Ioannes, tituli Sancti Bernardi ad Thermas, S. R. E. Presbyter Cardinalis Cagliero, optavit ecclesiam suburbicariam Tusculanam.

IV. - PROVISIO ECCLESIARUM

Deinde Ssmus Dominus Noster has, quae sequuntur, ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

Metropolitanae ecclesiae Toletanae praefecit Emum ac Rmum D. Henricum S. R. E. Presbyterum Cardinalem Almaraz y Santos, hactenus archiepiscopum Hispalensem.

Metropolitanae ecclesiae Hispalensi, R. P. D. Eustachium Ilundaïn y Esteban, hactenus episcopum Auriensem.

Metropolitanae ecclesiae Rothomagensi, R. P. D. Andream Du Bois de la Villerabei, hactenus episcopum Ambianensem.

Metropolitanae Ecclesiae Arborensi, R. P. D. Georgium Del Rio, hactenus episcopum Hieracensem.

Titulari archiepiscopali ecclesiae Cienensi, R. P. D. Iacobum Romanum Bilsborrow, hactenus archiepiscopum Cardiffensem.

Titulari archiepiscopali ecclesiae Auxumitanae, R. P. D. Volphangum Radnai, hactenus episcopum Neosoliensem.

Titulari archiepiscopali ecclesiae Cyrrensi, R. P. D. Guillelmum De Batthyàny, hactenus episcopum Nitriensem.

Titulari archiepiscopali ecclesiae Philippopolitanae, R. D. Ernestum Cozzi, Delegatum apostolicum in Albania.

Cathedrali ecclesiae Ecclesiensi, R. P. D. Saturninum Peri, hactenus episcopum Cotronensem.

Cathedrali ecclesiae Santanderiensi, R. P. D. Ioannem Plaza y Garcia, hactenus episcopum titularem Hippusensem et Administratorem apostolicum Calaguritanum.

Cathedrali ecclesiae Placentinae, R. D. Hersilium Menzani, Protonotarium apostolicum ad instar participantium et Vicarium generalem Bononiensem.

Cathedrali ecclesiae Lemovicensi, R. D. Alaphridum Flocard, Vicarium generalem Lingonensem.

Cathedrali ecclesiae Monoecensi, R. D. Georgium Bruley des Varannes, Vicarium generalem Turonensem.

Cathedrali ecclesiae Comaclensi, R. P. Gerardum Menegazzi, ex Ordine Minorum Capuccinofum.

Cathedrali ecclesiae EUgubinae, R. P. Pium Leonardum Navarra, ex Ordine Fratrum Minorum Conventualium.

Cathedrali ecclesiae Concordiensi in America, R. D. Franciscum Tief, Vicarium generalem Kansanopolitanum.

Cathedrali ecclesiae Macaonensi, R. D. Iosephum Da Costa Nunes, eiusdem dioecesis Vicarium generalem.

Cathedrali ecclesiae Nitriensi, R. D. Carolum Kmetko, parochi loci ***Teplicka.***

Cathedrali ecclesiae Budvicensi, R. D. Simonem ßarta, scientiae religionis magistrum in gymnasio Budvicensi.

Cathedrali ecclesiae Scepusiensi, R. D. Ioannem Vojtassak, Cancellarium Curiae episcopalis Scepusiensis.

Cathedrali ecclesiae Beiensi, R. D. Iosephum do Patrocinio Dias, Canonicum cathedralis ecclesiae Aegitaniensis.

Cathedrali ecclesiae Neosoliensi, R. D. Marianum Blaha, Vicarium capitularem Scepusiensem.

Titulari episcopali, ecclesiae Hephaestinae, R. P. D. Iosephum Rovetta, hactenus episcopum Cassanensem.

Titulari episcopali ecclesiae Samiensi, R. D. Iosephum Lagumina, Canonicum metropolitanae Panormitanae ecclesiae et ibidem Vicarium generalem, deputatum in Auxiliarem Emi ac Rmi P. Dñi Alexandri S. R. E. Card. Lualdi, archiepiscopi Panormitani.

Titulari episcopali ecclesiae Hippusensi, R. D. Garcia Martínez, deputatum in Administratorem apostolicum Calaguritanum.

Titulari episcopali ecclesiae Augustanae, R. P. Raphaelem ab Assumptione B. M. V., ex Ordine Fratrum Minorum, Praelatum Mozambicensem electum.

Titulari episcopali ecclesiae Tebestanae, R. D. Iosephum Hallé, deputatum in Vicarium apostolicum de Ontario septentrionali.

Titulari episcopali ecclesiae Amyclaeensi, R. D. Hubertum Franciscum Schraven, e Congregatione Missionum, deputatum in Vicarium apostolicum de Ce-li meridio-occidentali.

Titulari episcopali ecclesiae Ganopitanae, R. D. Augustum Gaspais, e Societate Parisiensi Missionum ad exteros, deputatum in Coadiutorem cum iure futurae successionis Vicarii apostolici Manciuriensis septentrionalis.

Insuper Beatissimus Pater alios etiam, iam renunciatos per apostolicas sub plumbo Litteras, Sacrorum Antistites publicavit, scilicet:

ARCHIEPISCOPOS:

Parisiensem, Ludovicum Ernestum, tituli Sanctae Mariae in Aquiro, S. R. E. Presbyterum Cardinalem Dubois, iam Archiepiscopum Rothomagensem.

Gaesariensem, iosephum Mariam Ignatium Montes de Oca y Obregon, episcopum S. Ludovici Potosiensis.

Ghersonensem, Alexium Charost, iam episcopum Insulensem.

Aquensem, Mauritium Rivière, iam episcopum Petrocoricensem.

Eborensem, Emmanuelem Mendes de Conceiçao Santos, iam episcopum Portalegrensem.

Cabasitanum, Alexium Lemaître, iam episcopum Sitifensem.

Mocissensem seu ***Iustiniapolitanum,*** Laurentium Schioppa.

Adrianopolitanum, Franciscum Marmaggi.

Gaesariensem Palaestinae, Aloisium Maglione.

Edmontonensem, Henricum O' Leary, iam episcopum Carolinopoiitanum.

Friburgensem, Carolum Fritz.

EPISCOPOS:

Leiriensem, Iosephum Correia da Silva.

Pharaonensem, Marcellinum Antonium Mariam Franco.

Augilensem, Dominicum del Buono.

Thagorensem, Michaelem de los Santos Diaz y Gomara.

Aterradensem, Emmanuelem Nunes Coelho.

Syenensem, Prudentium Contardo.

Suessionensem, Henricum Carolum Iosephum Binet.

Bathursten,sem, Michaelem O' Farrell.

Insulensem, Hectorem Raphaelem Quilliet, iam episcopum Lemovicensem.

Paderbornensem, Gasparem Klein.

De Pace, Gaelestinum Loza.

Gidyessensem, Natalem Moriondo, iam episcopum Guneensem.

Teleptensem, Aloisium Mariam Raucaz.

Loriensem, Thomam Molloy.

Clodiensem, Dominicum Mezzadri.

Segobiensem, Emmanuelem de .Castro y Alonso.

Cauriensem, Petrum Segura Sáenz, iam episcopum titularem Apolloniensem.

Gordubensem, Adolphum Perez y Muño s, iam episcopum Pacensem.

Theodoropolitanwm, Georgium G alavassi.

Apolloniensem, Ioannem Aerts.

Patnensem, Ludovicum Van Hoeck.

Ebroicensem, Goustantinum Chauvin.

Gampinensem, Franciscum de Campos Barreto.

Portus Nationalis, Dominicum Carrerot, iam episcopum titularem Uranopolitanum et ordinarium Praelaturae « nullius » Sanctissimae Conceptionis de Araguaya.

Ghihuahuensem, Antonium Guizár Valencia.

Sinaloënsem, Silvianum Carrillo.

Appiariensem, Bonifacium Sauer.

Goronensem, Ludovicum Perrichon.

Elearchiensem, Adalbertum Schmüecker.

Petrocoricensem, Christophorum Ludovicum Legasse, iam episcopum Oranensem.

Hesbonensem, Aemilium Iosephum Devred.

Spigacensem, Eduardum Byrne.

De Huaraz, Ioannem Vargas.

Eriensem, Ioannem Marcum Gannon, iam episcopum titularem Nilopolitanum.

Pacensem, Raymundum Perez y Rodríguez.

Chatamensem, Patritium Chiasson, iam episcopum titularem Lyddensem.

Samaritanum, Patritium Keane.

Carolinopolitanum, Ludovicum O' Leary, iam episcopum titularem Hierapolitanum.

Lyddensem, Michaelem Cerrati.

Jammern, Franciscum Frutos Valiente.

S. Georgii Terrae Novae, Henricum Thomam Renouf.

Oranensem, Leonem Durand, iam episcopum titularem Tricomiensem.

Nilopolitanum, Franciscum Baztan y Urniza, iam episcopum Ovetensem.

Basilinopolitanum, Petrum Paulum Drinot y Pierola, iam episcopum Huanucensem.

Portalegrensem, Emmanuelem Rosa Fructuoso.

V. - SACRI PALLII EXPOSTULATIO, ET CONCESSIO

Iuramento deinde praestito ab Emo et Rmo D. Ioanne S. R. E. Cardinali Cagherò, episcopo Tusculano, Beatissimus Pater sacrum Pallium, ab Emo ac Rmo D. Ianuario S. R. E. Cardinali Granito di Belmonte pro Metropolitana ***Parisiensi*** ecclesia et ab Emo ac Rmo D. Antonio S. R. E. Cardinali Vico pro Metropolitana ***Toletana*** ecclesia expostulationi, concessit.

Illud pariter concessit ecclesiis : ***Arborensi, Aquensi, Eborensi, Edmontonensi, Friburgensi, Bothomagensi, Hispalensi, Maceiensi*** (ex élévatione ad sedem Metropolitanam).

LITTERAE APOSTOLICAE

TITULUS HONORIFICUS PATRIARCHAE INDIARUM OCCIDENTALIUM TRANSFERTUR AD EPISCOPUM SIONENSEM PRO TEMPORE, CAPPELLANUM GENERALEM EXERCITUS HISPANICI.

BENEDICTUS PP. XV

Ad perpetuam rei memoriam. — Per similes Apostolicas Litteras sub Piscatoris annulo die xxi mensis aprilis anno MDCCCLXXXV obsignatas, quarum initium « Paterno semper affectu » et per quas iurisdictiones palatina et castrensis in Hispanus in novum ordinem digestae fuerunt, statutum est ut titulus honorificus Patriarchae Indiarum Occidentalium Archiepiscopo Toletano tribueretur. Nunc vero cum Hispaniarum Gubernio opportunum visum sit consilium, ut idem titulus in Episcopum Sionensem, Cappellanum Generalem exercitus hispanici, ex impetrata a Nobis venia, transferatur; Nos huiusmodi postulationi concedendum benigne existimavimus. Itaque omnibus rei momentis attento ac sedulo studio perpensis, apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi, perpetuumque in modum decernimus ac mandamus ut in posterum Episcopus Sionensis pro tempore. Cappellanus Generalis exercitus Hispaniarum, honorifico titulo Patriarchae Indiarum Occidentalium potiatur. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere et dicto Episcopo Sionensi Cappellano generali aliisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, amplissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die ix mensis decembris, anno MCMXX Pontificatus Nostri septimo.

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Status****

ACTA SS. CONGREGATIONUM
ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

I

EPISTOLA AD LOCORUM ORDINARIOS, QUA EORUM VIGILANTIA EXCITATUR CIRCA NOVA QUAEDAM ACATHOLICORUM MOLIMINA CONTRA FIDEM.

Emi ac Revmi DD. Cardinales in rebus fidei et morum una mecum Inquisitores Generales cupiunt locorum Ordinarios vigilanter attendere, quemadmodum novae quaedam acatholicorum consociationes, suis ex omni gente asseclis adiuvantibus, iam dudum soleant nostris, maxime adolescentibus, perniciosissime insidiari, magnam adiumentorum varietatem eis praebendo, quibus specie quidem corpora confirmant, mentesque et animos excolunt, re autem vera catholicae fidei integritatem corrumpunt et a complexu Ecclesiae matris filios eripiunt. Profecto, quod consociationes huiusmodi favore, opibus studioque florent hominum spectatissimorum, quod in multiplici beneficentiae genere utilissime versantur, non est mirandum si fucum faciant imperitis qui earum naturam penitus [perspectam et cognitam non habent. At quales illae sint, iam nemini, qui sapiat, potest esse dubium, cum finem quo spectant, sensim hucusque indicarint, nunc vero aperte declarent idque opusculis, diariis scriptisque periodicis, quibus tamquam suis organis utuntur. Dicunt enim se velle ingenia et mores iuvenum bonis disciplinis excolere, et hanc culturam pro religione habentes, definiunt: uberrimam et a quavis religione aut confessione alienam solutamque licentiam cogitandi. Professae igitur se lumen praeferre adolescentibus, eos ab Ecclesiae magisterio, quod ipsum est lumen veritatis divinitus constitutum, avertunt, eosdemque hortantur ut ex suo ipsorum intimo spiritu ideoque ex humanae rationis angustiis lucem petant qua ducantur.

Huiusmodi in laqueos praecipue, dediti studiis adolescentes utriusque sexus impelluntur; qui quidem, cum ad christianam sapientiam ediscendam et ad fidem, a patribus traditam, conservandam, alienae opis maxime indigent, contra in homines incidunt, a quibus, de magnae

illius hereditatis possessione deturbati, gradatim adducuntur, ut primo contrarias inter opiniones nutent, deinde de omnibus, quaecumque sunt, dubitent, denique in vaga quadam nec definita forma religionis acquiescant, quae sane religio aliud omnino est quam quod Iesus Christus praedicavit. In hac autem re detrimentum longe maius accipiunt illi, utinam non ita multi, quibus intra domesticos parietes, propter parentum vel incuriam vel inscitiam, ea defuit prima fidei institutio, qua nihil est homini christiano magis necessarium. Quare, Sacramentorum usu destituti, et ab omni pietatis cultu remoti, soliti insuper de sanctissimis quibusque rebus summa iudicii libertate decernere, in eum misere labuntur ***indifferentismum religiosum*** quem vocant, pluries Ecclesiae auctoritate damnatum, quocum cuiusvis religionis negatio coniuncta est. Ita, florentes aetate, in tenebris tamen tristitiaque dubitationum, nullo iam viae duce, tabescunt; ut enim quis naufragium in fide faciat, satis est si vel unum dogma in animo suo improbet. Quod si pietatis aliqua in eorum vel ore significatio vel corde umbra residua est, si non mediocrem quoque beneficentiae alacritatem ostendunt, hoc non aliam ob causam accidere dicendum est, nisi aut inveteratae consuetudinis, aut lenioris cuiusdam molliorisque animi, aut etiam humanae prorsus naturalisque virtutis, quae tamen ad vitam aeternam non est per se conducibilis.

Iam vero ex his societatibus sufficiet eam memorare, quae, plurium aliarum veluti mater, pervulgatissima est (quod praesertim, dum mansit crudele bellum, plurimis calamitosis admodum profuit) opibusque instructissima: societas scilicet titulo appellata ***Young Men's Christian Association,*** contracto in siglam ***Y. M. C. A.,*** cui quidem inscienter et favent acatholici bonae fidei, eam iudicantes omnibus salutarem aut certe noxiam nemini, et suffragantur indigentiores quidam catholici, quibus ipsius est ignota natura. Haec enim societas sincerum quidem erga iuvenes amorem iactat, quasi nihil habeat antiquius quam eorum et corporibus et mentibus esse utilitati; at simul ipsorum labefactat fidem, cum propositum sibi esse contendit ***eam purificare,*** et meliorem verae vitae cognitionem eis tradere « supra omnem Ecclesiam et praeter « quamlibet religiosam confessionem ».[1] At numquid boni de iis sperari liceat, qui, excussa penitus ex animo fide, cum in Iesu Christi ovili feliciter conquieverint, longe inde vagantur, quo sua quemque libido ingeniumque deducat?

[1] Vide opusculum Romae editum ab officio centrali Y. M. C. A. « Che cosa è la Y. M. G. A.: eiò che si propone, etc. », passim.

Quare Vos, quotquot estis, quibus peculiarem in modum dominici gregis gubernandi cura divinitus mandata est, haec Sacra Congregatio rogat, ut vestros adolescentes'studiose intactos ab harum societatum contagione praestetis, quarum ex beneficentia, Christi administrata nomine, illud periclitatur, quod ipsi habent, Christi gratia, pretiosissimum. Ergo admonete incautos et confirmate vacillantes in fide; quae autem sunt apud Vos iuvenum ex utroque sexu sodalitates, eas Vos christiano spiritu ac robore instruite, aliasque excitate generis eiusdem; quibus quidem ut suppetat unde possint adversariis obsistere, locupletiores e nostris appellate ad opitulandum. Simul etiam parochos et iuvenum consociatorum moderatores hortamini ut strenue officium suum faciant, maximeque, libris et opusculis evulgandis, diffluentes late errores coerceant, artes fraudesque inimicorum aperiant, studiosis veritatis apte succurrant.

Itaque Vestrum erit, in episcopalibus regionis conventibus de hac ipsa causa diligenter, pro rei gravitate, agere, et quae opportuna factu videantur, collatis consiliis constituere. Quo in genere, Sacra Congregatio in singulis regionibus per earum Praesules publice declarandum censet, ephemerides, periodica et alia societatum harum scripta sane perniciosa, quae ad errores ***rationalismi*** et ***indifferentismi religiosi*** animis nostrorum insinuandos, large disseminantur, ipso iure prohiberi.[1]

Metropolitae autem, quidquid pro uniuscuiusque dioecesi rationibus deliberatum actumque erit, ut ad Apostolicam Sedem intra sex menses referant, curabunt.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 5 novembris 1920.

R. CARD. MERRY DEL VAL, ***Secretarius.***

[1] Cfr. ***Cod. I.*** C, can. 1384, § 2, et 1399, § 4. Huiusmodi sunt, inter alia, apud Italos: « ***Fede e vita,*** rivista mensile di cultura religiosa, organo della Federazione Italiana degli studenti per la cultura religiosa, Sanremo » ; « ***Bilychnis,*** rivista mensile di studi religiosi, Roma » ; « ***Il testimonio,*** rivista mensile delle chiese battiste italiane, Roma ».

II

DECRETUM

DAMNATIO OPERIS « TOMMASO GALLARATI-SCOTTI " LA VITA DI ANTONIO FOGAZZARO „ ».

'•Feria V, loco IV, die 9 decembris 1920

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, Emi ac Rmi Domini Cardinales fidei et moribus tutandis praepositi, praehabito DD. Consultorum voto, proscripserunt, damnaverunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt opus : « ***Tommaso Gallaran-Scotti: Lavita di Antonio Fogazzaro.*** Milano. Casa editrice Baldini e Castoldi. Corso Vittorio Emanuele, 17. 1920 ».

Et eadem feria ac die Sanctissimus D. N. Benedictus divina Prudentia Papa XV, in solita audientia R. P. D. Assessori S. Officii impertita, relatam sibi Emorum Patrum decisionem approbavit, confirmavit et publicandam mandavit.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 14 decembris 1920.

A. Castellano, ***S. C. S. Off. Notarius.***

INDEX GENERALIS RERUM

(ANN. XII — VOL. XII)

I. - ACTA BENEDICTI PP. XV

LITTERAE ENCYCLICAE, 209, 385, 457, 553.
LITTERAE DECRETALES, 474-529.
CONSTITUTIONES APOSTOLICAE, 5, 25-29, 255-271, 317-324, 425, 530, 557.
MOTU PROPRIO, 149, 313, 472.
LITTERAE APOSTOLICAE, 9-11, 100-108, 150-155, 230-245, 272-288, 428-441, 560-566, 594.
EPISTOLAE, 12, 29-36, 57-61,108-112, 155, 246, 288-292, 325-326, 353-356, 442, 566-569.
HOMILIAE, 223, 227.
SERMO, 61.
SACRUM CONSISTORIUM, 97-99, 145-149, 219, 585.

II. - ACTA
SACRARUM CONGREGATIONUM

S. CONGREGATIO S. OFFICII, 37, 68, 113, 158. 294, 510, 595, 598.
S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS :
a) Documenta, 38-42, 68, 114, 159, 295-297, 327-328, 534, 571.
6) ***Provisiones Ecclesiarum,*** 97-99, 146-148, 219, 298, 330, 357, 443.
c) Designationes, 14-16, 162, 329, 444.
d) Nominationes, 16, 43, 69, 116, 298, 331, 444.
e) Monitum, 347.
S. CONGREGATIO CONCILII, 42, 50, 70,117, 163, 299, 357, 444, 538, 550.
S. CONGREGATIO DE RELIGIOSIS, 17, 19, 73, 203, 301, 365.
Approbationes, 119, 167, 331, 367.
S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE:
a) Epistolae, 74, 120.
b) Decreta, 12!, 247, 331, 367, 572.
c) Nominationes, 167, 248, 333.
d) Designationes, 75, 301,333, 572.
e) Monitum, 140.
S. CONGREGATIO RITUUM :
a) Decreta de Beatificatione vel Canonizatione, 76-84, 123, 168-174, 248, 334, 368.
6) ***Liturgica,*** 51, 122, 128, 175-182, 333, 372, 448-453, 542-549.
c) ***Congregationes,*** 19-21, 92, 140, 203, 260, 305^ 347, 380, 550, 579.

III. - ACTA TRIBUNALIUM

DATARIA APOSTOLICA, 302.
S. POENITENTIARIA APOSTOLICA, 18.
S. ROMANA ROTA :
a) Sententiae, 85,129,183,*338,373.
b) Citationes edictales, 201.
c) Causae actae sub secreto, 48.
d) Declaratio contumaciae, 378.
SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL, 252.'
PONTIFICIA COMMISSIO AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS, 572-577.

IV. - ACTA OFFICIORUM

SECRETARIA STATUS: ***Epistola,*** 345.
VICARIATUS URBIS, 578.

Diarium Romanae Curiae:
a) Monita, 21, 454.
6) ***Nominationes,*** 22-24, 52-56, 91-96, 141-144, 204-208, 260-264, 306-311, 348-352, 380-384, 454-456, 550-552, 579-584.
c) Necrologium, 24, 56, 96, 144, 208, 312, 352, 384, 456, 552.

n

INDEX DOCUMENTORUM

CHRONOLOGICO ORDINE DIGESTUS

I. - ACTA BENEDICTI PP. XV

I. - LITTERAE ENCYCLICAE.

ANNO	MENSE	DIE	
1920	Maii	23	***Pacem, Dei munus pulcherrimum.*** - Ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos aliosque locorum Ordinarios, pacem et communionem cum Apostolica Sede habentes : de pacis reconciliatione christiana . . . .'. . . . . . .
	Sept.	15	***Spiritus Paraclitus.*** - Ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos aliosque locorum Ordinarios, pacem et communionem cum Apostolica Sede habentes, in natali M D S. Hieronymi Ecclesiae Doctoris. . . . .
	Oct.		***Principi Apostolomtm Petro.*** - Ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos aliosque locorum Ordinarios, pacem et communionem cum Apostolica Sede habentes : de sancto Ephrem Syro, monaco Edesseno, doctore Ecclesiae renuntiando . . . .
	Dec.		***Annus iam plenus.*** - Ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos aliosque locorum Ordinarios, pacem et communionem cum Apostolica Sede habentes: de pueris ex bello egentioribus iterum . adiuvandis . . . .

II. - LITTERAE DECRETALES.

ANNO	MENSE	DIE	
	Maii	13	***Non sine proviolentissimo. -*** B. Gabriel a Virgine perdolente, clericus professus e Congregatione Clericorum regularium excalceatorum a Ssma Cruce et passione D.N.I.C, sanctorum fastis adscribitur.
			Ecclesiae consuetudo. - B. Margaritae Mariae Alacoque, virgini, moniali a Visitatione sanctae Mariae, sanctorum honores decernuntur. . . . . . .
		16	***Dwina disponente clementia.*** - B. Ioanna de Arc, virgo, in sanctorum caelitum album refertur. . . . .

ANNO	MENSE	DIE		PAG
			III. - CONSTITUTIONES APOSTOLICAE.	
	Iul.	26	***Inter officia.*** - Erectio novae parochiae sub titulo beatae Mariae Virginis Boni Consilii, in loco « Quatrarium », vulgo «il Quadraro », nuncupato. . . .	25
	Oct.	"4	***Ecclesiae universae regimen.*** - Acrensis et Puruensis. Erectio Praelaturae Nullius.	5
	Nov.		***Nihil Sedi Apostolicae.*** - Erectio novae parochiae sub titulo Omnium Sanctorum, in regione circa Viam Appiani, extra Portam sancti Ioannis . . .	27
	Febr.	13	***Inter varias.*** - Erectionis novae Provinciae ecclesiasticae.	425
		20	***Boni Pastoris.*** - De unione dioecesis Treiensis cum dioecesi sancti Severini.	321
	Mart.	21	***Praeclara gesta.*** - Erectio novae Abbatiae.	265
	Maii	14	***Sedis huius Apostolicae.*** - Revisio et approbatio novi breviarii	317
			Semper Romani Pontifices. - De dismembratione territorii « de los Andes » a dioecesi Catamarcensi ac de eius unione dioecesi Saltensi.	323
	Iun.		***Inter alias.*** - Divisionis et erectionis novi Vicariatus Apostolici « de Finlandia ».	268
			Ecclesiae universae regimen. - De bono Iesu de Piauhy erectio Praelaturae Nullius	557
		9	***Maxime interest.*** - De finium dioecesanorum commutatione.	270
	Iul.	10	***Romanos Pontifices.*** - Venetiarum. Erectio capituli ad honorem in ecclesia Ss. Martyrum Donati et Cypriani in oppido Murano.	530
			IV. - MOTU PROPRIO.	
	Apr.		***Episcopis.*** - Episcopis ex regularibus Ordinibus usum rocheti concedit	149
	Iul.		***Bonum sane.*** - De sacris solemnibus anni quinquagesimi ex quo S. Ioseph, B. M. V. sponsus, Ecclesiae Catholicae patronus renuntiatus est	313
	Oct.	10	***Cum primum.*** - De Maronitarum in Urbe collegio restituendo	472
			V. - LITTERAE APOSTOLICAE.	
	Nov.	10	***Inter potiores.*** - Curialis aedes S. Andochii, in civitate Sedeloco, dioecesis Divionensis, titulo ac privilegiis basilicae minoris honestatus.	
		13	***Neminem latet.*** - Florentinum templum « S. Maria No-' velia » ad dignitatem basilicae minoris evehitur .	10
		19	***Nobis supremum.*** - Insula Célebes eique continentes minores insulae a Vicariatu apostolico Batavinensi	

ANNO	MENSE	DIE		PAG.
			separantur et in novam Praefecturam Apostolicam « de Célebes » nuncupandam eriguntur	100
1919	Nov.		***Quae catholico nomini.*** - In Iaponico imperio Apostolica Delegatio constituitur eidemque etiam Corea et insula Formosa committuntur.	101
1920	Febr.		***Ordo a divo Benedicto.*** - E seiunctis a Beuronensi Congregatione abbatiis de Maretiolo et Regina Caeli de Lovanio itemque e separata, a Congregatione Brasiliensi, abbatia sancti Andreae de « Zevenkerken » piopc Brugas, nova efformatur Congregatio bened i otina titulo Annuntiationis beatae Mariae Virginis	102
		23	***Cracoviae in Bolonia.*** - Ecclesia sancti Francisci Assisiensis, Minorum Conventualium, Cracoviae, basilicae minoris dignitate ac titulo honestatur . . .	104
		24	***Inter potiora.*** - Templum abbatiale beatae Mariae Virginis in caelum Assumptae, loci « Ettal » in Bavaria, ad basilicae minoris dignitatem evehitur	106
	Mat.	17	***Inter potiora.*** - Sanctuarium loci « Emmaus », in Palaestina, titulo ac privilegiis basilicae minoris honestatur	150
		20	***Exstat in civitate Trevirorum.*** - Templum Trevirense sancti Matthiae titulo ac privilegiis basilicae minoris honestatur	
	Apr.	8	***Sanctuarium beatae Mariae Virginis.*** - Sanctuarium beatae Mariae Virginis de Poupsis, vulgo « di Polsi », in dioecesi Hieracensi, titulo Abbatiae Nullius decoratur et rectori eius pro tempore conceduntur titulus Abbatis Nullius, nonnulla privilegia et facultas sacramenti Confirmationis conferendi certis circumscripta finibus	151
			Cum, opitulante Beo. - A Vicariatu Apostolico de Canton in Sinis separatur pars septemtrionalis, eaque erigitur in Vicariatum Apostolicum de Shiu-Kow appellandum	154
		16	***Quae catholico nomini.*** - Praefectura Apostolica Nigeriae inferioris in Africa occidentali in Vicariatum Apostolicum erigitur titulo Nigeriae meridionalis	
		17	***Supremi apostolatus munus.*** - Praefectura Apostolica Guineae Gallicae in Africa occidentali in Vicariatum Apostolicum erigitur	430
			Conlegium Tharsicii. - Conlegium Tharsicii urbanum in Archisodalitatem erigitur cum facultate aggregandi et communicandi indulgentias quibus locupletata	560
	Maii		***Religiosas inter familias.*** - Venerabili Dei Famulae Ludovicae de Marii!ac, viduae Le Gras, confunda-	

ANNO	MENSE	DIE	
			trici Congregationis puellarum a caritate, beatorum honores decernuntur . . . .
1920	Maii		***Ex quo Ecclesia Christi.*** - Venerabili Dei Famulo Oliverio Plunket, archiepiscopo Armacano et Hyberniae primati, martyri, beatorum caelitum honores decernuntur . . . .
		30	***Quod habetur.*** - Venerabili Dei Famulae Annae Mariae Taigi, matrifamilias, e tertio Ordine Ssmae Trinitatis redemptionis captivorum, beatorum caelitum honores decernuntur . . . .
	Iun.		***In Africani quisnam.*** - Venerabilibus Dei Famulis Carolo Lwanga, Mathiae Murumba et Sociis eorum, vulgo « de Uganda », martyribus, beatorum honores decernuntur . . . .
		13	***Martyrum rigata sanguine.*** - Venerabiles Servae Dei Maria Magdalena Fontaine et tres eius Sociae, ex Instituto puellarum caritatis sancti Vincentii a Paulo, necnon Maria Clothildes Angela a sancto Francisco Borgia et decem eius Sociae, e Monialibus Ursulinis de Valenciennes, ad beatorum caelitum honores evehuntur . . . .
		14	***Inter Suebiae coenobia.*** - Perantiqua abbatia Neresheimensis sanctorum Udalrici et Afrae in integrum restituitur et Congregationi Beuronensi unitur. .
			Inter Americae regiones. ~ Templum metropolitanum Insulae sancti Dominici, Annuntiationis beatae Mariae Virginis sacrum, titulo ac privilegiis basilicae minoris ornatur . . . .
	Iul.	20	***Titulum sancti Cyriaci.*** - Ecclesia sanctae Mariae Angelorum in Urbe ad basilicam minorem evehitur. .
	Aug.		***Si ulla unquam.*** - Novus erigitur Vicariatus Apostolicus de Quan-tong occidentali et de Hainan in Sinis . . . .
			Tot inter celeberrima templa. - Cathedralis aedes Leonensis Deiparae « Matri luminum » sacra, in Republica Mexicana, titulo ac privilegiis basilicae minoris augetur . . . .
			Concreditum Nobis. - Parte e Vicariatu Apostolico de Seoul dismembrata, novus erigitur Vicariatus Apostolicus de Ouen-san in Corea . . . .
			Divinae sponsiones. - Novus erigitur Vicariatus de Kan-Chow in Sinis . . . .
		29	***Christiani gregis sollicitudo.*** - Praefectura Apostolica Novae Guineae Hollandiae in Vicariatum Apostolicum erigitur . . . .
	Sept.	15	***Cum in honorem.*** - Decernitur de triduanis sollemnibus et de Cappella Papali in basilica Liberiana habendis et de similibus supplicationibus in universo catho-

ANNO MENSE DIE

lieo orbe peragendis in honorem sancti Hieronymi, Ecclesiae Doctoris, decimo quinto saeculo ab eius obitu exeunte, et indulgentiae plenaria et partiales conceduntur . . . .

1920 Sept. ***Quod Nobis.*** - Facultas^ fit Pontificio Instituto Orientali doctorales laureas conferendi . . . .

Dec. ***Per similes.*** - Titulus honorificus Patriarchae Indiarum Occideatalium transfertur ad Episcopum Sionensem pro tempore, cappellanum generalem exercitus hispanici . . . .

VI. - EPISTOLAE.

1919 Oct. ***Officia pietatis.*** - Ad Petrum S. R. E. card. La Fontaine, patriarcham Venetiarum: de officiis delatis, nomine etiam cleri sacris exercitationibus vacantis, gratias persolvit . . . .

30 ***Te nuper.*** - Ad R. D. Aloisium Lamerand, quem Consociationis apostolicae praepositum generalem electum esse gaudet .. . .

Nov. 10 ***Con viva soddisfazione.*** - Ad R. P. Octavium Marchetti, S. I. : de schola theologiae ascetico-mysticae in Gregoriana Universitate . . . .

Opportune admodum. - Ad RR. PP. DD. Hieronymum, archiepiscopum S. Salvatoris in Brasilia, ceterosque Archiepiscopos et Episcopos Brasiliae septemtrionalis: gratulatur quod annuum conventum sub auspiciis Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo proxime habuerint . . . .

Dec. 18 ***Celeberrima evenisse sollemnia.*** - Ad Antonium S. R. E. card. Mendes Bello, patriarcham Ulyssiponensem, ceterosque Archiepiscopos et Episcopos Lusitaniae : de suadenda subiectione et obedientia civili potestati constitutae . . . ". . . . .

1920 Ian. ***Quandoquidem.*** - Ad R. P. D. Franciscum Kordac, archiepiscopum Pragensem, coetum Episcoporum convocandum statuens . . . .

Par Vintermédiaire. - Ad perillustrem D. Herbertum Hoover: de opera ab eo inita ad reficiendos pueros in regionibus Europae bello vexatis gratulatur. .

Cum in catholicae rei. - Ad R. P. D. Franciscum Kordac, archiepiscopum Pragensem: de nuper habito coetu Episcoporum Bohemiae . . . .

31 ***Edito in lucem.*** - Ad R. D. Dominicum Mariani, praelatum domesticum, cuius opus cathechisticum laudibus prosequitur . . . .

Febr. ***Redditum Nobis.*** - Ad R. P. Alexium Mariam Lépicier, Ordinis Servorum beatae Mariae Virginis prio-

ANNO	MENSE	DIE	
			rem generalem, cuius laudat et libellum de Iesu Christo rege cordium et propositum ipsi Cordi Iesu Ordinem cui praeest consecrandi . . . .
1920	Febr.		***Istum, cui praesides.*** - Ad R. P. Norbertum Schachinger, Canonicorum Regularium Praemonstràtensium abbatem generalem, ob saecularia Ordinis solemnia . . . .
	Mart.		***Fecisti haud ita pridem.*** - Ad Iosephum S. R. E. card. Francica-Nava, in xxv natali eius archiepiscopatus Catanensis . . . .
		il	***Soliti Nos quidem.*** - Ad R. P. D. Aloisium Mariam Marelli, episcopum Bergomensem : de praescriptionibus Sedis Apostolicae in re sociali non negligendis, immo religiosissime sequendis . . . . . .
		19	***Pastoralem epistolam.*** - Ad R. P. D. Alfredum, episcopum Winnipegensium, de litteris oflîciosissimis gratias persolvens . . . .
	Apr.		***Quamquam satis.*** - Ad R. D. Aloisium Orione, Parvi Operis a divina Providentia moderatorem, cui xxv sacerdotii annum celebranti, ob eius praeclara promerita gratulatur . . . .
			Optimo sane consilio. - Ad R. P. Silvium a S. Bernardo, sodalium Passionistarum praepositum generalem, altero exeunte saeculo a Sodalitate condita
		15	***La notizia.*** - Ad R. P. Paulum Albera, Moderatorem Piae Societatis S. Francisci Salesii: de octavo Congressu internationali Cooperatorum Salesianorum proxime habendo . . . .
	Iun.		***Quae Mutinam.*** - Ad RR. PP. DD. Natalem, archiepiscopum Mutinensem, Guidonem Mariam, archiepiscopum episcopum Parmensem, ceterosque Episcopos Aemiliae regionis : de delato litterarum officio gratias agit . . . .
		14	***Intelleximus.*** - Ad Petrum S. R. E. presb. card. La Fontaine, patriarcham Venetiarum, et Bartholomaeum S. R. E. presb. card. Bacilieri, episcopum Veronensem, Antonium, archiepiscopum Utinensem, ceterosque Episcopos Venetae regionis: de principiis christianis in re sociali adhibendis . .
	»	\	***Opportune.*** - Ad RR. PP. DD. Ioannem, archiepiscoscopum Perusinum, Petrum, archiepiscopum Spoletanum, ceterosque Umbriae Episcopos: de annuo episcopali conventu nuper habito . . . . . .
			Gratis vos animis. - Ad Georgium S. R. E. presb, card. Gusmini, archiepiscopum Bononiensem, ceterosque Archiepiscopos et Episcopos Flaminiae regionis: de communibus officiosis litteris gratias persolvens . . . .

ANNO	MENSE	DIE		PAG.
1920	Iul.		***Quod Ioanna de Arc.*** - Ad. R. D. Henricum Debout, protonotarium apostolicum, cuius de Ioanna de Arc editos libros dilaudat	
			Optime profecto. - Ad RR. PP. DD. Iacobum Augustinum, archiepiscopum S. Andreae et Edimburgen., ceterosque Scotiae Episcopos : de urbano Seotorum collegio tuendo et amplificando	
	Aug.		***Libenter admodum.*** - Ad R. P. D. Iacobum Seammler, episcopum Basileensem et Luganensem, ceterosque Episcopos Helvetiae: communibus litteris respondens ex coetu Lucernensi datis, sacrum Seminarium in Urbe condendum enixe commendat	
	Sept.		***Cum de Poloniae rebus*** - Ad Alexandrum S. R. E. card. Kakowski, archiepiscopum Varsaviensem, et Edmundum S. R. E. card. Dalbor, archiepiscopum Gnesnensem et Posnaniensem, aliosque Episcopos Poloniae: de conditione rerum in Polonia feliciter mutata vehementer gratulatur	
		19	***Gratum sane.*** - Ad R. P. Aloisium M. De Stefania, Ordinis S. Hieronymi Moderatorem Generalem: gratias agit de oblato sibi exemplari epistolarum eiusdem sancti Doctoris, quae denuo editae sunt xv exeunte saeculo ab ipsius obitu beatissimo . . .	
	Nov.		***Quae civitatis istius.*** - Ad Thomam Pium S. R. E. presb. card. Boggiani, archiepiscopum Ianuensem, qui delegatur a B. P. ut eius nomine simulacrum Deiparae a Vineis aurea corona redimiat et benedictionem impertiat cum indulgentia plenaria. . .	

VII. - SERMO.

	Febr.	16	***Or fa un anno.*** - Habitus die 16 februarii 1920 ad parochos et ad quadragesimales in urbe concionatores	

VIII. - SACRUM CONSISTORIUM.

	Mart.		Camerariatus sacri S. R. E. Cardinalium Collegii. .	
			Allocutio	
			Provisio Ecclesiarum	
			Sacri Pallii expostulatio et concessio	
	Apr.		Consistorium publicum	
			Consistorium secretum	
	Maii		Consistorium secretum.	
			Consistorium semipublicum de canonizatione Bb. Gabrielis a Virgine perdolente, Margaritae Mariae Alacoque et Ioannae de Arc	
			In solemni canonizatione Bb. Gabrielis a Virgine perdolente et Margaritae Mariae Alacoque, habita in	

ANNO	MENSE	DIE		PAG.
			Basilica Vaticana, die 13 maii 1920, festo Ascensionis Domini	
			Homilia Sanctissimi Domini Nostri	223
			In solemni canonizatione B. Ioannae de Arc, habita in Basilica Vaticana-, die 16 maii 1920, Dominica infra octavam Ascensionis Domini	
			Homilia Sanctissimi Domini Nostri	227
1920	Dec.	16	Consistorium secretum.	585 T/.
			Camerariatus sacri S. R. E. Cardinalium Collegii . .	
			Allocutio	
			Optio ad Ecclesiam suburbicariam Tusculanam . .	588
			Provisio ecclesiarum	589
			Sacri Pallii expostulatio et concessio	593

II. - ACTA SACRARUM CONGREGATIONUM

I. - SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII.

ANNO	MENSE	DIE		PAG.
	Ian.	15	***Decretum.*** - Schismati ea nonnullorum e clero bohemo sacerdotum coalitio damnatur.	37
	Febr.	10	Errata-corrige.	68
	Mart.	**12**	Decretum circa « les faits de Loublande ».	113
			-Submissio auctoris operis damnati	
			Circa « les faits de Loublande ».	
	Apr.		Decretum circa authentiam mosaicam Pentateuci. .	158
			Decretum. - Damnantur opera omnia auctoris vulgo « Guido da Verona » . . . . , ...	
	Nov.		Epistola ad locorum Ordinarios, qua eorum vigilantia excitatur circa nova quaedam acatholicorum molimina contra fidem	595
		12	***Decretum.*** - Damnatio operis « Kritische erörterungen über den katolischen religiosunterricht an höheren schulen... von dr. W. Wilbrand».	570
	Dec.	14	***Decretum.*** - Damnatio operis « Tommaso Gallarati-Scotti: La vita di Antonio Fogazzaro ».	598

II. - S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS.

ANNO	MENSE	DIE		PAG.
1919	Dec.	6	Decretum de disciplinari ordine a capitulo et clero basilicae S. Nicolai Barensis servando.	159
		20	MELEVITANA ET GAUDISIEN. - Circa beneficia, capellanías et patrimonia sacra de iure patronatus. . .	38
1920	Ian.	10	Circa statum Episcopi auxiliaris Managuensis . . .	41
		16	S. LUDOVICI POTOSIENSIS ET DE ZACATECAS. Decretum de dioecesanorum finium commutatione	68
	Febr.		TRIDENTINA. Decretum quo Tridentina dioecesis S. Sedi immediate subiicitur	114

ANNO	MENSE	DIE		PAG.
1920	Mart.	8	Decretum pro solemni canonizatione beatorum Gabrielis a Virgine Perdolente, Margaritae Mariae Ala-	114
»	»	»	Monitum caeremoniarum praefecti	115
»	Apr.	26	CORRIENTENSIS. Diffamationis	162
	Iun.	3	COLONIENSIS ET PADERBORNENSIS. De finium dioecesum	295
»	»	11	MANIZALENSIS-CALIENSIS. Dismembrationis et unionis.	296
»	»	19	MARIANOPOLITANA ET JOLIETTEN. De mutatione dioecesanorum finium	297
»	Iul.	2	ORANENSIS. Dismembrationis et unionis. Decretum. .	327
»	»	7	COMACLENSIS. Separationis dioecesis Comaclensis ab	328
»	Aug.	27	Designatio metropolitam pro concilio provinciali . .	444
»	Oct.	23	Notificazione circa la costituzione di un prelato per	534
»	»	29	BELEMENSIS DE PARA ET SS.MAE CONCEPTIONIS DE ARA-	571

III. - S. CONGREGATIO CONCILII.

ANNO	MENSE	DIE		PAG.
1919	Dec.	28	index festorum in universa Ecclesia suppressorum .	42
1920	Ian.	11	WRATISLAVIEN. ET ALIARUM. Licentiae gestandi barbam.	43
»	»	»	MONTISVIDEI ET ALIARUM. Stipendii missarum. . . .	70
»	Febr.	14	VEHONEN. ET ALIARUM in ditione Veneta. Iurispatro-	163
»	»	15		117
»	Mart.	13	DIOECESIS *N'*, ET ALIARUM IN GALLIA. Cathedratici . .	444
»	Maii	8	VIGLEVANEN. Missae binatae ac pro populo	536
»	»	31	Lettera circolare ai reverendissimi Ordinari d'Italia .	299
»	Iun.	10		300
»	Iul.	»	TOLETANA ET ALIARUM. Servitii choralis	357

IV. - S. CONGREGATIO DE RELIGIOSIS.

ANNO	MENSE	DIE		PAG.
1919	Nov.	21		17
»	»	30		13
1920	Mart.	9	Litterae circulares ad Ordinarios locorum circa eiusdem personae repetitam electionem ad munus Moderatricis Generalis in Congregationibus religiosis et Antistitae in Monasteriis monialium	365
»	Iun,	4		301

V. - S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE.

ANNO	MENSE	DIE		PAG.
1919	Sept.	29	Epistola ad universos sacrorum Antistites de stipe colligenda pro nigritis in Africa	74
»	Dec.	8	Epistola ad Vicarios et Praefectos Apostolicos, qua potestas ipsis fit nominandi vicarium delegatum .	120

ANNO	MENSE	DIE		PAG.
1920	Febr.	2	Decretum. Desideratus S. R. E. card. Mercier, archiepiscopus Mechliniensis, nominatur Praeses in universa regione Belgica Piae Unionis cleri pro Missionibus	121
	Apr.	26	Decretum super adprobatione operis S. Petri Apostoli.	247
	Iul.	16	Decretum super extensione Delegationis Apostolicae Indiarum Orientalium ad regionem Birmanicam .	367
»	»	20	Instructio circa erectionem quasi-paroeciarum in Vicariatibus et Praefecturis Apostolicis	
			VI. - S. CONGREGATIO RITUUM.	
1919	Nov.	26	Dubia de quibusdam Episcoporum privilegiis, insignibus ac functionibus	177
1920	Ian.	14	VICBN. SEU BARCINONEN. Beatificationis et canonizationis Servae Dei loachimae de Vedruña de Mas, viduae, fundatricis Instituti Sororum a Caritate	76
	»	»	Decretum de editione typica Memorialis Rituum . .	448
»	»	26	ROMANA. Dubia circa tres Missas in die Nativitatis Domini et Commemorationis omnium fidelium defunctorum celebrandas . . . . . • •	122
»	Febr.	6	Decretum quo editio vaticana breviarii Bracarensis typica declaratur	333
		25	ABYSSINE N. Beatificationis seu declarationis martyrii servi Dei Abba Ghebre Michaelis, sacerdotis, cooptati in Congregationem Missionis S. Vincentii a Paulo, in odium fidei, uti fertur, interempti. . .	123
»	»	28	S. SEBASTIANI FLUMINIS IANUARII IN BRASILIA. Circa ritum exequiarum	128
	»	29	CAMERACEN. Beatificationis seu declarationis martyrii venerabilium Servarunt Dei Mariae Magdalenae Fontaine et trium Sociarum eius, ex Instituto Puellarum Caritatis sancti Vincentii a Paulo, nec non Mariae Clothildis Angelae a sancto Francisco Borgia et decem Sociarum eius, ex Ordine Monialium Ursulinarum de Valenciennes	79
»	»	»	VICARIATUS APOSTOLICI UGANDEN.. Beatificationis seu declarationis martyrii venerabilium Servorum Dei Caroli Lwanga, Mathiae Murumba et Sociorum vulgo « de Uganda » . •	
	Mart.	24.	Decretum. B. Maria Virgo Lauretana aèreonautarum patrona declaratur	175
»	»	»	Benedictio machinae itineri aereo destinatae. . . .	»
»	»	27	Dubium de solemnitate Sacratissimi Rosarii. . . .	177
»	Apr.	10	Errata-corrige	172
»	»	11	VICARIATUS APOSTOLICI UGANDEN. Beatificationis seu declarationis martyrii venerabilium servorum Dei	

ANNO	MÍENSE	DIE	
			Caroli Lwanga, Mathiae Murumba et Sociorum vulgo « de Uganda » . . . .
	Apr.	11	BOBIEN. SEU PIACENTINA ET IANUEN. Beatificationis et canonizationis ven. Servi Dei Antonii Mariae Gianelii, episcopi Bobiensis, fundatoris Congregationis religiosarum sororum Filiarum Mariae Ssmae ab horto nuncupatarum . . . .
			LUCANA. Beatificationis et canonizationis Servae Dei Gemmae Galgani, virginis . . . .
	Iun.		TAURINEN, SEU NOVARIEN. Beatificationis et canonizationis Servi Dei Andreae Beltrami, sacerdotis Piae Societatis Salesianae . . . .
	Iul.	11	LUGDUNEN. Beatificationis et canonizationis ven. Servi Dei Marcellini Iosephi Benedicti Champagnat, sacerdotis maristae et institutoris congregationis Parvulorum Fratrum Mariae . . . .
		25	Decretum de editione typica Missalis romani . .
			ROMANA. Pro S. Gabriele a Virgine Perdolente, conf.
			Pro S. Margarita Maria Alacoque, virg. . .
			Pro S. Ioanna de Arc, virg. . . . . . .
	Sept.		Ritus et formula brevior in consecratione altarium quae amiserunt consecrationem: uti in casu de quo agit Codex iur. can. in canone 1290, § 2, nn. 1 et 2 .
	Oct.		URBIS ET ORBIS. S. Ephraem Syri, diaconi, conf. et Ecclesiae doctoris . . . .
		15	Dubium circa litanias LaUretanas . . . .

III. - ACTA TRIBUNALIUM

I. - SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA.

SECTIO DE INDULGENTIIS.

	Iul.	21	Dubium circa indulgentias litaniis marialibus adnexas.

II. - SACRA ROMANA ROTA.

1918	Dec.	23	QUEBECEN. Nullitatis matrimonii (Lacroix-Shink) . .
1919	Febr.	18	DE MANILA. Legatorum piorum . . . .
»	»	25	BERGOMEN. Iuris funerandi (Pezzoli-Fojadelli). . . .
	»	28	S. ANGELI DE LOMBARDIS. Iurium . . . .
	Mart.	30	HARLEMEN. Citatio edictalis. Nullitatis matrimonii (De Glabeek-Massaar) . . . .
»	Apr.	4	PARISIEN. Nullitatis matrimonii (Le Fortier-Topouzian).
	Iul.	1	HARLEMEN. Nullitatis matrimonii (De Glabeek-Massaar).

ANNO [ENS» DIE PAG.

III. - SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL.

1920 Apr. DE MANILA. Nullitatis et restitutionis in integram seu legati pii 252

ÍV. - PONTIFICIA COMMISSIO

AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS.

Nov. Dubia soluta in plenariis comitiis Emorum Patrum et ab Emo Praeside Commissionis 573

V. - ACTA OFFICIORUM

I. - DATARIA APOSTOLICA.

Febr. 9 Ecclesia S. Crucis civitatis Mediolanen, in paroeciam erigitur 302

II. - SECRETARIA STATUS.

Iun. 10 Ad Gulielmum S. R. E. card. Van Rossum, S. Congreg. de Propaganda Fide Praefectum, circa pontificium opus a S. Petro Apostolo pro clero indigena in sacris missionibus efformando 345

VICARIATUS URBIS.

Nov. 5 ROMANA. Citazione edittale di nullità di matrimonio (Nunziante-Frewen) 578

III

INDEX ANALYTICUS RERUM NOTARILIUM

A

Absentia a choro, v. *Chorale servitium.*

Abstinentia et ieiunium, v. ***Canonum.***

Aëronavis benedictionis formula, 175.

Agomsantibus (Consociatio pro), v. Ioseph.

Alacoque Margarita Maria, virgo, in Sanctorum album refertur, 145, 220; Homilia B. P. inter Missarum solemnia die 13 maii, 223; Litterae decretales canonizationis, 486; de eius Officio et elogio in Martyrologio romano, 543.

Albera Paulus, moderator generalis piae Societatis S. Francisci Salesii, epistolam accipit de octavo congressu internationali cooperatorum Salesianorum, 288.

Alienatio rerum ecclesiasticarum, v. Canonum.

Altare: formula brevior datur a S. C. Rituum pro eius consecratione, post amissam consecrationem ob separationem, etsi momentaneam, tabulae seu mensae a stipite, 449, 450.

Amentia, relate ad matrimonium, 339.

Ancillae Immaculati Cordis B. Mariae Virginis, v. *Instituta.*

Andochii (S.), v. *Basilicae minores.*

Appellatio: pro ea Ordinariorum designationes, 14, 75, 162, 163, 3i)1, 329, 330, 333, 444, 572.

Aquaebellae regionis paroecia erigitur S. Crucis in civitate Mediolanensi, 302.

Araguaya (de), v. *Belemensis.*

Arcensis etPuruensis abbatia nullius in Brasiliana república erigitur, 5.

Archipresbyter: in ecclesiis receptitiis quomodo possit bona earumdem administrare, 88.

B

Bacilieri, v. *La Fontaine.*

Bwbam gestandi libertas clericis secularibus iuxta G. I.C. non datur et Episcopis competit prohibitionem in suo robore pro suis dioecesibus sustinere, 43 sqq.

Barensis basilicae S. Nicolai capitulum et clerus peculiares accipiunt disciplinares normas a S. C. Consistoriali, 159 sqq.

Basilicae minores declarantur templa:

Cracoviense S. Francisci Assisiensis 104.

« Emmaus » in Palaestina, 150.

Ettalense in Bavaria Abbatiae B. M. Virginis in caelum Assumptae, 106.

Leonense, « Luminum Matri » sacrum, in republica Mexicana, 437.

Florentinum « S. Maria Novella », 10.

Romanum S. Mariae Angelorum, 435.

Sancti Dominici insulae, Annuntiationi B. Mariae Virginis sacrum, 433.

Sedelocense S- Andochii, 9.

Trevirense S. Mathiae, 428.

Belemensis de Para, aliqua pars.huius dioecesis unitur Praelaturae nullius SSmae Conceptionis de Araguaya, 471.

Belmontense Monasterium Benedictini Ordinis dioecesis Cardiffensis in novam erigitur abbatiam, 265.

Beltrami Andreas, servus Dei, sacerdos piae Societatis Salesianae: eius enucleatio vitae et introductio causae, 368.

Benedictina Congregatio nova efficitur titulo Annuntiationis B. M. Virginis, e Beuronensis Congregationis abbatiis de Maretiolo et Reginae caeli de Lovanio itemque e separata a Brasiliensi abbatia

sancti Andreae de Zevenkerken prope Brugas, 102.

Beneficia: capellaniae et patrimonia sacra de iure patronatus in insulis Melitensi et Gaudisensi specialibus subduntur normis, 38; v. ***Chorale servitium, Canonum.***

Beuronensis Congregatio, v. ***Neresheimensis, Benedictina.***

Birmanica regio, v. ***Indiarum.***

Boggiani S. B. E. card. Pius, archiepiscopus Ianuensis, epistolam accipit qua delegatur a B. P. ut eius nomine simulacrum Deiparae a Vineis aurea corona redimiat et benedictionem impertiat cum indulgentia plenaria, 568.

Bohemorum sacerdotum nonnullorum coalitio schismatica damnatur, 37; ***v. Kordac, Iednota.***

Br acárense breviarium speciale probatur, 317 ; eiusque editio vaticana typica declaratur, 333.

Brasiliae septemtrionalis Archiepiscopi et Episcopi epistolam accipiunt gratulatoriam, quod annuum conventum sub auspiciis B. M. Virginis,de Monte Carmelo habuerint, 31.

C

Caliensis, v. ***Manisalensis.***

Canonicus theologus, poenitentiarius, aliaeque dignitates capitulares: circa eorum adsistentiam in servitio altaris, 117; v. ***Chorale servitium, Canonum.***

Canonisatio : monitum ad Episcopos circa eius sollemnia, 115.

Canonizationis, beatificationis et introductionis causae decreta, venn. Servorum Dei :

Abba Ghebre Michaelis, 123.
Alacoque Margaritae Mariae, 486.
Beltrami Andreae, 368.
Champagnat Marcellini Iosephi, 334.
Clothildis Mariae Angelae a S. Francisco Borgia, 79.
De Arc Ioannae, 514.
Gabrielis a Virgine perdolente, 474.
Galgani Gemmae, 248.
Gianelli Antonii Mariae, 170.
Fontaine Magdalenae et Soc, 79.
Lwanga Caroli et Soc, 82, 168.
Murumba Mathiae et Soc, 82, 168.
Vedruña (de) de Mas loachimae, 76.

Canonum quorundam authentica interpretatio: de canonicis, 573; de examine parochorum, 574; de religiosis, 575; de reservationibus, 575 ; de sede confessionali, 576 ; de officio funebri sollemni, 576 ; de abstinentia et ieiunio, 576; de devolutione collationis beneficiorum ad S. Sedem, 577; de remotione parochorum, 577 ; de alienatione rerum ecclesiasticarum, 577.

Canton {de) Vicariatus Apostolicas, v. ***Sliiu-Kow.***

Capellania ex fundatione testatoris, 191.

Carmina christiana quantum ad populos erudiendos conferant, 463 sqq.

Caiamarcensis dioecesis: ab ea dismembratur territorium «de los Andes » et unitur dioecesi Salten si, 323.

Catechesis, v. ***Evangelium.***

Cathedraticum: taxa pro illo ab aliquibus Ordinariis in Gallia proposita non sustinetur, 444.

Causae actae sub secreto anno 1919 in tribunali S. R. Rotae, 48

Célebes eique continentes minores insulae a Vicariatu Apostolico Rataviensi separantur et in novam Praefecturam Apostolicam « de Célebes » nuncupandam erigitur, 100.

Champagnat (ven. Servus Dei) ***Marcellinus Ioseph,*** sacerdos Marista, institutor Congregationis Parvulorum Fratrum Mariae : ad eius causam dubium expenditur de virtutibus theologalibus, 334 sqq.

Chorale servitium: multa circa illud, in Hispania praesertim, ubi de consuetudine aliqua improbanda, 357.

Circumscriptio: in hac materia odiosissima, quaelibet benigna interpretatio pro actorum validitate sumenda, 256.

Coloniensis et Paderbornensis dioecesum fines commutantur, 295.

Comaclensis dioecesis separatur ab archidioecesi Ravennatensi, 328.

Concilii S C.: normae dantur pro « Studio » apud eamdem, 50.

Concilium provinciale: designatio Metropolitani ad illud, 444.

Concionatores in Urbe per Quadragesimae) alloquitur B. P. die xvi februarii, 61. Verba Pauli exponit in I ad Tim., iv, 5; « opus fac evangelistae ». Magnificat praedicatorum veritatis laborem, memorat propriam evangelistae officii naturam eiusque officia, 62. Apostoli eiusque successores in praedicationis munere vocem Christi referre debent, 62; quippe

qui eius evangelium praedicare debent, 63: eumdem finem habent opus Christi et e van gel istarum, 63. Duplex praedicationis christianae gloria, operis Christi continuatio et ad salutis animarum cooperatio, maxime aestimanda, 63 sq. Labor missionariorum extollitur, et B. P. concionatoribus indicit ut semel saltem in quadragesimalibus sermonibus illum memoren! et commendent, 64 ; ipsi concionatores quam magni faciant officium suum probare debent ex ipsa praedicandi ratione, 65, e materia de qua loquuntur, quae ex evangelio exclusive sumenda est, 65, nunquam a prophanis scriptoribus, 66; neque indulgendum saeculo qui sanam non sustinet doctrinam, quaerens magistros prurientes auribus, iuxta Pauli praeceptum, 66. Opus • evangelistae perfecte et continuo perficient non sermone tantum, sed et praesertim ipsa vivendi ratione, iuxta verba Pauli et D. Thomae commentarium, 67.

Confessionalis sedes, v. ***Canonum.***

Consistoria Sacra anno 1920 a SS. D. N. Papa BenedictoXV in Palatio Vaticano habita: die 8 martii, p. 97; die 22 aprilis, 135; die 7 maii, 219; die 16 decembris, 585.

Consociatio apostolica, v. ***Lamerand.***

Consuetudo quomodo differat a praescriptione, 131 ; quid conferat in iure ecclesiastico, 132.

Corea, ***v. Iaponicum imperium.***

Corrientensis, diffamationis : sententia primi gradus contra Episcopum illius dioecesis non sustinetur, 162.

D

De Arc Ioanna, virgo, ad Sanctorum honores evehitur, 145, 220; Homilia B. P. inter Missarum solemnia die 16 maii, 227. Litterae decretales canonizationis, 514; de eius officio et elogio in Martyrologio romano, 543.

Debout Henricus, protonotarius apostolicus, epistolam accipit qua laudantur eius libri de Ioanna de Arc, 326.

De Stefanis Aloisius, Ordinis S. Hieronymi Moderator, epistolam accipit gratias referentem de oblato B. P. exemplari epistolarum eiusdem sancti Doctoris, quae denuo editae sunt xv exeunte saeculo ab ipsius obitu beatissimo, 442.

Diffamatio, v. ***Corrientensis.***

Donationes factae religiosis rectoribus ecclesiarum, ecclesiis factae sunt censendae, 258.

Donatus et Cyprianus Martyres, v. ***Murano.***

Dunis (B. Virgo sub titulo de): eius festivitatis officium et missa, 204.

E

Edimburgensis Archiepiscopus epistolam accipit una cum ceteris Scotiae episcopis, de urbano Scotorum Collegio tuendo et amplificando, 353.

« Emigrazione italiana » : constituitur praelatus ad illam in spiritualibus regendam,, 534; quo munere insignitur R. D. Michael Cerrati, addita ei episcopali dignitate, 535,

Ephrem Syrus (S.), monachus Edessenus, doctor Ecclesiae declaratur a B. P. Litteris encyclicis ***Principi Apostolorum*** diei 5 octobris, 457sqq. Eius enucleatio vitae, 460; virtutum laus et operum, 462; eius , testamentum, 462; de eius carminibus, 463 sqq. ; de eius doctrina circa vitam interiorem, 466, s. Sacrificium et cetera dogmata catholicae Ecclesiae, 467 sqq.; Orientales Episcopi petunt ut Ecclesiae Doctor declaretur, 469; pietas Urbis in illum, 460. Decretum Pontificis circa eius festum uti Doctoris Ecclesiae Universalis, 347, 470; de eiusdem Missa et officio, et elogio in Martyrologio romano, 544sqq

Episcopi, supremi administratores bonorum ecclesiasticorum propriae dioecesis, 90; de quibusdam eorum privilegiis, insignibus ac functionibus, 177 sqq.

— ***regulares,*** v. ***Rochetum.***

Evangelium: de praedicatione illius ád populum nec non de catechesi tradenda, dantur Litterae S. C. Concilii ad Ordinarios Italiae, 299.

Exequiae : de earum celebratione absente cadavere, 128.

F

Favero Alexander, cuius opus quoddam damnatum fuerat, se subiicit ac opus reprobat, 113.

Festorum suppressorum in universa Ecclesia index editur a S. C. Concilii, 42.

Fides: vigilantia Ordinariorum ad illam tutandam contra nova acatholicorum»

molimina excitatur epistola S. C. S. Officii, 595; ubi de indifferentismo religioso, 596; de «Young men's Christian Association » ,> 596.

Finlandia (de) novus erigitur Vicariatus Apostolicus, 268.

Fontaine (ven. Servae Dei) ***Mariae Magdalenae*** et trium Sociarum eius ex instituto puellarum caritatis S. Vincentii a Paulo, nec non Mariae Clothildis Angelae a Sancto Francisco Borgia et decem Sociarum eius ex Ordine Monialium Ursulinarum de Valenciennes, martyrium recognoscitur et ad earum beatificationem decretum datur de ***tuto,*** 79; iisdem omnibus caelitum honores decernuntur, 281.

Formosa insula, v. ***Iaponicum imperium.***

Francica-Nava S. B. E. card. Iosephus, archiepiscopus Catanensis, epistolam accipit in XXV natali eius archiepiscopatus, 109.

Franciscanum a S. Georgio Martyre Sororum Institutum definitive adprobatur, 331.

Fundationes piae, 190.

Funerandi ius: cuinam pertinet, 130; quid de iis qui deeedunt extra parochiam vel in hospitalibus, 131.

G

Gabriel a Virgine perdolente in Sanctorum numerum refertur 145. Homilia B. P. inter Missarum solemnia die xin maii, 223; Litterae decretales canonizationis, 474; de eius officio et elogio in Martyrologio romano, 542.

Galgani Gemma: eius enucleatio vitae, 248 et sqq. ; eius causae beatificationis introductio, 251.

Gallarati-Scotti Thomas: eius opus damnatur « La vita di Antonio Fogazzaro », 598.

Gaudisensis insula, v. ***Beneficia.***

Ghardaiensis, praefectura apostolica, v. ***Oranensis.***

Gianelli (ven. servus Dei) ***Antonii,*** episcopi Bobiensis, fundatoris Congregationis Religiosarum Sororum Filiarum Mariae Sanctissimae ab horto nuncupatarum, decretum de virtutibus datur, 170 sqq.

Gusmini S. B. E. card. Georgius, archiepiscopus Bononiensis, una cum ceteris Archiepiscopis Flaminiae regionis, epistolam accipit gratias persolventem de communibus officiosis litteris, 292.

H

Hainau, v. ***Vicariatus Apostolici.***

Helvetia, v. ***Stammler.***

Hieronymus (S.) Ecclesiae Doctor: eius in natali MD Litteras Encyclicas ***Spiritus Paraclitus*** mittit B. P. ad Patriarchas, Primates, etc., quibus vitam illius concinne percurrit eiusque memorat studia in Sacram Scripturam, quorum gratia, relictis omnibus, orientales peragravit regiones, graecorum et hebraeorum disciplinis enixe incumbens, 384, 386. Damaso Summo Pontifici Romae praesto fuit, a quo munus habuit latinam Novi Testamenti corrigendi versionem quod, omnium aetatum doctorum plausu, diligentissime explevit, 387. Defuncto vero Damaso, Loca Sancta denuo petivit ubi, exstructa ad Bethlehem caenobio, totum se orationi et studio Scripturarum contulit, unde maximus illis explanandis Doctor evasit, 388. Postea scribit B. P. de Hieronymi doctrina circa divinam dignitatem et absolutam S. Scripturae veridicitatem iuxta sensum Ecclesiae universalem. Quod multis ex scriptis S. Doctoris testimoniis conficit, 389 sqq. Quae apprime consonant cum declarationibus a Summo Pontifice Leone XIII solemniter datis circa immunitatem S. Scripturae a quocumque errore, 390 sqq. Unde fallacia refunditur superborum nostrae aetatis virorum, qui, reiecto Ecclesiae magisterio, vana de hac re et perniciosa exquirunt et docent, 394 et sqq. Laudata diligentia eorum qui ad Scripturae sensum investigandum et ad difficultates enodandas codices compulsant et variis disciplinis incumbunt, illorum reprobat rationem qui aberrant, ex eo quod Leonis XIII et Patrum monita neglexerunt, 396 sq. Obiectiones speciatim memorat ex scientiis physicis, naturalibus et historicis deprompti, et lucide concludit admitti non posse limitationem inspirationis alicui tantum Scripturae parti, neque duplicem in ea veritatem, ***absolutam*** nempe et ***relativam,*** 395 sq. Unde Episcopis vigilantiam commendat B. P. ne alius tradatur in Seminariis et Scholis inspirationis conceptus ab illo qui a summis Ecclesiae Doctoribus, a Patribus et ab ipso Christo Domino traditus est, 398. Haec, exemplo sancti Doctoris, sequantur fideles omnes

nec non illius Bibliorum ardentissimum amorem, ubi et cibus invenitur animae et iter ad christianam perfectionem, 399. Qui vero Sacram Scripturam aliis explanant, non suum sed Auctoris sensum exponere tenentur, ne in periculum incidant non Christi evangelium sed hominis tradendi, 404 sqq. De ratione autem dicendi in exponenda S. Scriptura plura docet B. P., Vestigiis inhaerens divi Hieronymi, 412 sqq. Commemorat deinde fructus dulcissimos a S. Doctore ex studio Scripturarum collectos, et argumenta cuiusque generis aptissima ad errores refellendos, ad veritatem et pulchritudinem Ecclesiae catholicae demonstrandam, 415 sqq. Vox ipsa Hieronymi, **XV** post saecula, adhuc viva ex operibus resonat, clamans quanta sit Scripturae sacrae auctoritas, quam suaviter fortiterque ipsa suadeat virtutum christianarum praxim, coniunctionem cum Ecclesia Romana eique subiectionem, pacemque veram inter populos instaurandam, 418 sqq. Hortatur postremo B. P. Episcopos ne cunctentur haec omnia Litteris exposita populis communicare, et principiis Litterarum Encyclicarum Leonis XIII ***Providentissimus Deus*** quemadmodum et istarum B. P. firmiter omnino adhaerere, 442.

— Decimo quinto saeculo ab eius obitu exeunte, decernuntur triduanae preces et Capella papalis in Basilica Liberiana, nec non similes supplicationes in universo orbe catholico, 438; v. ***De Stefanos.***

Homer Herber tus epistolam accipit gratulatoriam de opera ab eo inita ad reficiendus pueros in regionibus Europae bello vexatos, 35.

I

Iaponicum imperium: apud illud Delegatio Apostolica constituitur eidemque committuntur etiam Corea et insula Formosa, 101.

« ***Iednota*** » ita vulgo appellata bohemorum consociatio reprobatur, 34 ; de illa etiam B. P. in Allocutione consistoriali conqueritur, 585 sqq.; v. ***Bohemorum.***

Ieiunium, v. ***Canonum.***

Indidrium Orientalium Delegatio Apostolica extenditur ad regionem Birmanicam, 367.

Indifferentismus, v. ***Fides.***

Instituta religiosa approbata vel laudata;

— ***Figlie povere di San Giuseppe Çalasansio,*** 167;

— Filiarum a Ssmis Cordibus Iesu et Mariae, vulgo ***Bavasco,*** 167;

— Filiarum a S. Ioseph, vulgo ***Protectoras de la infancia,*** 119;

— Franciscanum a S. Georgio Martyre, 331.

— Sororum a Bono Samaritano, 331;

— Sororum Ancillarum Immaculati Cordis B. M. V., 367;

— Sororum a S. Ioseph Torontinensium, 331.

— Sororum a S. Ioseph, vulgo ***Suore Giuseppine del Messico,*** 167;

— Sororum S. Ioseph a Ssmo Corde Iesu, 119;

— Sororum tertii Ordinis Servorum B. M. V., vulgo ***Mantellate,*** 167;

Ioseph (S.) : quinquagesimo anno ex quo ipse est declaratus Ecclesiae universalis Patronus, B. P. Motu Proprio de solemnibus hac occasione celebrandis alloquitur, 313. Ubi de naturalismi damnis, de re sociali, 314, de opportunitate reducendi in mentem exemplum B. Ioseph, praesertim opificibus et familiis, 314 sq. Memorat B. P. consociationes a Boria morte et a Transitu S. Ioseph, et pro agonizantibus, 316. Indulgentias concedit, 316, et pro sollemni supplicatione in honorem B. Ioseph ab Episcopis designanda, 316 sq.

Iuspatronatus laicalis, popularis, etc., iuxta novissimum ius, 164 sqq.

R

Kordac Franciscus, archiepiscopus Pragensis, epistolam accipit qua B. P. coetum episcoporum Bohemiae convocandum statuit, 33. - Aliam epistolam accipit de eodem coetu habito, 57; v. ***Iednota.***

L

Kan-Chow, v. ***Vicariatus Apostolici.***

La Fontaine S. B. E. card. Petrus, patriarcha Venetiarum, epistolam accipit gratias agentem de officiis delatis nomine etiam cleri sacris exercitationibus vacantis, 12 ;

— una cum Bartholomaeo S. R. E. card. Bacilieri et archiepiscopo Utinensi, ceterisque Venetae regionis episcopis, aliam epistolam accipit de principiis christianis in re sociali adhibendis, 290.

Lantemnd Aloisius, epistolam accipit gratülatoriam ob electionem m praepositum generalem consociationis apostolicae, 12.
Lépiciet: Alexius Maria, Ordinis Servorum B. Mariae Virginis prior generalis, epistolam accipit laudatoriam propter eius libellum de Iesu Christo Rege cordium et propositum ipsi Cordi Iesu Ordinem cui praeest, consecrandi, 59.
Litaniae mariales t dubium circa indulgentias iisdem adnexas, 18* 548,
Loublande {Les faits de) circa visiones, revela tfones, etc., quae reprobantur, 113: circa eandem declarationem S. C. S. Officii, 294.
Lwanga~Garóli, Matbiae Murumba et Sociorum de « Uganda » martyrii declaratio, 82; Decretum de *tuto,* 168; iisdem Beatorum honores decernuntur, 272.

M

Maceiensis nova provincia ecclesiastica in Brasilia erigitur, 425.
Managûensis episcopi auxiliaris status determinatur, 41.
Manisalensis et Caliensis dioecesum fines commutantur, 296.
« Mantellate » : earum instituti Constitutiones definitive adprobantur, 166.
Marchetti Octamus, S. I., epistolam accipit de schola theologiae ascetico-mysticae jn Gregoriana Universitate, 29.
Marcili Aloisius Maria, episcopus Bergomensis,- epistolam accipit de praescriptionibus Sedis Apostolicae in re sociali religiosissime sequendas, 109.
Maretiolo (de) abbatia, v. ***Benedictina Congregatio.***
Maria (B. Virgo Lauretana), patrona aëreonautarum declaratur, 175.
« Maria Novella (S.) », v. ***Basilicae Minores.***
Mariani Dominicus epistolam accipit laudatoriam ob eius opus catechisticum, 108.
Mwrianopolitanae et lolitUensis dioecesum fines commutantur, 297.
Marillac {Ludovica de) vidua ***Le Gras,*** ven. Serva Dei, confundatrix Congregationis Puellarum a caritate: eius enucleano vitae, 230 sqq.; ei honores beatorum decernuntur, 234.
Marmviiarum Collegium in Urbe restituitur Motu Proprio B. P. diei 10 octobris, 472.
MelMqnu insula, v. ***Beneficia.***
Memoriale RituùM: eius editio vaticana typica declaratur, 448.
Mendes Bello S. B. E. card. Antonius, patriarcha Ulyssiponensis, una cum ceteris archiepiscopis et episcopis Lusitaniae, epistolam accipit de suadenda subiectione et obedientia civili constitutae potestati, 32.
Mercier S. B. E. card. Desideratus, archiepiscopus Mechliniensis, nominatur praeses in universa Regione Belgica piae unionis Cleri pro Missionibus, 121.
Missae: circa earum stipendia expenduntur canones quidam, 70; in illis quaelibet etiam species negotiationis vel mercaturae prohibetur, 71, Peculiares proponuntur casus de parochis et capellanis, 71 et sq. De earum celebratione in nocte Nativitatis Domini et in Commemoratione fidelium Defunctorum, pro sacerdotibus qui indulto gaudent legendi missam votivam, 122.
— binatae et pro populo : an Ordinarius vi apostolici indulti adigere valet presbyterum ut eas applicet in favorem piae causae, 537 sq.; plura circa eleemosynam missae binatae vel pro populo dispensatae, 542.
Missale romanum, eius editio vaticana typica declaratur, 448.
Missiones: quaedam adnotanda circa donationes factas illarum intuitu, 258 sqq. ; discrimen in quo post bellum versanfur, dolens B. P. memorat, 588.
Mitra argentea .eins usus pro simplici mitra damascena vel linea improbandus, 372.
Moderatricis generalis munus in Congregationibus religiosis et antistitae in monasteriis monialium tertia vice repetí non potest, nisi ex postulatione et accedente venia S. Sedis, 365.
Morte (Consociatio a bona), v. ***Ioseph.***
Murano in oppido Venetiarum patriarchatus, capitulum erigitur ad honorem in ecclesia Ss. Martyrum Donati et Cypriani.
Murumba. v. ***Uganda.***
Mutinensis Archiepiscopus, una cum archiepiscopo episcopo Parmense ceterisque episcopis Aemilianae regionis, epistolam accipit gratias agentem de delato litterarum officio, 289.

N

Neresheimensis abbatia sanctorum Udalrici et Afrae in integrum restituitur et congregationi Beuronensi unitur, 431.

NigrMs (pro) in Africa eleemosynae colligendae ad S. C. dé Propaganda Fide mittantur, 74.

O

Oranensis dioecesis : aliqua eius pars territorii unitur Praefecturae Apostolicae Ghardaiensi, 327,

Orientale Institutum Pontificium in Urbe quemdam indicit concursum, 21; ei facultas conceditur doctorales laureas conferendi, 440.

Orientalis Ecclesiae cura penes Sedem Apostolicam, 458 sqq., 468.

Orione Aloisius, parvi operis a divina Providentia moderator, epistolam accipit gratulatoriam ob xxv annum sacerdotii sui,. 325.

Novae Guineae Hollandicae, v. ***Vicariatus Apostolici.***

Ouen-San, v. ***Vicariatus Apostolici.***

P

Paderbornensis v. ***Coloniensis.***

Parochi : de eorum remotione, v. ***Canonum,***

Paroeciae novae eriguntur: 1) sub titulo B. M. Virginis boni Consilii in loco vulgo ***Quadraro*** in Urbe, 25 ; 2) sub titulo Omnium Sanctorum in regione circa viam Appiam extra portam Sancti Ioannis, 27.

— quoad earum provisiones ex iure patronatus, 164 sqq.

Paroeciae (Quasi): instructio ad earum erectionem in Vicariatibus et Praefecturis Apostolicis datur a S. C. de Propaganda Fide, 331.

Passionistarum sodalium Praepositus Generalis, P. Sylvius a S. Bernardo, epistolam accipit altero exeunte saeculo a sodalitate condita, 155,

Pax: de hoc Dei munere pulcherrimo, uberius loquitur B. P. in Epistola Encyclica diei XXIII maii huius anni. Gaudet Pontifex de composito fere ubique bello, quamvis doleat semina discordiarum adhuc permanere, 209. Memorat quae ipse sine intermissione tentavit ut bellum quam citius cessaret, 236, et paternum studium ad levandos ex immani conflictu dolores et aerumnas, 210. Nunc vero filios hortatur, immo universos homines, ad odia abiicienda concordiamque sectandam ex animo, 210. Damna ex inimicitiis post pactam pacem perseverantibus, 210. De praecepto caritatis a D. N. Iesu Christo maxime inculcato, 211, idemque ab apostolis, 211. De oblivione iniuriarum ex Evangelio, 211 sqq., deque inimicorum dilectione, 212. Quae praesertim opportune et necessario post damna ex bellico furore orta, 213, ex quibus genus humanum, velut viator semivivus a latronibus relictus, Samaritanos exspectat qui eius vulnera sanenl, 213. Hoc munus Ecclesiae proprium mirabili beneficiorum varietate ornatum, 213 sqq. Unde obsecrat B. P. Pastores Ecclesiae ut suos inducant non solum ad., odia deponenda sed ad. instituta omnia fovenda quae malis omnibus ex bello manantibus occurrant, 214. Admonendi praesertim scriptores librorum vel commentariorum ad benignitatem et oblivionem praeteritorum, 214. Populi etiam ad veram amicitiam invitantur salvis iustitiae rationibus, 215. Quod non solum caritas expostulat sed et ipsa necessitas consuetudinis inter i psos ad vitae commercium, et humanitatis cultum, 215. Memorantur de hac re epistolae datae ad Episcopos Germaniae et ad Archiepiscopum Parisiensem, 215. Cum B. P. ad concordiam populorum multum conferre agnoscat consuetudo rectorum nationum interse visitandi, et Ipse aliquid remittit de severitate conditionum post eversum civilem Pontificum principatum, circa adventum principum catholicorum in Urbem, 215; quod non est interpretandum pro abdicatone iurium S. Sedis, 216; immo, occasionem nactus, renovat Pontifex expostulationes circa haec iura a decessoribus factas, 216. De gentium, consociatione optanda in iustitia et caritate, 216; quam Ecclesia natura sua exemplo et opere adiuvabit, cuius ductu barbarae iam nationes in civilem Europam coi v erunt, 217. Hortatio ad veram pacem in Christo auspice ***Regina pacis,*** adiuvantibus tribus Beatis recenter in Sanctorum catalogum relatis, 218.

Pentateuci authentia : circa eam doctrina quae exponitur in ***Dictionnaire apologétique de la foi catholique*** et in ***Revue du clergé français,*** tuto tradi non potest, 158.

Perusinus Archiepiscopus, una cum Archiepiscopo Spoletano ceterisque Umbriae

episcopis, epistolam accipit de animo habito episcopali conventu, 292.

Petri (S.) Apostoli opus, missionibus apud exteras gentes adiuvandis constitutum, adprobatur, 247; v. ***Van Rossum.***

Piauhy: erigitur praelatura nullius in diocesi Piahunensi, nuncupanda «de bono Iesu de Gurgueia de Piahuy », 535.

Plunket Oliverius, archiepiscopus Armacanus et Hyberniae primas, martyr : eius enucleatio vitae, 235: eidem beatorum honores decernuntur, 239 sqq.

Potosiensis (S. Ludovici) et Zacatecas dioe- ' césum fines commutantur, 68.

Poupsis (Sanctuarium B. M: V. de), in dioecesi Hieracensi, titulo abbatiae nullius decoratur, et rectori eius pro tempore conceduntur titulus abbatis nullius, nonnulla privilegia et facultas sacramenti confirmationis conferendi, certis circumscripta finibus, 151.

Praefecti Apostolici, v. ***Vicarii.***

Praefectura Apostolica erigitur : Insula Celebes eique minores continentes, v. ***Célebes.***

Praescriptio, v. Consuetudo.

Procurator generalis, in congregationibus religiosis iuris pontificii ad normam Codicis necessario eligendus, 301.

Professio religiosa relate ad alumnos servitio militari-adstrictus, 73.

Providentiae (Opera divinae) sodalibus concreditur nova in Urbe Paroecia ad viam Appiam, 28; v. ***Paroeciae.***

Pueri: pro illis ex bello egentioribus iterum adiuvandis Epistolam Encyclicam mittit B. P. ad Episcopos orbis catholici, 553; ipsi Natalem diem D. N. Iesu Christi veluti festum proprium habent, 556; pueri praesertim fraterculos iuvent, 557. Indicitur stipis collatio, 558; pecunia collecta ad Sedem Apostolicam mittenda vel ad Societatem « Save the Chiidren Fund », 558.

Puruensis, v. ***Arcensis.***

Q

Quan-Tong, v. ***Vicariatus Apostolici.***

R

Ravemiatensis archidioecesis, v.. ***Comaclensis:***

Receptitiae ecclesiae et clerus, post suppressionem: de earum natura, iuribus, ordinationibus, 87 sqq.

Reservatio, v. ***Canonum.***

Restitutio in integrum, 184 sq.; quando et quomodo concedenda, 257.

Rigensis, v. ***Samogitiensis.***

Rocheti usus episcopis e regularibus conceditur, 149.

Rosarium (SSmum): dubium de eius externa festivitate, 177.

S

Saltensis dioecesis, v. ***Caiamarcensis.***

Samaritano (Institutum Sororum a bono) : eius constitutiones ad septennium probantur, 331.

Samogitiensis et Rigensis dioecesum fines commutantur, 270.

Sancti Severini dioecesis, v. ***Treiensis.***

«Save the chiidren Fund », v. ***Pueri.***

Schachinger Norbertus, abbas generalis Premons tratensium, epistolam accipit ob saecularia Ordinis solemnia, 60.

Seminaristica taxa: de eius natura, 89.

Servi et Servae Dei de quibus in conventibus variis SS. Rituum Congregationis disceptatum est: Abba GhebreMichael, 92 ; Beltrami Andreas, 347 ; Bosco Ioannes, 305 ; Cafasso Ioseph, 52 ; Cassare Onuphrius, 347 ; Çerioli Constantia vid. Busecchi Tassis, 306; Champagnat Marcellinus Ioseph, 306; Chevrier Antonius, 20 ; daret Antonius Maria, 347; Dalmonte Bartholomaeus, 20 ; De Francheville Catharina, 20; Delanoue Ioanna, 203; De la Rochefocauld Franciscus Ioseph, 20 ; De la Rochefocauld Ludovicus, 20 ; Delia Rocca delle 24 ore Hieronymus, 19 ; De Vedruña de Mas Ioachima, 52 ; Du Lau Ioanna Maria, 19; Eudes Ioannes, 305; Fontaine M. Magdalena et Soc, 19 ; Fournet Andreas, 260 ; Franchi Andreas, 53 ; Galgani Gemma, 203; Gianelli Antonius, 140; Lamourous (de) Maria Carola, 52; Laval Iacobus Desideratus, 306; Lwanga Carolus et Soc, 140; Maria Clothildes Angela a S. Francisco Borgia et Soc, 19; Maunoir Iulianus, 204; Merlini Ioannes, 204; Moye Martinus, 140; Murumba Mathias et Soc, 92; Pampalon Alaphridus, 203; Paquay Valentinus, 92; Parzhau (de) Conradus, 347; Pavoni Ludovicus, 20 ; Pinot Natalis, 20; Postel Magdalena, 380; Ribera Emmanuel, 305; Savio Dominicus, 305; Scoto Dùns Ioannes, 347 ; Strambi Vincentius Ma, 305; Teresia a Puero Iesu, 305; Verzeri Teresia Eustochium, 350.

Shiu-kow, pars septemtrionalis Vicariatus Apostolici de Canton ab isto separatur et in Vicariatum Apostolicum erigitur, 154.

Sionensis Episcopus, v. ***Indiarum.***

Socialis res, in ea principia christiana adhibeantur, 290.

Soldevila y Homero : S. B. E. card. Ioannes, galero rubro ornatur, 22 aprilis 1920, 146, 148.

Spoletanus archiepiscopus, v. ***Perusinus.***

Stammler Iacobus, episcopus Basileensis et Luganensis, una cum ceteris Helvetiae episcopis, epistolam accipit communibus litteris respondentem ex coeto Lucer- * nensi datis, et commendantem sacrum in urbe Seminarium condendum, 355.

T

Transitu S. Ioseph (Consociatio a), v. ***Ioseph.***

Taigi Anna Maria: ven. Servae Dei enucleatio vitae, 240 sqq.; eidem honores decernuntur beatorum, 244 sq.

Testamentum: varia circa illud, 190.

Testimoniales litterae iuratae esse debent ad normam iuris, 17.

Tharsicii Conlegium Urbanum in archisodalitatem erigitur cum facultate aggregandi et communicandi indulgentias quibus locupletatur, 556.

Thnrificatio : dubium circa illam solvitur a S. Rituum Congregatione, 372.

Torontinensium Sororum a S. Ioseph Institutum laudatur, 331.

Treiensis dioecesis unitur dioecesi S. Severini, 321.

Tridentina dioecesis S. Sedi immediate subiicitur, 114.

U

Uganda (de) : Servorum Dei Caroli Lwanga, Mathiae Murum ba et Sociorum decretum de martyrio, 82; v. ***Lwanga.***

V

Valenciennes (de) martyres, v. ***Fontaine.***

Van Rossum S. B. E. card. Guilelmus, S. C. de Propaganda Fide Praefectus, epistolam accipit circa Pontificium Opus a S. Petro Apostolo pro clèro indigena in sacris Missionibus efformando, 345.

Vedruña (de) (ven. Serva Dei) ***Ioachima,*** vidua, fundatrix instituti sororum a caritate in dioecesi Vieensi et Barcinonensi: eius enucleatio vitae et introductio causae, 76 sqq.

Verona Guido (Da) : eius opera omnia damnantur et in Indicem librorum prohibi- - torum inseruntur, 158.

Vicariatus Apostolici eriguntur:

Nigeriae inferioris in Africa occid., 429.

Novae Guineae gallicae, 430.

Novae Guineae Hollandicae, 565.

Quan-Tong occidentalis et Hainan in Sinis, 562.

Ouen-San in Corea, 563.

Kan-Chow in Sinis, 564. /

Vicarii et Praefecti Apostolici possunt nominare vicarium delegatum, 120.

Vulgata: de eius valore et de Commissione Pontificia ad illam iuxta Codicum fidem restituendam, 400.

W-Y

Wilbrand Dr. W. eius opus damnatur: « Kritische Erörterungen über den Katholischen Religiosuunterricht an höheren Schulen », 570.

Winnipegensis Episcopus, epistolam accipit de officiosissimis litteris gratias persolventem, 246.

« Young Men's Christian Association », v. ***Fides.***

Z

Zacatecas, v. ***Potosiensis.***

Zevenkerken, v. ***Benedictina Congregatio.***

• i v

INDEX PERSONARUM

A

Abba Ghebre Michael (Ven.), 92,123 sqq.
Abbas Montis Cassini, 330.
Abbas Ssmae Trinitatis Cavensis, 330.
Adinolfi Attilius, 581.
Administrator Apostolicus Treiensis, 330.
Aerts Ioannes, episc. tit. Apolloniensis, 592.
Agathangelus et Cassianus (Bb.), 123.
Agostini-Goleschi Aloisia, 510.
Aichinger Ioseph, 207.
Aiello Andreas, 56.
Aiuti Hugo, 352.
Aksamovic Antonius, episc. Bosnensis et Sirmiensis, 147.
Alacoque Chrysostomus, 503.
Alacoque Claudius, 487.
Alacoque Iacobus, 503.
Alacoque Margarita Maria (B.), 114 sq., 145 sqq., 220 sqq., (S.) 484, 486 sqq., 543.
Albera Paulus, 288 sq.
Aldunate Echeverría Aloisius, 582.
Alessandri Ludovicus, 94.
Alessandroni Franciscus, 350.
Alexander VI, R. P., 434.
Almaraz y Santos Henricus, S. R. E. card., archiepisc. Toletanus, 589.
Almeida Carolus, 310.
Almeida Eulalius, 584.
Aloisius a S. Francisco a Paula, 251.
Altavista Nicolaus, 56.
Alvarez Florentius, 308.
Al ves Correia da Silva Ioseph, episc. Leiriensis, 298.
Al ves Landim Ioseph, 144.
Amato Dominicus, 261.
Ambrosetti Thomas, 183, 252.
Amette Leo Adulphus, S. R E . card., archiepisc. Parisiensis, 384.
Anaya Gerardus, episc. tit. de Chiapas, 99.
Andochius et Socii (Ss.), 9 sq.
Angelini Ioseph, 308.
Angeloni Ioseph j 383.
Angelucci Ferdinandus, 350.
Anichini Guido, 261.
Antici-Mattei Aloisius, 143, 349.
Antonelli-Costaggini Ioaehim, 309, 380.
Apostolides Pericles, 351.
Apuzzo Alexius, 263.
Aquilani Aloisius, 456.
Arato Franciscus Xav., 349.
Arceo Hyppolitus> 584.
Archiepiscopus Acheruntinus et Materanensis, 329.
— Adelaidensis, 301.
— Albiensis, 14.
— Amalphitanus, 163, 369.
— Anconitanus, 329.
— Angelorum, 14.-
— Aquilanus, 15.
— Arborensis, 329, 589.
— Baltimorensis, 14, 35.
— Barensis, 15, 16, 329 sq.
•— Beneventanus, 16; 163.
— Bonaèrensis, 329.
— Bononiensis, 162.
— Bostoniensis, 163.
— Bracharen sis, 163.
— Brundusinus, 14.
— Bukarestiensis, 75.
— Caesaraugustanus, 330.
— Calaritanum, 329.

Archiepiscopus Calcuttensis, 572.
— Cameracensis, 14.
— Camerinensis, 329.
— Capuanus, 329 sq.
— Carthaginensis in Indiis, 14.
— Ghamberiensis, 14.
— Coloniensis, 444.
— Compsanus, 14.
— Cosentinus, 16.
— de Durango, 14.
— de Linares, 163,
— Ebtrensis, 330.
— Ferrariensis, 162.
— Firmanus, 15, 163, 330.
— Florentinus, 329.
— Goritiensis, 329,
— Hydruntinus, 14 sq.
— Ianuensis, 15.
— Lugdunensis, 14.
— Managuensis, 14, 41.
— Marianopolitanus, 14.
— Mechliniensis, 163.
— Mediolanensis, 330,
— Melburnensis, 301.
— Melevitanus, 38.
— Messanensis, 16.
— Mexicanus, 14, 163.
— Mutinensis, 14.
— Neapolitanus, 15, 329 sq.
— Neo-Eboracensis, 163, 329.
— Olmucensis, 163.
— Panormitanus, 384.
— Perusinus, 15, 329 sq.
— Philadelphiensis, 329.
— Pisanus, 329.
— Pondicheriensis, 333.
— Pragensis, 163.
— Quitensis, 329.
— Reginatensis, 329.
— Rheginensis, 16, 162.
— Rhedonensis, 162.
— Rhemensis, 163.
— Salernitanum 15, 163,329.
•— S. Iacobi de Chile, 163.
— S. Ludovici, 14.
— Sensensis, 15, 329.
— Sipontinus, 329.
— Spoletanus, 15, 329.
— Surrentinus, 329.
— Taurinensis, 14.
Archiepiscopus Theatinus, 330.
— Tuamensis, 14.
— Urbinatensis, 15.
>- Utinensis, 329.
— Vinnipegensis, 329.
Ardia Dominicus, 551.
Ardías Eugenius, 96.
Arcoverde de Albuquerque Cavalcanti Ioachim, S. R. E. card., archiepiscopus S. Sebastiani Fluminis Ianuarii, 128.
Arecco ßartholomaeus, 94.
Arena Cataldus, 56.
Arena Ioseph, 96.
Arenas y Loayza Carolus, 143.
Arista Vigo Ioannes Bapt.¿ episc. Iàcensis, 16, 456.
Arsenault Chlodovaeus, 307.
A Silva Faria Ranulphus, episc. Guaxupensis, 147.
A Silva Continho Sanctinus M., archiepisc. Belemensis de Para, 559.
Assom Ioseph, 351.
Asti Ioseph, 95.
Astorri Christophorus, 252.
Astorri-Pavesi Antonia, 510.
Ayala Leonardus, 162.
Avelino de Iesus Quirinus, 94.
Azadi Lamieh, 124.

B

Bacilieri Bartholomaei, S.R. E. card., episc. Veronensis, 29Ö.
Baczynskyj Alexander, 261.
Bagnoli Pius, episc Marsorum, 15.
Bailly Aemilius, 350.
Balactas Gaspar, 253.
Balas de Sipek Ludovicus, episc. Rosnaviensis, 456.
Balbo Caesar, 369.
Baldi Paschalis, 350.
Balduc Simeon, 341.
Ballesteros Sanctes, episc. tit. de Capharnaum, 148.
Ballo Salvator, episc. tit. Oënsis, 98.
Banning Franciscus, 552.
Bans Emmanuel, 308.
Baranzini Hector, 263.
Bardoni Aloisius, 24.

Barlassina Aloisius, patriarci] a Hierosolymitanus, 97.
Barret Ioannes, 94.
Barreto Anselmus, 142.
Barry Thomas Franciscus, episc. Cn atamensis, 56.
Barta Simon, episc. Budvicensis, 590.
Bartolini Paulus, 310.
Basaldua y Muguruza Marcellinus, 455.
Bascherini Ulixes, episc. tit. Amathuntinus, 98.
Batignani Ioseph, episc. Montis Politiam, 15.
Baudriller Iulius, 261.
Bazan Abel, episc. Paranensis, 162.1
Baztan y Urniza Franciscus, episc. tit. Nilopolitanus, 536, 593.
Baxter Ioannes, 350.
Beato Paschalis, 95.
Bea ven Thomas, episc. Campifontis, 552.
Beaufaux Mauritius, 144.
Beaulé Petrus, 309.
Becker Theodorus, 55.
Bechetoille Emmanuel, 261.
Beckmann Franciscus, 205.
Bégin Ludovicus Nazarius, S. R. E. card., archiepisc. Quebecensis, 298.
Bélanger Ulricus, 340.
Bellarminus Robertus, S. R. E. card., (Ven.), 579.
Belin Teresia, 526.
Bellin Andreas, 262.
Bellini Ioannes Bapt., 134.
Beltrami Andreas (Ven.), 347, 368.
Beltrami Antonius, 368.
Beltrami Catharina, 368. "
Benedictus XIII, R. P., 448.
Benedictus XIV, R. P., 72, 79,171 sqq., 252, 256, 446, 469. tgg|
Benone Dupuis Alexander, 54.
Bennone Laline, 55.
Benvignati Henricus, 129, 373.
Benziger Udalricus, 582.
Berga Renatus, 208.
Bergamini Paulus, 94.
Bernaert Melchior, 206.
Berne Stephanus, 262.
Bervoets Ioannes, 143.
Besson Marius, episc. Lausanensis et Genevensis, 219.
Bevilacqua Americús, archiepisc. tit. Scythopolitanus, 162.
Bevilacqua Nicolaus, 455.
Bignami Aloisius, archiepisc. Syracucusanus, 24.
Billot Ludovicus, S. R. E. card., 22, 306, 307, 486, 514, 529, 580.
Bilsborrow Iacobus Romanus, archiepisc. tit. Cienensis, 589.
Binet Henricus Carolus Ioseph, episc. Suessionensis, 298, 591.
Birraux Ioseph M., episc. tit. Ombitensis, 147, 248.
Bisleti Caietanus, S. R. E. card., 127, 162, 174, 306, 486, 514, 529.
Bissolotti Thomas, 584.
Blaeschke Alphonsus, 53.
Blaha Marianus, episc Neosoliensis, 590.
Blair Ioannes, 93.
Blay Carmelus, 78.
Boccoleri Caesar, 348.
Boggiani Thomas Pius, S. R. E. card., archiepisc. Ianuensis, 568 sq.
Boggio Iacobus, 207.
Bollani Aloisia, 509.
Bona voglia Dominicus, 383.
Borgia Petrus, 307.
Borghini Adam, episc. S. Severini, 321.
Borgongini-Duca Franciscus, vide ***Index documentorum:***Sacra Poenitentiaria Apostolica.
Borrel Ioseph, 262.
Bortolanza Aloisius, 96.
Bosch van Oud-Amelisweerd Guilelmus, 582.
Boschi Iulius, S. R. E. card., episc. Tusculan., 97, 264, 585.
Bosco Ioannes (Ven.), 155, 288, 305, 368.
Boucher Carolus, 95.
Bouffard Hermenegiidus, 307.
Boulard de Villeneuve Eugenius, 310.
Bourguignet, 499.
Bournisien Ioannes, 384.
Bove Gaspar, episc. tit. Samaritanus, 384.
Brac de la Perrière Iacobus, 262.
Brault Ioseph, episc. Iafinensis, 99.
Brem Nicolaus, 55.
Brenner Massimilianus, 551.

Breuer Ioseph, **583".**
Broche Lucianus, **382.**
Broch u Michael, **341** sqq.
Brousse Felix, **95.**
Bruley des Varannes Georgius, episc. •• Monoecensis, **589.** -
Brunetti Ioannes Bapt., **582.**
Bruni Natalis, archiepisc. Mutinensis, **289.** -
Bruno Fridericus, **456.**
Bruchesi Paulus, archiepisc. Mariano-politanus, **297.**
Bruyant Georgius, **583.**
Buckley Daniel, **205.**
Buonarroti Michael Angelus, **435.**
Bustamante Ioseph, **580.**
Butler Cuthbertus, **266.**
Buttarelli Petrus, **350.**
Byrne Edoardus, episc. tit. Spigacénsis, **443, 592.**
Byrne Petrus, **581.**

. 0

Cabanel Ioseph, **142.**
Cabello Lapietra Aloisius, **383.**
Cafasso Ioseph (Ven.), **52.**
Cagiano de Azevedo Octavius, S. R. E. card., **53, 320, 322, 324, 427, 485, 486, 513, 529;** vide ***Index documentorum:*** Constitutiones Apostolicae et Cancellaria Apostolica.
Cagherò Ioannes, S. R. E. card., episc. Tusculanus, **588, 593.**
Cagnac Moyses, **262.**
Canili Hayden Patritius, **94.**
Calabrese Ioseph, episc. Augustanus, **219.**
Calai Marioni Robertus, episc. tit. Hesbonensis, **312.**
Calavassi Georgius, episc. tit. Theodoropplitanus, **592.**
Calderari Iosephus, **53.**
Callistus II, R. P., **9, 524.**
Calori di Vignale Raynerius, **381.**
Calot Franciscus, **54.**
Camassei Philippus, S. R. E. card., **92, 486, 513, 529.**
Campa Ioannes, **552.**
Campi Ludovicus, **143.**
Campori Iulius, **267.**
Candiani Leopoldus, 262.
Candoli Antonius, **351.**
Canfyn Albertus, **582.**
Cantore Ioseph, **382.**
Cantwell Iacobus, **311.**
Capitani Leopoldus, **27, 533, 059.**
Gapri-Cruciam Aloisius, **142.**
Capuccio Henricus, **383.**
Carabelli Iacobus, **69.**
Caracciolo di Torçhiarolo Septimius, episc. Aversanus, **15.**
Caraman Renatus, **54.**
Carbonneau Carolus, **349.**
Carboni Pius, **96.**
Cardinale Ioannes Beda, archiepisc. Pe* rusinus, **14, 292.**
Carinci Alphonsus, **51** sq.
Carizzi Thomas, **262.**
Carla Franciscus, **24.**
Carli Ioannes, episc. Lunensis et Sarzanensis, **15.**
Carolus Magnus, 9.
Carolus Vii, Galliae rex, **515** sqq.
Carrerot Dominicus, episc. Portus Nationalis, **443, 592.**
Carnero Michael, **351.**
Carrillo Silvianus, episc. Sinaloënsis, **592..**
Cardón y Vecin Henricus, **383.**
Ourson Iacobus, **581.**
Carton (de) Wiart Henricus, **54.**
Caruana Maurus, archiepisc. Melitensis, **41.**
Casale Antonius, **551.**
Casapian Vincentius, **206.**
Casey Dominicus, **307.**
Cassara Honuphrius, **347.**
Cassetta Franciscus a Paula, S. R. E. card., **21.**
Castagna Maria, **129** sqq.
Castellano Aloisius, vide ***Index documentorum:*** Suprema S. Congregatio S. Officii.
Castelli Ioannes, **206.**
Castelli Hector, **207.**
Castillon du Perron Petrus, **54.**
Catenacci Hieronymus, **456.**
Cattani-Amadori Fridericus, **48, 49, 85, 91, 338, 344, 373, 377.**

Cauchon Petrus, episc. Bellovacensis, 518 sqq.
Gauley Ioannes, 263.
Caulle Eugenius, 261.
Cavaceppi Caesar, 95.
Cavazzi Pius, 94.
Caverò y Alcibar Ioseph, 263.
Cavotta Aloisius, 142.
Gayzedo y Cuero Emmanuel Ioseph, archiepisc. Medellensis, 296.
Ceballos y Gonzales Franciscus, 264.
Ceccarelli Horatius, 310.
Cendoya Iulianus, 381.
Ceribelli Antonius, 311.
Cerioli Constantia (Paula Elisabeth), vid. Busecchi-Tassis (Ven.), 306.
Cerrati Michael, episc. tit. Lyddensis, 593.
Cerro ioannes Bapt., 481.
Cesarano Andreas, 581.
Challamel Iulius, 94.
Champagnat Marcellinus Ioseph Benedictus (Ven.), 21, 306, 334 sqq.
Chanel Petrus Aloisius M. (Ven.), 336.
Chareault Marita, 509.
Charost Alexius, archiepisc. tit. Chersonensis, 330, 591.
Charrier Augustus, 342.
Chartier Guilelmus, episc. Parisiensis, 524.
Chauvin Constantinus, episc. Ebroicensis, 357, 592.
Cheïk Khaz'al, 206.
Cherubini Franciscus, 141.
Chevrier Antonius (Ven.), 20.
Chiasson Patritius, episc. Chatamensis, 443, 592.
Chimenti Raphael, 129, 139, 183, 200.
China Aloisius, 308.
Chiocca Andreas, 350.
Chionna Antoninus, 311.
Chomel Beniaminus, 262.
Ciceri Franciscus, episcopus Papiensis, 551.
Cicognani Caietanus, 92.
Cimmino Antonius, 349.
Cisar Alexander, episc, iassensis, 147.
Cisneros Ray gada Germanus, 142.
Clapperton Guilelmus, 583.
Claret Antonius M. (Ven.), 21, 347.
Classen Guilelmus, 383.
Cleary Patritius, 583.
Clemens VII, R. P., 353.
Clemens IX, R. P., 236, 560.
Cleopha (S.), 150.
Climati Alexander, 207.
Clos Ioseph, episcopus Zamboangensis, 219.
Cloutier Homerus, 141.
Clune Michel, 581.
Coan Iacobus, 349.
Cocconcelli Angelus, 383.
Colasanti Dominicus, 95.
Colin Ioannes Claudius (Ven.), 336.
Colli Antonius, 95.
Colliard Placidus, episc. Lausanensis et Genevensis, 96.
Columbus Christophorus, 133 sqq.
Combes Bartholomaeus Clemens, archiepisc. Carthaginensis, 357. »
Comm Dominicus, episc. tit. Obbensis, 99, 167.
Condamin Ioannes, 23.
Conforti Guido M., episc. Parmensis, 15, 289.
Con tardo Prudentius, episc. tit. Syenensis, 298, 591.
Conte Carmelus, 95, 338.
Conti Iosephus, episc. Clusinus et Pientinus, 69.
Conway Iacobus, 310.
Coote Georgius, 263.
Corbellini Leander, 24.
Coronas y Arme Ioseph, 456.
Correia da Silva Ioseph, episc. Leiriensis, 591.
Corrigan Iacobus, 351.
Costa Albertus, episc. Melphiensis et Rapollensis, 15.
Costantini Carolus, 455.
Cps y Macho Ioseph M., S. R. E. card., archiepisc. Vallisoletanus, 24.
Cousin Alexander, episc. tit. Nyssenus, 98.
Çoy e Cotonai Augustinus, 56.
Cozzi Ernestus, archiepisc. tit. Philippopolitanus, 589.
Cyriacus (S.), 435 sqq.
Czeehowskhi Thaddaeus, 55.
Czerwinski Sigismundus, 352.

D

Da Costa Nîmes Ioseph, episc. Macaonensis, 590.
Da Cunha Pedrosa Franciscus, 584.
Dalbor Edmundus, S. R. E. card., archiepisc. Gnesnensis et Posnaniensis, 566 sq.
D'Alessandri Angelus, 129.
D'Allâmes Henricus, 261.
Dalla Torre Ioseph, 456.
Dallepiane Ioseph, episc. Ecclesiensis, 208.
D'Almeida Fortunatus, 206.
D'Altneida Garret Gonzalus, 455.
Dalmonte Bartholomaeus M. (Ven.), 20.
Dal Santo Franciscus, 96.
Danesi Remus, 351.
Dánis Alaphridus, 310.
Danti Ioseph, 351.
Da Parzhan Conradus (Ven.), 347.
D'Apice Aloisius, 582.
Darian Ioannes, 583.
Dárian Ioseph, archiepisc. tit. Tarsensis, 144.
Da Silva loachim, 142.
Da Silva Fiadeiro Ioannes, 207*
David Emmericus, 584.
De Angelis Dominicus, 581.
De Arana y ßelanstegui Theodorus, 382.
De Arc Iacobus, 514.
De Arc Ioanna (B.), 97, 114 sq., 145 sqq., 220 sq., 226 sqq., 326, (S.), 514 sqq., 545.
De Batthyàny Guilelmus, archiepisc. tit. Öyrrensis, 589.
De Baudricourt Robertus, 515 sqq.
De Bedfort dux, 518.
De Benedictis Cataldus, 205.
De Bisogno Iosephus, 51 sq.
De Bock Nicolaus, 142.
De Boismarmin Carolus, 261.
De Bourdeille Elias, S. R. E. card., episc. Petrocoricensis, 520.
Debout Henricus, 261, 327.
De Broqueville Carolus, 54.
De Campos Barreto Franciscus, episc. Campinensis, 443, 592.
De Castro y Alonso Emmanuel, episc. Segobiensis, 330, 592.
De Cessac Ioannes, 262.
Déchelette Ludovicus Ioannes, episc. Ebroicensis, 208.
De Donno Ioseph, 381.
De Esparsa loachim, 172.
De Farges Perona Rosalia, 507 sqq.
De Faria Antonius, 142.
De Faulhaber Michael, archiepisc. Monacensis et Frisingensis, 53.
De Felicis B., 578.
De Francheville Catharina (Ven.), 20.
De Gebsattel Ioannes, 381.
Degenbeck Sebastianus, 93.
De Glabbeek Guilelmus, 201 sq., 328 sq.
Degobbis Ioannes, 382.
De Goyeneche y Gamio Ioannes, 205.
De Greve Dierfeld Ermannus, 456.
De Groen Theodorus Ioannes, 23.
De Gruijtter iacobus, 142.
Dekker Nicolaus, 262.
De Iesus e Sousa Augustinus, 551.
De la Chaussée Daniel, 55.
De la Colombière Claudius, 493 sqq.
De Lai Caietanus, S. R. E. card., episc. Sabinen., 162, 322, 324, 485, 513, 529; vide ***Index documentorum:*** Constitutiones Apostolicae et S. Congregatio Consistorialis.
De Lamourous Maria Teresia (Ven.), 52.
Delanoue Ioanna (Ven.), 20, 203.
De Lara y Guerrero Carolus, 352.
De Lara y Guerrero Henricus, 352,
De la Rochefocauld Franciscus Ioseph, episc. Bello vacensis, et Socii (Venn.), 20.
De la Rochefocauld Petrus Ludovicus, episc. Rupellènsis,et Socii (Venn.), 20.
De las Cases Emmanuel, 262.
De Lattaignant Victor, 552.
De Lazerme de Lon Ioseph, 309.
Del Buono Dominicus, episc. tit. Augilensis, 591.
Del Duca Antonius, 435.
Delforge Renatus, 582.
Deleidi Ioannes Bapt., 134.
De Lellis Theodorus, 520.
Dell'Angelo Liberalis, 311.
Delli Muti Matthaeus, 311.
De Longueil Richardus, episc. Constantiensis, 524.

De los Santos Diaz y Gomara Michael, episc. tit. Thagorensis, 330, 591.
Del Rio Georgius, archiepisc. Arborensis, 589.
Del Rio del Val Raphaël, 383.
Del Signore Ioannes Bapt., 23.
De Luise Christophorus, 455.
De Maistre Xaverius, 55.
De Marillac, vid. Le Gras, Ludovica (B.), 230.
De Marillac Ludovicus, 230.
De Mas Theodorus, 76.
De Melgar de Benavides Bernardinus, 308.
De Mello e Sousa Franciscus, 95.
De Olot Stephanus, 77.
De Oñate y Lopez Matthias, 96.
Deriard Augustus, 262.
Dermott Hugo, 581.
De Ritter de Gruenstein Otho, 349.
De Saugro di Casacalenda Ioannes, 580.
De San Julian Mellado y Pérez de Meca Victorius, 383.
De Saumaise Maria, 489 sqq.
Descamp Aemilius, 308.
D'Esclaibes Hadrianus, 382.
Des Escures Maria, 502.
De Stefanis Aloisius, 442.
D'Estonte ville Guilelmus, S. R. E. card., 524.
De Teil, 345.
De Theo Angelus, 352.
De Twickel Rodulphus, 144.
De Ursiniis Iuvenalis, archiepisc. Rhemensis, 524.
De Vedruña de Mas Ioachima (Ven.), 52, 76 sqq.
De Vedruña de Mas Laurentius, 76.
De Velasco Franciscus, 311.
De Velasco Nieto Palacios y Pérez Ioannes, 383.
Devred Aemilius, 572 episc. tit. Hesbonensis, 592.
De Yeregni Ferminus, 263.
Déziel Anselmus, 307.
Diamilla Magnelli Franciscus, 96.
Dib Ioannes, 383.
Didaco Iulius, 207.
Dietz Michael, 53.
Diez de Urdanivia Carolus, 311.
Di Fava Philippus, 453.
Di Girolamo Ioseph, episc. Lucerinus, 219.
Di Lorenzo Georgius, 144.
Di Maggio Ioseph, 383.
Dimbla Ioseph, 584.
Di Meo Aloisius, 263.
Diorio Augustinus, 350.
Diotallevi Ferdinandus, 150.
Di Somma Ianuarius, 22.
D'Oliveira Tavares Ioseph, 207.
Dominicus (S.), 11.
Donadeo Aloisius, 381.
Donatus et Cyprianus (Ss.), 530 sqq.
Donnelly Ioseph, 205.
Donelly Nicolaus, ep. tit. Caneensis, Í44.
Donoso Carvallo Franciscus, 583.
Do Patrocinio Dias Ioseph, episc. Beiensis, 590.
Dorer Roth Arthurus, 206.
Dos Santos Coelho Antonius, 93.
Dos Santos Pereira de Vasconcellos Sebastianus, 54.
Douard Alaphridus, 262.
Doubleday Arthurus, episc. Brentwoodensis, 219.
Doubrava Ioseph, episc. Reginae Gradacensis, 99.
Drago Aloisius, 552.
Driessen Leonard us, 144.
Drinot y Pierola Petrus Paulus, 536; episc. tit. Basiiinopolitanus, 593.
Duan ioannes, 308.
Du Bellet Henricus, 455.
Dubois Ludovicus Ernestus, S. R. E. card., archiepisc. Parisiensis, 535,591.
Du Bois de la Villerabel Andreas, archiepisc. Rothomagensis, 589.
Du Bois de la Villerabel Florentius, episc. tit. Eeniensis, 219.
Dubouch Rogerius, 309.
Du Bourg (Maria a Iesu) (Ven.), 579.
Dubourg Augustus Renatus, S. R. E. card., archiepisc. Rhedonensis, 330.
Ducatteau Leo, 94.
Dueñas Ioannes Antonius, episc. S. Michaelis, 381.
Duffy Michael, 381.
Du Lau Ioannes Maria, archiep. Aquensis, et Socii (Venn.), 19.

D umortier Carolus, 263.
Dumrëicher ioannes, 310.
Dunphy Laurentius, 455.
Duns Scotus Ioannes (B.), 347^
Duque Ioseph, 254.
Durand Leo, episc. Oranensis, 536,593.
Durando Ioannes, 383.
Durantini Henricus, 310.
Dussaix Eugenius, 582.
Dusson Mariae 506.

E

Edmond Aloisius, 309.
Elguera Caesar, 142.
Elfi Ioannes, episc. Squillacensis, 96.
Elwes Gervasius, 352.
Ephrem (S.), 347, 457 sqq., 544 sqq.
Epifani Michael, 208.
Episcopus Abellinensis, 14.
— Aesinus, 329.
— Altunensis, 42.
— Anneciensis, 14.
— Asculanus in Piceno, 163.
— Assisiensis, 14, 329.
— Atrebatensis,^ 14.
— Augustodunensis, 14.
— Auximanus et Cingulanus, 329.
— Bergomensis, 290.
— Bólivarensis, 329.
— Cordubensis in America, 329.
— Cortonensis, 329.
— de Serena, 163.
— Fodianus, 330.
— Fulginatensis, 329.
— Galviensis et Duacensis, 14.
— Gandavensis, 163.
— Gaudisiensis, 35.
— Hieracensis, 162.
— K ansanopolitan u s, 14.
— Krishnagareilsis, 572.
— Leonensis in America centrali, 14.
— Montis Regalis in Pedemonte, 14.
— Nicopolitanus, 75.
— Nucerinus et Tadinensis, 329.
— Osnabrugensis, 444.
— Pientinus, 329.
— Pinnensis et Atriensis, 330.
— Placentinus, 330.
— Portu gallensis, 163.
Episcopus Potentinus, 329.
— Rheatinus, 329.
— Ruthenensis, 14,
— Sacramentensis, 443.
•— S. Agathae Gothorum, 163.
— S. Hyacinthi, 14.
— S. Marci et Bisinianensis, 15.
— S. Marthae, 14.
— Senogalliensis, 329.
— Sionensis, 594.
— Suessionensis, 163.
— Triventinus, 329.
— Tudertinus, 330.
— Venetensis, 162.
— Vicensis, 77.
— Viglevanensis, 536.
Erard Guilelmus, 521.
Errazuriz Urmeneta Raphaël, 551.
Errazuriz Valdez Crescentius, 143.
Esser Fridericus, 311.
Esser Gerardus, 581.
Eudes Ioannes (B.), 305.
Eugenius IV, R.' P., 10.
Eymard Petrus Iulianus (Ven.), 21, 579.
Evans Lionellus, 263.

F

Fabiani Angelus, 24.
Fabbrucci Ioseph, episc. Burgi S. Donnini, 15.
Fajeckì Alexander, 55.
Falck Maria, 374 sqq.
Farolfi Antonius, 204.
Faugier Stephanus, 205.
Favero Alexander, 113.
Felix (S.) et Socii, 9.
Felici Hector, 141, 144.
Felici Sebastianus, 352.
Ferniani Placidus, 311.
Ferrais Aemilius, episc. tit. Lystrensis, 261.
Ferrari Carolus, S. R. E. card., archiep. Mediolanensis, 302.
Ferraris di Celle Fridericus, 310.
Ferreira da Ponte Ioseph, 23.
Ferreira da Silva Franciscus, episc. tit. Syenensis, 264.
Ferretti Aloisius, episc. Mandelensis, 15.
Ferretti Ludovicus, 22.

terrone Angelus, 144.
Flehet ioseph, 162.
Fidanza Petrus, 262.
Fiedor Ioannes, 208.
Fietta Ioseph, 261.
Fighiera Felix, 350.
Filia Bleau, 310.
Filiol Eugenius, 262.
Filippi Ernestus, 53, 351.
Filippo Ioannes, 581.
Fiocchi Ioseph, 144.
Fitzgerald Thomas, 581.
Fitz-Maurice Ioannes Edmundus, episc. Eriensis, 312.
Fiacchi Carolus, 350.
Flaherty Iacobus, 455.
Flannerj Michael, 349.
Flavy Guilelmus, 518.
Fleck Henricus, 55.
Flocard Alaphridus* episc. Lemovicensis, 589.
Florezak Ioseph, 93,
Flors Garcia Ioannes, 310.
Flynn Eduardus, 455.
Fogazzaro Antonius, 598.
Foiadelli Aloisius, 129 sqq., 559.
Fontaine Maria Magdalena et Sociae (Venn.), 19, 79 sqq., (Bb.), 281 sqq.
Fornari Ioseph, 259.
Forti Loretus, 95.
Fortier Nazarius, 54.
Fortis Richardus, 381.
Fournet Andreas Ubertus (Ven.), 20.
Fralleone Benedictus, 382.
Franceschi Robertus, 143,
Franchi Andreas, episc. Pistoriensis (B.), 52.
Franchi Guilelmus, 351.
Francica-Nava Ioseph, S. R. E. card., archiepisc. Catanensis, 16, 109.
Franciscus Assisiensis (S.), 104.
Franciscus Salesius (S.), 99, 505.
Franco Marcellinus Antonius M., episc. Pharaonensis, 298, 591.
Frascari Ioseph, 455.
Fratini Ioannes, 94.
Frattocchi Salvator, ep. Urbevetanus, 15.
Frederix Godefridus, episc, tit. Tagastensis, 99, 167.
Freitz Iacobus, 429.
Frenguelli Leonardus, 351.
Frewen Hugo, 578.
Frey Ioannes Bapt., 22.
Frisciotti Agnes, 474.
Fritschi Franciscus Xav., 261.
Fritz Carolus, episc. Friburgensis, 591.
Frühwirth Andreas, S. R. E. card., 52, 93, 203, 307, 486, 513, 529, 550.
Frutos Valiente Franciscus, episc. lacensis, 443, 593.

G

Gabriel a Virgine perdolente (B.), 97, 114 sq., 145 sqq.; 118, 220 sqq., (S.), 474 sqq., 511, 542.
Gaggioli Antonius, 584.
Gaire Ioannes, 261.
Galardi Guido, 551.
Galgani Gemma (Yen.), 203, 248.
Galgani Henricus, 248.
Gallarati-Scotti, 598.
Gallenzi Ioseph, 95.
Galli Aurelius, 145, 222, 226.
Gallini Eduardus, 382.
Gandásegui y Gorrogategui Remigius, archiepisc. Vallisolètanus, 146.
Gangarelli Salvator, 263.
Gannon Ioannes Marcus, episc. Eriensis, 443, 592.
Garcia Emmanuel, 309.
Garcia Ioseph, 552.
Garcia Irigoyen Carolus, episc, de Truxillo, 348.
Gargano Leonardus, 206.
Garagnani Thomas, 207.
Garicoits Michael (Ven.), 21.
Garrote y Amigo Iacobus, 349.
Gartner Ioannes, 24.
Garvey Eugenius, epise. Altunensis, 552.
Gaspais Augustus, episc. tit. Canopitanus, 590.
Gasparri Henricus, archiepisc. tit. Sebastensis, 296, 454, 571.
Gasparri Petrus, S. R. E. card., 51, 53, 162, 485, 513, 529 ; vide ***Index documentorum:*** Constitutiones et Litterae Apostolicae, Secretaria Status et Pontificia Commissio ad Codicis canones authentice interpretandos.
Gasquet Aidanus, S. R. E. card., 579 sq.

Gassler Franciscus, 205.
Gaudenzi Ludovicus, 310.
Gautier Georgius, 93.
Gauthier Ioseph, 54.
Gauthier Iulia, 526.
Gennaro Uberius, 143, 206.
Gerson Ioannes, 520, 524.
Ghanima Ioseph, 205.
Ghezzi Iacobus, episc. Civitatis Castellanae, Hortanus et Gallesinus, 56.
Giambro Eugenius, episc. Neocastrensis, 116.
Giampaolo Petrus, 310.
Giannattasio Nicolaus, episc. Neritonensis, 15.
Gianelli Antonius M., episc. Bobiensis (Ven.), 20, 141, 170 sqq.
Giannelli Aloisius, 241.
Gilbert Ioannes, 206.
Guissen Arnoldus, 455.
Gindre Augustus, 143.
Giobbe Galilaeus, 263.
Giorgi Angelus, 134.
Giorgi Orestes, S. R. E. card. Poenitentiarius Maior, 204,255, 260,307, 348, 486, 514, 529, 550, 580; vide ***Index documentorum:*** Sacra Poenitentiaria Apostolica.
Giorgio Petrus, 24.
Giovanetti Ioseph, 436.
Girbeau Ioannes, 261.
Girona y Llogostera Daniel, 263.
Giudice Antonius, 142.
Giustini Philippus, S. R. E. card., 52, 53, 144, 150, 152.
Gleiss Franciscus Xav., 207.
Gobbetti Angelus, 552.
Gobbini Placidus, 92.
Godoy Marcus Sergius, episc. Zuliensis, 99.
Gonçaves Aranjo Ioaehim, 54.
Gonzalez y Garcia Emmanuel, episc. Malacitanus, 146.
Gorrino Achilles, 307.
Gorski Petrus, 56.
Gosselin David, 307.
Grados Leo, 23.
Grandbois Georgius, 26.
Granito Pignatelli di Belmonte Ianuarius, S. R. E. card., episc. Albanen., 51, 204, 257, 260, 306, 337, 348, 454, 485, 513, 529, 593.
Grano Carolus, 53.
Grasso Carolus Gregorius, archiepisc. Salernitauus, 16.
Grazioli Iulius, 48, 351.
Gregorius III, R. P., 428.
Gregorius VII, R. P., 45.
Gregorius XIII, R. P., 366, 469.
Gregorius XVI, R. P., 125.
Greyfié, 495.
Grieco Ianuarius, 455.
Gromier Leo, 207.
Gruber Petrus, 55.
Guarini Livius, 142.
Guarneri Tranquillus, episc. Aquaependentis, 98.
Guerri Ioseph, 304.
Guidi Petrus, 580 sq.
Guillamet y Coma Raymundus, episc. Barcinonensis, 146.
Guisasola y Menendèz Victorianus, S. R. E. card., archiepisc. Vallisoletanus, 456.
Guizar Valencia Antonius, episc. Chihuahuensis, 592.
Gumamela Lucia, 183 sqq., 253 sqq.
Gusmini Georgius, S. R. E. card., archiepisc. Bononiensis, 292.

H

Hadrianus VI, R. P., 192, 252.
Haléka Oueldé Sellasié, 124.
Hallé Ioseph, episc. tit. Tebestanus, 590.
Hardouin Eugenius, 582.
Harris Guilelmus, episc. Loianus, 209.
Hartigan Patritius, 348.
Hay den Thomas, 581.
Healy Ioannes, 349.
Heelan Edmund us, ep. Siopolitanus, 98.
Heffron Patritius Richardus, episc. Winonensis, 580.
Heidenreich Ioannes, 53.
Hennessy Ioannes, 583.
Henricus VI, Anglorum rex, 519.
Hergenroether Ignatius, 207.
Hermans Ioannes, 582.
Hersant Margarita, 489.

Hertzog Franciscus Xav., 307.
Hichey Guilelmus, 205.
Hieronymus (S.), 385 sqq., 438 sqq., 442.
Hieronymus della Rocca delle ventiquattr'ore (Ven.), 19. "
Hillebrand Antonius, 348.
Hiñes Eduardus, 309.
Hoenning O' Carrol Aemilius, 144.
Hoyas Gregorius Nazianzenus, episc. Manizalensis, 296.
Howard Franciscus, 551.
Honorati Ignatius, 350.
Honorius II, R. P., 431.
Hoover Herbertus, 35.
Huayek Elias Petrus, patriarcha Antiochenus Maronitarum, 472 sq.
Huayék Leo, 223.
Huber Franciscus, 207.
Hudecek Ioannes, 92.
Hudson Georgius, 581.
Hulka Ioseph Antonius, episc. Budvicensis, 96.
Humphrey Sullivan, 309.
Hunecus Antonius, 582.

1-J

iachimowski Thaddaeus, 55.
Jacono Ioannes, episc. Melphictensis, Iuvenacensis et Terlitiensis, 15.
Jacoucci Virginius, 226, 526 sqq.
Jacuzio Paulus, archiepisc. Surrentinus, 69.
lad Allah Iacir, 206.
Iaffei Raymundus, episc. Foroliviensis, 205.
Jalabert Hiacynthus, episc. tit. Teleptensis, 96.
Janasik Stanislaus, 24.
Jannacchino Angelus Michael, episc. tit. Loriensis, 56.
Jaroszynski Ladislaus, 352.
Jarry Henricus,. 262.
Ilundaïn y Esteban Eustochius, archiepisc. Hispalensis, 589.
Ioannes a Salerno (B.), 11.
John Antonius, 583.
John Edvinus, 583.
John Georgius, 583.
Ioseph (S.), 313 sqq.
Ioseph a Cruce, 193 sqq., 253.
Jost Georgius, 93.
Journeau Honoratus, 342 sqq.
Iulius II, R. P., 434.
Iustinus de Iacobis (Ven.), 124.

K

Kakowski Alexander, S. R. E. card., archiepisc. Varsaviensis, 566 sq.
Kamyuka Dyonisius, 309.
Kappenberg Theodorus, episc. tit. Sozopolitanus, 456.
Karevic Franciscus, episc. Samogitiensis, 270.
Karlik Udalricus, 552.
Kaspar Carolus, episc. tit. Bethsaidensis, 99.
Katalinic Petrus, 382.
Kaupert Georgius, 349.
Keane Patritius, episc. tit. Samaritanus, 443, 593,
Keany Ioseph, 350.
Keating Vincentius, 205.
Keller Prosperus, 263.
Kelly Dionysius, 309.
Kervyn Eduardus, 54.
Kiefer Marchand Victor, 142.
Kilkenny Patritius, 142.
Kipshagen Ioseph, 144.
Kirleir Ioseph, 456.
Klein Gaspar, ep. Paderbornensis, 592.
Kmetko Carolus, episc. Nitriensis, 590.
Kolbe F., 552.
Kordac Franciscus, archiepisc. Pragensis, 33, 57, 99, 586.
Kozankiewiez Ioseph, 56.
Kretschmer Leo, 93.
Kubiza Ioseph, 352.
Kwiek Zeno, 93.

L

Laaf Carolus, 584.
Lacroix Dionysia, 338 sqq.
Laflamme Eugenius, 581.
La Fontaine Petrus, .S. R. E. card., patriarcha Venetiarum, 12, 29Ö, 530 sqq.
Lagueux Robertus, 581.
Laguna ina Joseph, episc. tit. Samiensis, 590. - --

Lajos Iulius, 552.
Lambert Paulus, 383.
Lamerand Aloisius, 12.
Lamyn Philiberta, 487.
Landi Aurelia, 248.
Landi Fabianus, episc. tit. Taenariensis, 352.
Landrieux Mauritius, episc. Divionensis, 9.
Lane Arthurus, 455.
Lane Mullins Ioannes, 264, 582.
Langlois Eugenius, 382.
Lanquet de Gergy Ioannes, 509.
Lanzoni Primus, 311.
Lapus Vincentius, 183 sqq., 252 sqq.
Lasso de la Vega Michael, 349.
Laura Ioseph, 381.
Laurenti Camillus, vide ***Index Documentorum:*** S. Congregatio de Propaganda Fide.
Laurentius a S. Basilio, 348, 380.
Laval Iacobus Desideratus (Ven.), 336.
Lavigerie Carolus Martialis, S. R. E. card., archiepisc. Algeriensis, 83, 272.
Le Camus Margarita, 230.
Lech Fridericus, 349.
Le Fortier Clementia, 375 sqq.
Le Fortier Eugenia, 373 sqq.
Le Fortier Gabriel, 375 sqq.
Le Fortier Robertus, 374 sqq.
Lega Hieronymus, 143.
Lega Michael, S. R. E. card., 93, 141, 204, 260, 380, 486, 514, 529, 579; vide ***Index documentorum :*** Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal.
Legasse Ludovicus, episc. Oranensis, 327 ; episc. Petrocoricensis, 443, 592.
Le Gras Antonius, 230.
Le Gras Michael Antonius, 2E0.
Leguia Augustus, 205.
Le Humsec Aloisius, episc. tit. Europensis, 147.
Le Hunsec Aloisius, 248.
Lemaitre Alexius, archiepisc. tit. Cabasitanus, 357, 591.
Lenti Carolus, 309.
Leo X, R. P., 10, 45, 319.
Leo XII, R. P., 509.
Leo XIII, R. P., 33, 74, 101, 233, 315, 318, 386 sqq., 437, 480, 525.
Leo Ioseph, archiepisc. Tranensis ac Barolensis, 99.
Leocardus Durandus, 515 sqq.
Leone Nicolaus, 351.
Leone Vincentius,- 310.
Leoni Laurentius, 23.
Leopardi Monaldutius, 94.
Lepercq Daniel, 144.
Lepercq Gaston, 262.
Lépicier Alexius M., 59.
Lercaro Amadeus, 349.
Lerouge Raymundus, episc. tit. Selgensis, 147.
Le Royer, 516.
Lerro Nicolaus, 56.
Lerroux y Jusen Ioseph, 352.
Licitri Ioannes, 205.
Liddy Guilelmus, 584.
Limberg Petrus, 383.
Liston Iacobus Michael, episc. tit. Olimpiensis, 147.
Liviero Carolus, episc. Civitatis Castelli, 15.
Lobkowic Ioannes, 309.
Loeff Petrus, 552.
Loewy Irma, 375 sqq.
Lohier Ioannes, 520.
Lo Ioseph, 55.
Lombardo Ernestus, 303, 583.
Loyseleur Nicolaus, 521.
Loza Caelestinus, episc, de Pace, 298» 592.
Lualdi Alexander, S. R. E. card., archiepisc. Panormitanus, 590.
Luchetti Faustinus, 96.
Lucidi Evaristus, 259.
Luddi Ambrosius, episc. Assisiensis, 15.
Ludovicus, rex Galliae, 506.
Lukomski Stanislaus Kostka, episc. tit. Siccensis, 98.
Lucheschi Iacobus, 55.
Lutostawski Severinus, 56.
Lwanga Carolus et Socii (Venn. . 20, 82 sqq., 92, (Bb.), 123 sqq., 140,168 sqq. 272 sqq.

M

Mac Cabe Ioannes, 351.
Macho Ioseph, 207.
Mach Closkey Iacobus,episc. Iarensis 98.

Mac Dougal Donaldus, 261.
Mae Loghlin Ioannes, 581.
Madarász Stephanus, 351.
Maenhant Iulius, 205.
Maggio Apollonius, episc. Asculanus in Piceno, 15.
Maglione Aloisius, archiepisc. tit. Caesariensis, 454, 591.
Maguire Guilelmus, 351.
Maiese Ioannes, 142.
Mai rot Georgius, 262.
Mamoli Arthurus, 261.
Mannucci Ubaldus, 259.
Manzanedo Eugenius, 311.
Maquet Henricus, episc. tit. Amathuntinus, 56.
Mara Guilelmus, 55.
Marango Ioannes, 381.
Marcelis Guilelmus, 350.
Marchetti Octavius, 29.
Marchetti Selvaggiani Franciscus, archiepisc. tit. Seleuciensis, 260.
Marcondes Pedrosa Philibertus, 95.
Marelli Aloisius M., episc. Bergomensis, 109.
Maria Clothildes Angela a S. Francisco Borgia et Sociae (Venn.), 19, (Bb.), 79 sqq., 281 sqq.
Mariani Angelus, 51, 52, 239, 244, 280, 286, 333 ; vide ***Index documentorum :*** S. Rituum Congregatio.
Mariani Dominicus, 108.
Marini Nicolaus, S. R. E. card., 441, 486, 514, 529.
Marinozzi Conradus, 552.
Marmaggi Franciscus, archiepisc. tit. Hadrianopolitanus, 454, 591.
Maro iacobus, 206.
Marois Albertus, 340.
Marois Zephyrinus, 261.
Marquez Michael, 311.
Marrel Henricus, 23.
Marroni Iacobus, 96.
Martin de Gibergues Emmanuel M., episc. Valentinensis, 24.
Martinez Garcia, episc. tit. Hippusensis, 590.
Martinez Izquierdo, episc. Matritensis, 65.
Martinez y Martínez Antonius, 23.
Martinus V, R. P., 10.
Maniconi Philippus, 94.
Mascari Hector, 350.
Masi Maria, 241.
Masiello Michael, 207.
Masperi Victor, 95.
Maspoli Henricus, 381.
Mastrojacomo Palmerinus, 264.
Mas y Olivier Franciscus a Paula, episc. Gerundensis, 208.
Massaart Elisabeth, 201, 202, 378 sq.
Massaia Guilelmus, S. R. E. card., 123 sqq.
Maffei Franciscus, 583.
Massimi Maximus, 48, 49, 85, 91, 129, 139, 183, 200.
Matteoni Gustavus, episc. Grossetanus,, 98.
Maunoir Iulianus, 204.
Mauri Philippus, 260.
Mayer Wenceslaus, 24.
Mayneaud de Bisefranc, 499.
Mazzarella Maria, 480.
Me Coli Guilelmus, 308.
Me Cort ioannes, episcopus Anotensis., 99.
Me Cort Ioannes Ioseph, episc. tit. Azotensis, 42.
Me Grath Christophorus, 307.
Me Manus Michael, 307.
Meichtry Camillus, 93.
Meier Ioseph, 310.
Meissner Ceslaus, 93.
Melin Christina, 500 sqq.
Melvin Martinus, 582.
Mena Aloisius, 351.
Mendes Bello Antonius, patriarcha Ulyssiponensis, 32.
Mendes de Conceiçao Santos Emmanuel, archiepisc. Philoppopolitanus, 298 ; archiepisc. Eborensis, 330, 589.
Menegazzi Gerardus, episc. Comaclensis, 589.
Menzani Hersilius, episc. Placentinus, 589.
Mercati Angelus, 579, 581.
Mercier Desideratus, S. R E. card., archiepisc. Mechliniensis, 121.
Mercuri Franciscus, 53.
Merlini Ioannes (Ven.), 203.

Merry del **Val** Raphael, S. R. E. card., 51,162, 485, 513, 529, 585 ; vide ***Index documentorum :*** S. Congregatio S. Officii.
Metzner Martinus, 350.
Meunier Clodovaeus, 310.
Mezzadri Dominicus, episc. Clodiensis, 592.
Mezzanotte Caietanus, 94.
Micara Clemens, archiepisc. tit. Apainensis, 219.
Michael Archangelus, 515 sqq.
Midi Nicolaus, 523.
Migliore Augustinus, episc. Monopolitamis, 99.
Migliorelli Vincentius, episc. Nursinus, 15.
Migliorini Gabriel, 96.
Milan Fridericus, 55.
Milani Augustus, 222, 483, 511.
Minaban Patritius, 583.
Minguella y Arnedo Torribius, episc. tit. Basilinopolitanus, 384.
Miozzi Ioannes, 552.
Miraudelle Maria, 526.
Mistrangelo Alfonsus, S. R. E. card., archiepisc. Florentinus, 11.
Moita Antonius, 55.
Moeller Bernardus, 205.
Molfino Virgili us, 351.
Molloy Thomas, episc. tit. Loriensis, 298, 592.
Monterde Renatus, 262.
Montero Diaz Ildephonsus, 263.
Montes de Oca y Obregon Ioseph M. Ignatius, archiepisc. tit. Caesariensis, 591.
Morabito Iosephus, episcopus Miletensis, 16.
Morelli Augustus, 350.
Morelli Franciscus, 349.
Moreno Albertus, 311.
Moreno Aloisius, 582.
Moresi Hector, 24.
Moretti Franciscus, episc. Interamnensis et Narniensis, 261.
Morgan Dempsey Ioseph, 93.
Mori Ioseph, vide ***Index documentorum:*** S. Congregatio Concilii.
Morgante Petrus, 351.
Moriondo Natalis Gabriel, episc. tit. Cidyessensis, 357, 592.
Moris Ioseph, 143.
Mossa Ioannes, 351.
Mossard Lucianus, episc. tit. Mediensis, 96.
Mossotto Michael, 207.
Mosterts Carolus, 583.
Moye Ioannes Martinus (Ven.), 21, 140.
Mundelein Georgius, 307.
Müller Antonius, 261.
Mulligan Guilelmus, 55.
Munerafi Dantes, 371, 580.
Muñoz Herrera Ioannes, episc. Malacitanus, 24.
Murray Edoardus, 307.
Murray Thomas, 350.
Murumba Mathias et Socii (Venn.), 20, 82sqq., 92 (Bb.), 123sqq., 140, 168 sqq., 272 sqq.
Mussetti Sebastianus, 382.
Musso Mauritius, 94.

N

Nagh Eduardus, 580.
Napal Dionysius, 552.
Nardoni Petrus, 455.
Nasi Laurentius, 143.
Nasri Baccasce, 206.
Nassalski Marianus, 93.
Nautermod Ioseph, 93.
Navarra Pius Leonardus, episc. Eugubinus, 590.
Negri Vincentius, 56.
Negrone Iulius, 349.
Nejmak Wenceslaus, 143.
Neumann Bernardus, 55.
Neumann Carolus, 583.
Newsome Thomas, 581.
Nguyên Huiu Bai Petrus, 308.
Nicolaus Barensis (S.), 159 sqq.
Niemira Ioannes, 56.
Niola Franciscus, archiepisc. Caietanus, 384.
Noel Campden Arthurus, 55.
Nolan Ludovicus, 204.
Nommesch Petrus, episc. Luxemburgensis, 98.
Nörber Thomas, archiepisc. Friburgensis, 352.

Norbèrtus a S. Maria, 479.
Noseda Alaphridus, 381.
Noya Paulus, 351.
Noval Ioseph, 92.
Novèl Iacobus, 78.
Novia Victorius, 85 sqq.
Nowakowski Marcellus, 56.
Nowowiejski Antonius Iulianus, episc. Plocensis, 53.
Nsiringisira Ioseph. 309.
Nunes Edoardus, archiepisc. Elborensis, 352.
Nunes Coelho Emmanuel, episc. Ateradensis, 298, 591.
Nunes Teixeira Carolus, 263.
Nunziante Maria, 518.
Nussbaum Paulus Ioseph Henricus, episc. tit. Gerasensis, 147.
Nyaradi Dionysius, episc. Crisiensis, 147.

O

O' Connor Patritius, 307.
O' Donnei Michael, 308.
O' Farrel Michael, episc. Bathurstensis, 591.
O' Flaherty Ioannes, 308.
Ogno Ioannes Bapt, 53.
O' Gorman Ioannes, 581.
O' Hara Rogerius, 308.
Olaez Eugenius, 349.
O' Leary Ludovicus, episc. Carolinopotanus, 443, 593.
O' Leary Henricus, archiepisc. Edmontonensis, 443, 591.
Oliveira Lopes Emmanuel, episc. Maceiensis, 426.
Oliveira Mattos Ioannes, 351.
Olivieri de Vernier Carolus, 349.
O' Neil Ioannes, 551.
Orione Aloisius, 325.
O' Rourke Edoardus, episc. tit. Caneem sis, 148.
Ottaviani Eduardus, 55.
Öttaviani Hamilcar, 55.
Ovaldo Castillo Darius, 582.

P

Pace Eduardus, 381.
Pacelli Eugenius, archiep. tit. Sardianus, 306.
Pacifici Petrus, archiepisc. Spoletanus, 292.
Pâclisan Zenobius, 263.
Pacovich Emmanuel, 382.
Padró y Grinau Thomas, 382.
Paget Desideratiis, episc. Valentinensis, 147.
Pagliani Ioseph, 383.
Paillard Metty Aemilius, 262.
Paissa Aloisius, 582.
Palffy di Erdod Mauritius, 95.
Pallavicini Alphonsus, 309.
Pampalön Alaphridus, 204.
Pantalini Orestes, 144.
Paolino Aloisius, 142.
Paquay Valentinus (Ven.), 92.
Paquet Arthurus, 309.
Paradisi Caietanus, 96.
Parente Edoardus, 583.
Parisi Aloisius, 481.
Parisi Salvator, 349.
Parrillo Franciscus, 201, 378.
Paschini Pius, 144.
Pasqualini Crescentinus, 583.
Pasqualini Titus, 383.
Patané Ioseph, 144.
Patek Stanislaus, 308.
Paterno Landolina Philippus, 207.
Paulus III, R. P., 434.
Paulus a Cruce S.), 156.
Pavoni Ludovicus (Ven.), 20.
Pecci Michael, 304.
Péchenard Petrus Aloisius, episc. Suessionensis, 264.
Pelagallo Albertus, 582.
Pellegrini Iacobus, 455.
Pellegrini-Quarantotti Petrus, 142.
Pellizzari Ioannes, episc. Placentinus, 456.
Pelonzi Franciscus, 23.
Pepe Ioannes, 455.
Pereira Alves Ioseph, 381.
Pereira de Albuquerque Octayianus^ episc. Piahunensis, 557 sqq.
Pereyra Ioannes de Deo, 93.
Perez Aranibar Augustus, 142.
Perez Serán tes Henricus, 349.
Perez y Muñoz Adulphus, episc. Pacensis, 330; episc. Cordubensis in America, 592.

Perez y Rodríguez Raymundus, episc. Pacensis, 443, 592.
Peri Saturninus, episcopus Ecclesiensis, 589.
Péris y Mencheta Raymundus, episc. Cauriensis, 56.
Perlasca Franciscus, 551.
,Perli Donatus, 383.
Pernigoni Marianus, 309.
Perpignani Apostolus, 351.
Perrichon Ludovicus, 572 ; episc. Coronensis, 592.
Perroy Felix, episc. tit. Mediensis, 147, 248.
Pessoa de Queiroz Franciscus, 54.
Petit Maria, 509.
Petrangolini Eduardus, 352.
PetroluÄzi Carolus, 144.
Petrus et Marcellinus (Ss.), 26.
Pëyretti Ioseph, 207.
Pezzoli Alexius, 129 sqq.
Phelan Mihaël, 455.
Philippus II, Hispaniarum rex, 193.
, Plachta Augustinus, 581.
Planearte y Navarrete Franciscus, archiepisc. de Linares, 352.
P latan Octavius, 264.
Plaza y Garcia Ioannes, episc. Santanderiensis, 589.
Plewka Plewezynski, 24.
Plunket Oliverius, archiepisc. Armacanus (B.), 235 sqq.
Piasecki Alexius, 261.
Piceda Bartholomaeus, 581.
Pidal Lobatón y Aranda Ramo, 352.
Piersanti Hector, 351.
Pignerol Leo, 309.
Pinot Natalis (Ven.), 20.
Pinto Paschalis, 264.
Piovella Ernestus, archiepisc. Calaritanus, 97.
Piquemal Alexander, episc. tit. Thagorensis, 312.
Pius II, R. P., 524.
Pius IV, R. P., 435.
Pius V, R. P., 193, 252.
Pius VI, R. P., 152
Pius VII, R. P., 10, 434.
Pius IX, R. P., 46, 244, 318, 353, 437, 509.
Pius X, R. P., 25, 28, 152, 244, 250, 333, 386, 400, 437, 448, 470, 525.
Pizzardo Ioseph, 454.
Pocci Henricus, 455. -
Podlaha Antonius, episc. tit. Paphiensis, 99.
Poelzl Ioaehim, 93.
Pogliani Ferdinandus, 584. ^ ^ ^ ^
Pomian Grabinski Stanislaum, 24.
Pompilj Basilius, S. R. E. card., episc. Veliternus, Ssmi Domini Nostri generalis in Urbe Vicarius, 22, 27, 28, 97, 162, 306, 436, 485, 513, 529, 580.
Ponti Henricus, 384.
Porras Melito, 205, 308.
Possenti Aloisius, 476.
Possenti Maria, 475.
Possenti Sanctes, 474 sqq.
Postel Maria Magdalena (Ven.), 21,380.
Preeerutti Carolus, 206.
Prim Ioannes, 205.
Pilmbs Lotharius, 23.
Prinsen Cornelius, 307.
Prinzen-Verschure Ioannes, 310.
Prior Ioannes, 48, 49, 338, 344.
Prosdocimi Ioannes, 96.
Prudhomme Constans Ioannes, episc, tit. Gerrhensis, 456.
Ptaszycki Stanislaus, 309.
Puchalski Boleslaus, 95.
Pulieri Michaelangelus, 206.
Pussemier Leonellus, 382.
Pymieniecki Vincentius, 53.

Quarré Maria, 496.
Quattrocolo Henricus, 95.
Quilliet Hector Raphaël, episc. Insulensis, 330, 591.
Quinn Michael, 307.

it

Radnai Volphangus, archiepisc. tit. Auxumitanus, 589.
Raggi Angelus, 53.
Rajner Ludovicus, episc. tit. Cidyessensis, 208.
Ramiro Marcone Ioseph, Abbas Montis Virginis, 16.

Ramoni Alaphridus, 206.
Rammo David, 207.
Ranuzzi de Bianchi Victor Amadeus, S. R. E. card., 53, 93, 333, 350, 486, 513, 529.
Raphael ab Assumptione, episc. tit. Augustanus, 590.
Raphaël Archangelus, 78.
Rappini Henricus, 96.
Ratti Achilles, archiepisc. tit. Naupactensis, 268, 270.
Raucaz Aloisius M., episc. tit. Teleptensis, 592.
Ravelli Petrus, 384.
Reboli Antonius, 23.
Recchia Angelus, 23.
Reig y Casanova Henricus, archiepisc- Valentinus, 146.
Reininger Franciscus, 310.
Restrepo Saens Andreas, 552.
Renouf Henricus Thomas, episc. S. Georgii Terrae Novae, 536, 593.
Re non Renatus Franciscus, archiepisc. tit. Apamiensis, 144.
Respighi Carolus, 51, 52.
Reynders Ioseph, 350.
Riad Yassa, 309.
Ribera Emmanuel (Ven.), 305.
Ricci Henricus, 309.
Ricci Marianus, 55.
Ricci Matthaeus, 154.
Ricciardelli Raphael, 127.
Rinaldini Aristides, S. R. E. card., 96.
Ritchie Ioannes, 551.
Rivas Mateos Emmanuel, 94.
Rivière Mauritius, archiepisc. Aquensis, 330, 591.
Rosa Ioannes Bapt., 571.
Rosa Fructuoso, episc. Portalegrensis, 593.
Roscher Fridericus, 382.
Ross Franciscus Xav., 348.
Robertus dux, 516.
Robitaille Cyrillus, 54.
Robles Ioannes, 351.
Roczkowski Iulianus, 55.
Roggero Henricus, 143.
Rohner Iacobus, 206.
Rolin Ignatius, 501 sqq.
Romanet Aemilius, 54.
Rome Isabella, 514.
Rossetti Rogerius, 142.
Rossetti Petrus, 48,85, 91,129, 139,183, 200, 255, 373, 377.
Rossettini Rarius, 96.
Rossi Ambrosius Anastasius, archiepisc. Utinensis, 290.
Rossi Carolus (Raphaël a S. Iosepho), episc. Volaterranus, 147.
Rossi Franciscus, archiepisc. Ferrarien. et episc. Comaclensis, 328.
Rovetta Ioseph, episc. tit. Hephaestinus, 590.
Roy Narcisus, 342.
Roy Paulus Eugenius, archiepisc. tit. Seleuciensis, 298.
Roy Petrus Georgius, 54.
Roth Fridericus, 207.
Rudolf Mathias, 552.
Ruelli Augustinus, 454.
Ruffin Camillus, 308.
Ruggiero Raphaël, 261.
Ruiz Maximinus, episc. tit. Derbensis, 98.
Rutten Martinus Hubertus, episc. Leodiensis, 580.
Ryan Iacobus, 261.
Rúzicka Mauritius, 207.

S

Sabia Caietanus, 56.
Sacchetti Ioannes, 551.
Sacco Ioseph, 144.
Sacconi Vincentius, 85, 378sq., 510.
Sacripante Carolus, 350.
Sagasti Franciscus, 23.
Sagnier Ioanna, 536.
Sallé Ludovicus, 262.
Salotti Carolus, 51 sqq.
Sánchez Eulogius. 581.
Sánchez de Castro Vincentius Iacobus, episc. Santanderiensis, 456.
Sanchini Iustinus, episc. Fanensis, 15.
Sandri Franciscus, 582.
Sanfelice di Aquavella Hector, 141.
Sanfuentes Ioannes, 589.
Santi Felix, 183, 252.
Santillana Antonius, 311.
Sanz y Fores, S. R. E. card., 78.

Saraceni Ioannes Bapt., 583.
Sardi Vincentius, archiepisc. tit. Caesarien., 384; vide ***Index documentorum:*** S. Congregatio Consistorialis.
Sarno Hamilcar, 584.
Sauer Bonifacius, 572; episc, Appiarensis, 592.
Savage Iacobus, 93.
Savarese Philippus, 381.
Savio Dominicus (Ven.), 305.
Sbarretti Donatus, S. R. E. card., 52, 53, 141, 306, 486, 513,529 ; vide ***Index documentorum :*** S. Congregatio Concilii.
Scaccia Scarafbni Gamillus, 206.
Scanu Salvator, episc. S. Marci et Bisinianensi Sj 16.
Scapardini Angelus, archiepisc. Damascenus, 7, 426.
Scapine!li di LègUigno Raphael, S. R. E. card., 486, 513, 529.
.Scbaephens van Riem pst Iulius, 54.
Schachinger Norbertus, 60.
Schelstraete Alphonsus, 264.
Schioppa Laurentius, archiepisc. tit. Mocissensis seu Iustiniapolitanus, 380, 591.
Schmitz Augustinus, 311.
Sch möger Aloisius, 205.
Schmuecker Adalbertus, 572 ; episc. Elearchiensis, 592.
Schonberg Roth-Schonberg Ernestus, 54.
Sehraven Hubertus Franciscus, episc, tit. Amyclaeensis, 590.
Schoñburg-Hartenstem Ioannes, 94,308.
Schüller Ludovicus, vide ***Index documentorum :*** Constitutiones apostolicae.
Schuller de Peursum Christianus, 350.
Schulte Carolus Ioseph, archiepisc. Coloniensis, 98.
Schulte-Kemna, 295.
Schuster Ildephonsus, 440.
Schweitzer Carolus, 55.
Sch wen dt Ioseph, 309.
Scifoni Carolus, 53.
Sebastianeiii Guilelmus, 48, 56, 205, 255, 444 , 455.
Segura Sáenz Petrus, episc. Cauriensis, 330, 592.
Sellini Andreas, 350.
Selpúveda Aloisius, 349.
Serafini Angelus, 95.
Serafini Maurus, vide ***Index documentorum:*** S. Congregatio de Religiosis.
Séstito Vincentius, 24.
Setta Zacharias, 581.
Sevilla Marianus, 581.
Sheperd Benson Guilelmus, 54.
Shink Gilda, 338 sqq.
Silj Augustus, S. R. E. card., 22, 69, 141, 348, 486, 513, 529.
Sincero Aloisius, 48, 49, 338, 344, 373, 377; vide ***Index documentorum:*** S. Congregatio Consistorialis et Pontificia Commissio ad Codicis canones authentice interpretandos.
Signori Antonius, 96.
Simeon Paulus, 308.
Sinibaldi Angelus, 578.
Sinkel Antonius, 310.
Sinnot Alaphridus, episc, Winnipegensis, 246.
Silva Cortes Romualdus, 54.
Siivestri-Faà Hildebrandus, 32.
Silvestrini Franciscus, 456.
Silvius a S. Bernardo, 155.
Siricius (S.). R. P., 587.
Skanaham Ignatius, episc. tit. Abilensis, 147.
Smith Fridericus, 350.
Smith Iacobus Augustinus, archiepisc. S. Andreae et Edimburgensis, 353.
Sobolewski Marianus, 105.
Solak Laurentius, 207.
Solar y Vicuña Eduardus, episc. tit. Sëlgensis, 208.
Soldevila y Romero Ioannes, S. R. E. card., archiepisc. Caesaraugustanus, 146, 148.
Sole Iacobus, 550.
Solieri Franciscus, 53, 162, 204.
Soracco Petrus, 94.
Souriac Alexander, 262.
Spila Benedictus, episc. tit. Arethusinus, 53.
Spinola Horatius, archiepisc. Ianuensis, 568.
Spolverini Dominicus, 23!
S pringowicz Antonius, ep. Rigensis, 148.

Staff ord Jerningham Henricus, 383,
Stammler Iacobus, episc. Basileensis et Luganensis, 355.
Steska Victorius, 207.
Strambi Vincentius M., episc. Maeeratensis et Tolentinensis (Ven.), 305.
Stulemeyer Henricus, 94.
Subtil Alexander, 144.
Sulir Ioseph, 381.
Sylvain Romuaidus, 349.
Sznarbackowski Felix, 261.

T

/fabanelli Marcellus, 56.
Taccetti Carolus, episc. Eugubinus, 15, 208.
Tacci Petrus, 455.
Taczak Theodorus, 24.
Taigi Anna Maria (B.), 240 sqq.
Taigi Dominicus, 241.
Tani Tancredes, vide ***Index documentorum:*** S. Romana Rota.
Tartaglione Donatus, 583.
Tasselli Ioannes Bapt., 311.
Tasi e vin de Nouvel Alaphridus, 94.
Teissier Theodorus, 55.
Teresia ab infante Iesu (Ven.), 21, 305.
Teresia a S. Augustino, 525.
Tharsicius (S.), 560 sqq.
Theodorus, Abyssiniae rex, 126.
Thibault Leo, 261.
Thiebaut Camillus, 581.
Thill Sebastianus, 352.
Thouvan Anna, 489.
Thomas Edoardus, 261.
Thomé da Silva Hieronymus, archiepisc. S. Salvatoris in Brasilia, 31, 427.
Thurn-Valsassina Alexander, 309.
Thyrsus et Socii (Ss.), 9.
Tiberi Dominicus, 480.
Tief Franciscus, episc. Concordiensis in America, 590.
Tobe Ioseph, 582.
Tobin Mauritius, 381.
Todini Raphaël, 93.
Tommaseo Antonius, 144.
Toner Ioannes, episc. Dunkeldensis, 331.
Tórok Michael, 351.
Torres Acosta Maria (Ven.), 579.
Tortorelli Emmanuel, 383.
Topouzian Ioannes Bapt., 373 sqq.
Tozer Edoardus, 55.
Trussoni Thomas, archiepisc. Gosentinus, 15.
Turchetta Felix, 349.
Turgeon Abelardus, 342 sqq.
Turgeon Alphonsus, 262.
Turgeon Georgius, 342 sqq.
Turner Ioannes, 551.
Tylla Franciscus, 53.
Tyrychter Giovanni, 55.

U

Ugolini Marianus, 579.
Udalricus et Afrae (Ss.), 431 sqq.
Urbanus VIII, R. P., 20.
Uriarte Clodoveus, 206.

V

Vagni Franciscus, 550.
Valenzuela Aemilius, 552.
Valfrè di Bonzo Theodorus, S. R. E. card., 92, 141, 204, 307, 348, 380, 550, 580.
Vallée Iacobus, 456.
Vallega Ioannes Bapt., 348.
Valera y Ramírez de Saavedra Henricus, 382.
Valimberti Petrus, 144.
Van Ackere Ferdinandus, 95.
Van Beers Franciscus, 582.
Van de Ven Guilelmus, episc. Buscoducensis, 24.
Van den Heuvel Ioannes, 311.
Van der Biesen-Scaessmann Petrus, 94.
Van Dooren Henricus, 552.
Van Dyk Ioannes, 551.'
Van Dyke Ernestus, 93.
Van Haelst Vincentius, 23.
Van HoeCk Ludovicus, episc. Patnensis, 592.
Van Mentèn Ioannes, 582.
Vannutelli Vincentius, S. R. E. card., Decanus, episc. Ostiensis et Praenestinus, 81, 84, 93, 170, 239, 280, 286, 304, 333, 371, 485, 513, 529.
Van Oers Ioannes, 581.

Van Reyckevorsel van Kessel Ludovicus, 96.
Van Rossum Guilelmus, S. R. E. card., 260, 261, 307, 345, 381, 465, 513, 529, 580 ; vide ***Index documentorum :*** S. Congregatio de Propaganda Pide.
Van Thiel Franciscus, 94.
Vanzi Alexander, 95.
Van Zuylen Petrus, 350.
Van Wynbergen Antonius, 455.
Vargas Dominicus, episc, de Huaraz, 443, 592.
Vassallo di Torregrossa Albertus, archiepisc. tit. Hemesensis, 324, 454.
Venditti Donatus, 261.
Velia Mangion, 41.
Verde Alexander, 51, 52, 239, 244, 280, 286, 333 ; vide ***Index documentorum :*** S. Congregatio Rituum.
Verona (da) Guido, 158.
Versiglia Aloisius, episc. tit. Charystiensis, 147, 248.
Venienti Adulphus, praelatus Altamurensis et Aquaevivensis, 16.
Verzeri Teresia (Ven.), 21, 550.
Vial di Sant'Agata Petrus, 94.
Vico Antonius, S. R. E. card., episc. Portuen. et Sanctae Rufinae, 22, 51, 97, 141, 150, 204, 222, 226, 239, 244, 280, 286, 306, 320, 333, 348, 429, 470, 483, 485, 486, 511, 513, 514, 529, 593; vide ***Index documentorum:*** S. Congregatio Rituum.
Vidal Teresia, 76.
Vidal Petrus, 307'
Vignon Eugenius, 309.
Villagran Prado Emmanuel, 456.
Villalohga y Pons Petrus, 383.
Villanueva Leopoldus, 311.
Vianelli Iulius, 351.
Vianney Ioannes Bapt. (B.), 336.
Vincentius a Paulo (S.), 79 sqq., 230 sqq.
Virili Raphael, vide ***Index Documentorum:*** Constitutiones Apostolicae.
Vitali Alaphridus, 304.
Vogt Ioseph, 580.
Vojtassak Ioannes, episc. Scepusiensis, 590.
Völker Guillelmus,
Volpi Ioannes, 93.
Von Beneckendorft" und von Hindenburg Hebertus, 143.
Vriens Gerardus, 582.
Vuillemenot Henricus, 455.
Vyhnánek Ioseph, 207.

Walsh Gulielmus, archiepisc. Dublinensis, 443.
Walsh Ioannes, 308.
Walsh Patritius, 310.
Ward Bernardus, episc. Brentwoodensis, 56.
Walzer Raphael, 433.
Weimann Robertus, 93.
Wellesley Franciscus, 94.
Weryha-Darowski Alexander, 456.
Whelan Martinus, 581.
White Ioseph, episcopus Dunedinensis, 147.
Wilbrand W., 570.
Witschko Antonius, 205.
Wolf-Metternich Zur Gracht Ermannus, 551.
Wolfsteiner Willibaldus, 107.
Wojciuh Valentinus, episc. tit. Danabensis, 98.
Wojnaroswski Titus, 261.
Wonters Henricus, 207.
Woold Ioannes, 583.

Yachniewicz Stanislaus, 143.
Yousoufani David, 206.

Z

Zaccarella Ioseph, 348.
Zaccherini Godephridus, episc. Civitatis Castellanae, Hortanus et Gallesinus, 98.
Zadravetz Stephanus, episc. tit. Domitiopolitanus, 148.
Zahrzewski Thaddaeus, 24.
Zanecchia-Ginnetti Alexander, episc, Aprutinus seu Theramensis, 15, 96.
j

Zdzitowiecki Stanislaus, episc. Wladislaviensis, 53.
Ziinarino Nicolaus, episc. Gravinensis et Montis Pelusii, 15.
Zimmer Henricus, 351.
Zonghi Franciscus, 55.
Zucchetti Ioannes, archiepisc. Trapezuntinus, 98.
Zucchi Albertus M., 11.
Zschokke Ermannus, episc. tit. Caesariensis, 552.
Zwalinski Georgius, 143.

Quaedam ***corrigenda*** in vol. XII (1920) Commentarii ***Acta Apostolicae Sedis:***

Pag.	367	lin.	13	***legatur:***	26 iulii 1920
»	554	»	8	»	pervenerint
»	»	»	9	»	exstiterint
»	»	»	14	»	ingentibus iis.

DUODECIMUM VOLUMEN COMMENTARII OFFICIALIS « ***Acta Apostolicae Sedis*** »
ABSOLVITUR DIE 17 DEC. 1920. - TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS